
# ISMAEL
# ABU'L-FEDA,
DE
VITA, ET REBUS GESTIS
# MOHAMMEDIS.

# ISMAEL
# ABU'L-FEDA,
DE
VITA, ET REBUS GESTIS
# MOHAMMEDIS,
MOSLEMICÆ Religionis Auctoris,
ET
Imperii SARACENICI Fundatoris.

Ex Codice MS^to POCOCKIANO Bibliothecæ *Bodleianæ*
Textum *Arabicum* primus edidit, *Latinè* vertit,
*Præfatione*, & *Notis* illustravit
JOANNES GAGNIER, A. M.



*OXONIÆ*,
E THEATRO SHELDONIANO
A.D. MDCCXXIII. 1723 A.D.

Imprimatur,

*ROB. SHIPPEN*

VICE-CAN. *OXON*

*April.* 30. 1723.



HONORATISSIMO VIR

# THOMÆ,

COMITI DE

MACCLESFIELD,

VICE-COMITI

PARKER DE EWELM,

BARONI DE

MACCLESFIELD:

*REGI A SANCTIORIBUS CONSILIIS*;

MAGNÆ BRITANNIÆ

SUMMO CANCELLARIO.

PRODIT *nunc in lucem ſub Auſpiciis Tuis*, VIR ILLUSTRISSIME, *Hiſtoria Vitæ* MOHAMMEDIS *ex Authenticis apud* Mohammedanos *Monumentis*, Al-Corano *videlicet*, & Sonna, *i.e. ex illorum Scriptura*, & *Traditione, fideliter collecta*, & *Stylo elegante, ac verè nobili* Arabicè *conſcripta ab* ISMAELE

* ABU'L-

ABU'L-FEDA, *quem quidem vir longè doctiſſimus, & harum Literarum Judex idoneus,* Edwardus Pocockius, *&* DOCTUM PRINCIPEM, *&* MAGNUM AUCTOREM *non ſemel, nec immeritò, appellat.*

*Fuit enim revera* ABU'L-FEDA *noſter Princeps* Hamæ *in* Syria, *&* Regis, *imo &* Soltani *titulo inſignitus, in eaque Dignitate, ut ipſe de ſe narrat, ſolemni Diplomate conſtitutus à ſummo Soltano* Al-Malek Al-Nâſer Mohammede, Kelauni *filio, qui tunc temporis* Ægypto, *&* Syriæ *imperabat; idque tum ob generis nobilitatem, quippe qui ipſi* Soltano *eſſet affinis, tum propter ſuas politicas & bellicas virtutes. Sed longè majorem famam Eruditione minimè vulgari, in omni Scientiarum genere excultus, ſibi comparavit, hac Hiſtoria præſertim hactenùs nondum edita, quam ego Latinitate donatam, & Notis nonnihil illuſtratam ad pedes tuæ Dignitatis ſiſto.*

*Quid autem opportunius, quidve convenientius à me fieri potuit, quam ut magnum regni, literarumque Principem, magno etiam Reipublicæ, Themidiſque Principi offerrem? Quemadmodum enim ille ſuis meritis, & præclaris Pacis, Bellique facinoribus, Diplomate regio ad* Soltanicam *Præfecturam evectus fuit; ita & Tu,* VIR AMPLISSIME, *propter tuam* penitùs perſpectam in arduis Regni negotiis Prudentiam, Fidem, & Fortitudinem, *Diplomate à Regum Auguſtiſſimo ultro ac ſponte decreto, inter Comites, & Pares Regni, titulis & honoribus auctior, adſcriptus es.*

*Inter vos hoc differt, quod ille Princeps* Syrus *inter Barbaros homines, & vilia Tyrannici regiminis mancipia, nefariæ Superſtitioni inſuper addicta, plurimis quidem virtutibus claruit; Tu verò in Gente longè politiſſimâ, Libertatiſque ſuæ ſtrenua vindice, nec non ſanctiſſimam Religionem profitente, feliciter conſtitutus, omnium das exempla virtutum. Novit enim Rex, norunt Proceres, norunt denique cujuſcunque ordinis cives, & admirantur,* quanta cum laude *Summi Magnæ Britanniæ Cancellarii munus obeas, quanta cum patientia* laborem pene infinitum *ſuſtineas, quanta denique Sapientia* Provinciæ

vinciæ illius occupatissimæ *rem administres. Sed hæc tua Encomia ego si verbis meis prædicare audeam, temerarius sim; quando quidem illa jam pridem ex ipsius Regiæ Majestatis ore summa cum dignitate, ac pondere prolata sunt.*

*Superest igitur, Vir Nobilissime, ut hoc Opus benigno Amplitudinis, Dignitatisque tuæ, suscipiatur Patrocinio. Sub alterius nomine & auspiciis prodire non potuit, nec debuit; cùm illud jam tuo redemeris beneficio, & Editorem ignotum licet, & nullius meriti, insperato favore devinxeris. Haud parum mea interest publicè omnibus testatum relinquere quantum singulari Benignitati tuæ ac Liberalitati debeam. Hoc itaque vel solo nomine tibi adstrictus, istud grati animi qualecunque Monumentum tibi offero, addico, consecro. Illud autem, ut serena, qua soles, fronte suscipias, meque Patrocinio tuo complectaris, etiam atque etiam rogo, obtestorque: Dum ego Deum Opt. Max. assiduis precibus, supplex veneror, ut Te Ecclesiæ* CHRISTI, *cujus Fidem incorruptam tenes, & tutaris; Reipublicæ, cui inservis; Literis, quas ipse colis, & ornas, Literatisque, quibus tam impensè faves, diutissimè servet incolumem. Tibi, Vir Illustrissime, atque Excellentissime, & tam meritis, quam titulis ornatissime,*

*Devotissimus humillimusque Servus*

JOANNES GAGNIER.

# PRÆFATIO.

PAUCA ſunt, Lector erudite, quæ priuſquam ad hunc Librum legendum te accingas, ne neſcires, operæ pretium duxi. Sex anni jam effluxerunt, & quod excurrit, ex quo tempore Reverendus D[r] Jo. BARON, Collegii *Baliolenſis* Magiſter vigilantiſſimus, nec non *Oxonienſis* Univerſitatis VICE-CANCELLARIUS digniſſimus, ὁ Μακαείτης, ut erat bonarum Literarum in Academia Promotor aſſiduus, & ἐργοδιώκτης indefeſſus, videns Linguæ ARABICÆ Prælectiones jam ab aliquot annis negligi, atque in deſuetudinem ferè abiiſſe, Profeſſore ipſo Magiſtro *Johanne Walliſio* ad alia extra Profeſſionem negotia avocato, tum deinde cura animarum ruri occupato, vitaque campeſtri ſe oblectante in morem Arabum Scenitarum, me hominem Urbanum, A. M. *Cantabrigienſem*, tunc temporis *Oxonii* privatorum cauſa ſtudiorum commorantem, ultrò, & proprio motu accerſivit, atque de conſilio, & conſenſu honorabilium Academiæ Procuratorum, *Arabicam* Linguam in publicis Scholis prælegendi Munus, ſua Authoritate, mihi demandavit. Primam itaque Inauguralem Orationem habui die *Mercurii* primæ ſeptimanæ Quadrageſimalis temporis anni 1717. quam ipſe D. VICE-CANCELLARIUS, id ſui officii eſſe ratus, ut animum & pondus adderet, cum numeroſa Auditorum frequentia, Præſentiæ ſuæ honore dignatus eſt: Et deinceps, quandiu Magiſtratum Academicum geſſit, vel per ſe, vel per alios *Provice-Cancellarios* meis Prælectionibus conſtanter interfuit. Quinetiam identidem de ſummorum virorum, qui ante me prælegerant, docendi Methodo, pro ſua humanitate, me admonens, *Sic*, inquiebat, D. POCOCKIUS, *ita* D. HYDIUS, *quos ego audivi, diſputationes inſtituebant.* Quamprimum igitur tanto Chorago Provinciam hanc adii, nihil mihi antiquius fuit, illorum veſtigiis inſiſtenti, quo Muneri demandato ſatisfacerem, quàm ut ſecundùm Methodum propoſitam, operam darem iis Auctoribus explicandis, in quibus, juxta ampliſſimi, ac munificentiſſimi Cathedræ Fundatoris admodùm Reverendi in Chriſto Patris GUILIELMI LAUDI, ob id ipſum eo nomine nuſquam ſatis laudandi, Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, nec non hujus Univerſitatis CANCELLARII, expreſſum Statutum, * *Linguæ proprietas, & Sermonis elegantia eluceat.*

* Parecbol. ſive Excerpt. è corp. Statut. Univ. Ox. p. 231.

Inter varios Auctores *Arabes*, quos toto hoc ſexennio evolvere licuit in Bibliotheca *Bodleiana*, ejus generis Codicibus MSS[tis] ditiſſima, eoſque præſertim, quos Juventuti prælegendos mihi propoſui, nullus ad rem magis facere viſus fuit, quam ille per totum Orientem celeberrimus ISMAEL ABU'L-FEDA, Princeps *Hamæ* in *Syria*, & nomine, & generis nobilitate, nec non Doctrinæ fama

pridem etiam apud *Europæos* ſatis notus, in quo nec *Linguæ proprietatem*, nec *Sermonis elegantiam* deſideres. Is Opus Hiſtoricum compoſuit, præter Geographiam, de qua plura in ſequentibus, quod ab Orbe condito ad ſua uſque tempora continua ſerie, & ordine Chronologico, in forma Annalium, ex optimis Auctoribus, qui ante ſe floruerunt, clara & perſpicua methodo, & ſtylo gravi, in tres Tomos digeſtum, perduxit. Primam partem, quæ ab Adamo ad Mohammedem extenditur, totam ex Codice MSS^to^ propria manu deſcriptam Auditoribus expoſui. Ubi verò ad ipſum MOHAMMEDEM ventum eſt, adeò placuit vitæ illius narratio compendioſa quidem, ut & reliquum Operis, ſed in qua nihil deeſt ad pleniſſimam ejus notitiam, ut Auditoribus meis digna viſa fuerit, quæ Latinitate à me donata publici juris fieret.

Atque hoc eſt Opus quod nunc primum prodit integrum *Arabicè*, & *Latinè*, cum Notis ad illuſtrandum Textum neceſſariis, ex AL-CORANO, & SONNA, ſeu Traditione, Commentatoribus, aliiſque Hiſtoricis antiquioribus. Integrum dico, quia jam ante me *Ludovicus Marraccius Prodromo* ſuo ad Refutationem *Al-Corani*, anno 1698. *Patavii* edito, *Vitæ, rerumque geſtarum* MAHUMETI, (ſic enim Barbarè cum vulgo appellare amat MOHAMMEDEM,) *Synopſin* præmiſit ex Auctore noſtro potiſſimùm deſumptam, uti paſſim profitetur; at illam Latinè tantùm pro ſuo lubitu, & oſcitanter, nullo delectu, aut ſervato ordine, mutilam; atque inſuper aliorum Auctorum laciniis & aſſumentis miſerè conſarcinatam; ut vix in ea quid ſit ABU'L-FEDÆ, quidve aliorum, agnoſcas, ſicque Fabulam potius, & Satyram, quam Hiſtoriam, ſcripſerit, qua *Mahumetum* ſuum magis ridiculum propinaret, & poſtea otio ſuo refutaret. Mitto injuriarum plauſtra, quibus in illum, & ejus Encomiaſtas declamando invehitur. Addere poſſum me hoc Opus ABU'L-FEDÆ purum exhibere; patet enim Exemplar Auctoris noſtri, quo uſus eſt *Marraccius* parùm ſincerum fuiſſe, imò corruptum & interpolatum, dum pleraque, tanquam ex ABU'L-FEDA, refert, quæ in noſtro Codice nullibi comparent, ut ſunt multa Miracula MOHAMMEDI falsò à nonnullis credulis attributa, quæ à ſapientioribus exploduntur, quæ quidem *Marraccius* fusè enumerat *Prodromi* Parte ſecunda pag. 42. col. 2. & ſeqq. ubi ſic loquitur: *Nunc ea referam, quæ* Iſmael *filius* Aly, *vulgò* شاهنشاه Sciahinſciah, *ſcribit in Vita Mahumeti, præter ea, quæ ſupra commemorata ſunt.* Ibi Miracula hæc numero 25. recenſet uſque ad pag. 44. col. 2. Tum ſic concludit: *Hactenus Miracula Mahumeti, quæ ab aliis Auctoribus prætermiſſa, in* Iſmaele *filio* Aly *adnotavi.* Atqui in Exemplari noſtro, eoque optimæ notæ, uti mox videbimus, horum nec vola, nec veſtigium extat, ut jam cuilibet volenti conferre cum noſtra hac Editione manifeſtum fiet. Et ibidem pag. 30. col. 1. in fine: Iſmael Ebn Aly *in vita Mahumeti ita ſcribit*: وله صلعم من المعجزات الظاهرة والبراهين الباهرة ما هي اكثر من ان تحصا والله اعلم (quæ ſic ſonant, vertente eodem Marraccio, ſuo more, paulò liberiùs:) *Et Prophetæ Mahumeti Miracula manifeſta, & argumenta clara & aperta,*

*plura*

*plura sunt, quam quæ possint dinumerari. Et Deus hoc melius novit.* At nihil tale reperimus in nostro Codice. Et quidem Miracula scripsit ABU'L-FEDA, sed quæ ex *Al-Corano*, & Authenticis Traditionibus, ut bonus *Moslemus*, desumpsit; non verò quæ recentiores MOHAMMEDI affinxerunt, quæque infidus aliquis Scriba, ut iis tanti viri Authoritate fidem conciliaret, operi ejus inseruit. Quare est quod nobis gratulemur, & Magno POCOCKIO gratias referamus, qui inter alios benè multos Codices, quos secum ex Oriente advexit, & hoc quoque Exemplar ABU'L-FEDÆ intemeratum sibi comparavit; quod quo anno exaratum fuerit, & nomen Scriptoris verba indicant, quæ ad calcem primi voluminis subjiciuntur: تم الجزء الاولي من المختصر في اخبر البشر علي يد مالكه عامله ابن فتح الله الاثير يوم احد وعشرين من ذى القعدة سنة ٨٩٣ *Explicit Prima Pars Libri dicti*, Compendium Historiarum Humani Generis, *per manum Possèssoris, & Operatoris ejus* Ebn Fataho'llahi Al-Athiri, *die* 21. *mensis* Dhu'l-Ka'adæ, *anni* (Hegjræ) 893. (Christi 1487.)

De cætero, rectè omninò idem *Marraccius*, Præfatione ad Vitam MOHAMMEDIS à se compositam, sic loquitur: *Si Mahumeti Vitam, ac res gestas juxta ea, quæ ab Auctoribus nostris referuntur, describere vellem; ridiculum, puto; me Mahumetanis præberem. Adeò enim quæ ab his, & ab illis narrantur, inter se dissident, ut vix credas de eodem homine utrosque tractare. Quamobrem iis, quæ à nostris scribuntur, prætermissis, vel ad Lectoris notitiam tantummodo indicatis, illos in cæteris sequi decrevi.* Verum enimverò vir bonus rem uti promiserat, minimè præstitit, uti mox demonstravimus, nec temperare potuit, quin multa de suo insereret; quæ magis Declamatorem decent, & Disputatorem, quam Historicum. Nonnulla etiam falsa, & contra ἀκρίβειαν admiscuit, quæ passim in hoc opere castigavimus.

Post *Marraccium* tres magni nominis Auctores Vitam MOHAMMEDIS tractarunt, quorum primus fuit *D. Bayle Gallus* in suo Dictionario Historico. Is in hoc Argumento, pro ingenio suo, Philosophicè magis, quàm Historicè, præsertim in Notis suis amplissimis versatus est. Totus ejus labor in hoc potissimùm utilis est, quod nobis Auctorum omnium, quos consequi potuit, qui res MOHAMMEDIS attigerunt, sive *Græci*, sive *Latini*, nec enim *Orientales* intellexit, Indicem copiosissimum suppeditat, cujus ope ad mentem *Christianorum* egregiam MOHAMMEDIS Vitæ Rapsodiam aliquis compilator posset componere.

Secundus Rev. D[r] *Humphredus Prideaux Norwicensis* Ecclesiæ Decanus, Libello singulari Vitam MOHAMMEDIS complexus est. De quo Opere non est quod sententiam nostram interponamus, post Viri docti *Simonis Ockleii Arabicæ* Linguæ in Academia *Cantabrigiensi* nuper Professoris, de eodem Judicium, in Præfatione ad Librum suum *de Expugnationibus* Syriæ &c. per *Saracenos*. Pauca quædam tantùm in Notis nostris summi Viri σφάλματα observavimus, quæ Lector veri studiosus, spero, æqui bonique consulet.

Tertius, quique Vir longè doctissimus, atque, trium Linguarum Orientalium cognitione, sæculi nostri Coryphæus in *Gallia*, D. *Bartholomæus Dherbelot*, in *Bibliotheca* sua *Orientali*, sub Titulo MOHAMMEDIS, & passim per totum Opus locis innumeris. Nullum tamen Vitæ MOHAMMEDIS Systema exhibet, sed nos ad *Eutychii* Annales, ad *Abu'l-Faragji* Dynastias, & ad *Erpenii* Historiam *Saracenicam* remittit. *Qui Libri*, inquit, *in omnium manibus versantur.*

Sequitur jam, ut de Auctore nostro ISMAELE ABU'L-FEDA, quæ scitu necessaria sunt, dicamus. Vir clarissimus & doctissimus *Joannes Gravius* olim Astronomiæ in Academia *Oxoniensi* Professor *Savilianus*, in Præfatione ad binas ABU'L-FEDÆ Tabulas è Libro ejus *Geographiæ* desumptas, & editas *Londini* anno 1650. hæc habet: *De* Abu l Feda *pauca dicenda sunt, ut, qualis, quantusque Auctor fuerit, innotescat. Principatum obtinuisse in* Hamah Syriæ *urbe*, (*cujus in* * *S. Codice mentio fit,*) *luculenter narrat Auctor libri* Al-Sacerdan *inscripti*: السلطان الملك الصالح عماد الدين [ابو الفدا] اسمعيل بن الملك الناصر جلس علي سرير الملك [في حماه] بعد خلع اخيه الملك الناصر احمد في يوم الخميس ثاني عشرين المحرم سنة ثلاث واربعين وسبعماية واقام في الملك الي ان توفي في رابع ربيع الاخر سنة ست واربعين وسبعماية Rex justus, columna religionis, *Al-Soltan*, [*Abu'l-Feda*] *Ismael*, filius *Al-Melec Al-Naser*, sedit super thronum regni [in *Hamah*] post amotionem fratris ipsius *Al-Melec Al-Naser Ahmed*, feria quinta, XXII die [mensis] *Al-Moharram*, Anno IↃCCXLIII [Hegjræ,] & regnavit donec obiit IV die [mensis] *Rabiæ* posterioris, anno [Hegjræ] IↃCCXLVI. *h. e. Christi* CIↃCCCXLV. Huc usque *J. Gravius*. D. *Dherbelot* Biblioth. Orient. pag. 25. col. 2. ABOULFEDA, *est un Auteur fort illustre parmi les Arabes, & qui est deja assez connu parmi nous: Son nom entier est Omadeddin Aboulfeda Ismaël ben Nasser; il est qualifè Sultan, Roy, & Prince de Hamah en Syrie, où il regna après son frere Ahmed surnommè Almalek Al-Nasser, qui fut deposè l' an de l' Hegire* 743. *Aussi-tost qu' Abulfeda commança à regner, il prit le titre d' Al-Malec Al-Saleh, mais il ne jouit de cette dignitè que l' espace de trois ans.* Sukkardân. Quibus verbis patet virum doctum, vel ex libro *Sukkardân* hausisse, æquè ac *J. Gravius*, vel ex *Gravio* descripsisse, quod potius crediderim, adeò κατὰ πόδα eum sequitur. D. *Humphr. Prideaux* ad calcem Vitæ MOHAMMEDIS in Catalogo Auctorum pag. 260. partim *Pocockium*, partim *Gravium* sequitur, cujus etiam verba vernaculo sermone apponam, ut tantos viros lingua sua singulos loquentes audiamus. Abu'l-Feda, *an* Author *of great Repute in the* East *for two Books which he wrote*: *The first a* General Geography *of the World, after the method of* Ptolemy; *and the other a* General History, *which he calls* the Epitome of the History of Nations. *He was born* A.D.* 1273. *He finish'd his* Geography A. D. 1321. *Twenty Years after that he was advanc'd to the Principality of* Hamah *in* Syria, *from whence he is commonly call'd* Shahab Hamah, *i. e.* Prince of Hamah, *where after having Reign'd three years, two months, and thirteen days, he dy'd* A.D. * 1345.

* Jos. 21. 32.

Uncinulis inclusa non sunt in Textu Codicis MSS.

* Hegiræ 672. Ex Pocockio Spec. p. 363.

* 1345. *being seventy two years old. He was by Nation a* Turk *of the Noble Family of the* Jobidæ, *of which was* Saladin *the famous* Sultan *of* Egypt. *His Name at length is* Ismael Ebn Ali Al Melec Al Moaiyad Amaddodin Abul Feda. Ecchelensis *quotes him by the Name of* Ismael Shiahinshiah. Eadem ferè habent D. *Bayle* in suo Diction. pag. 49. & D. *De la Roque* Præfat. ad Versionem *Gallicam* Descriptionis *Arabiæ* per *Abu'l-Fedam*, ubi uterque errores *Blancani* Jesuitæ, & *Morerii*, non sine risu explodit, qui aiunt *Abu'l-Fedam* floruisse quarto post *Christum* natum sæculo, eumque tamen fuisse *Mohammedanum*.

* Hegjræ 746 Ex J. Gravio.

Unus superest adducendus *Edw. Pocokius*, sed tanquam reus, qui *Specim. Hist.* Arabum pag. 363. de nostro Abu'l-Feda agens ait illum Provinciæ *Hamah* præfectum fuisse anno *Hegjræ* 710. & natum anno 672. Et quidem quoad posterius cum eo consentit D. *Humphr. Prideaux*, sed quoad prius, videlicet Abu'l-Fedam *Hamæ* præfectum fuisse anno *Hegjræ* 710. virum doctissimum deserit, Magistrum discipulus; vultque cum *Gravio* Abu'l-Fedam Præfecturam adiisse anno *Hegjræ* 743. viginti annis post absolutam Geographiam. Unde patet esse *Anachronismum* annorum 33. cujus culpam in ipsum *Pocockium* conjiciunt Eruditi, inter quos prælaudatus D. *Bayle* loco citato sic expostulat: *Ce qui me fait de la peine, est de voir que le docte Edouard Pocock assure qu' Abulfeda prit possession du Gouvernement de la Province de Hamah l' an* 710. *de l' Hegjre. On ne peut accorder cela avec ceque J. Gravius à etabli. Or il est plus raisonnable de s' en raporter a ce dernier, qu'a l'autre; parcequ' Abulfeda est la principale matiere de Gravius, au lieu que Pocock n' en parle que comme d' un fort petit accessoire. Mais n' est-il pas bien facheux, que des gens de la force de Pocock en fait d' Erudition Orientale, ne soient point un Guide bien sûr, & que dans le même tems, qu' ils publient une chose, un de leur Collegues en fasse voir la faussetè.*

Bona verba, mi *Bayli*, ne tam citò de tanto viro iniquum feras judicium, ut falsi reum peragas. Non is fuit magnus Edwardus Pocockius, qui tam facile posset falli, ut alios in errorem induceret: Erat vir integerrimus, & solidè doctus; & quamvis obiter, & quasi aliud agens, nihilominus tamen verissimè pronunciavit hæc verba: *Cui Provinciæ* (Hamah) *præfectus est anno* Hegjræ 710. idque ex ipsius Abu'l-Fedæ de se loquentis indubitato testimonio, quod nos infra adducemus. Sed prius detegenda est *Joannis Gravii*, id argumentum ex professo tractantis, viri alioquin boni, & de his Literis optimè meriti, gravissima & portentosissima Hallucinatio, quæ tantæ perturbationis in Chronologia causa fuit, in allegando Auctore libri *Al-Sacerdan*, (seu potius السكردان *Al-Sukkardàn*, quæ est vox *Persica* significans *Sacchararium*, sive *Sacchari* pixidem;) qui Liber extat in Bibliotheca *Bodleiana*, inter Codices MSS^tos *Th. Hydii*, num. 2. Accepi Codicem in manum, & locum citatum attentè legens, deprehendi non ibi extare nomen ابو الفدا Abu'l-Fedæ, neque istud في حماه *in* Hamah: Mox antecedentia

& conſequentia curiosè perluſtrans, vidi ibi haberi ſeriem Regum *Ægypti Mamlucorum* origine *Circaſſorum*, ſive *Turcomannorum*, qui *Borgiitæ* dicti ſunt, &, *Bahritis* pulſis, regnum uſurparunt. Hos inter Reges *Ægypti*, juxta *Pocockii* recenſionem Suppl. ad Hiſt. *Abu'l-Faragji* p. 14. decimum ſextum locum occupat, ille ipſe, quem *Gravius* pro ABU'L-FEDA noſtro, Principe *Hamæ*, orbi literato obtruſit; atque huic nomen eſt الملك الصالح عماد الدين اسمعيل *Al-Malec Al-Saleh Omado'ddin Iſmael*; de quo ſic loquitur *Pocockius* loco, & numero citatis: *Cùm imperaſſet annos tres, duos menſes, & aliquot dies mortuus eſt quinto* Rabiæ *prioris anno* Hegjræ *ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, annos circiter viginti natus.... Refert* Al-Macriſius *illum viſo fratris ſui* Al-Malec Al-Naſeri *capite, quod ad ipſum delatum fuerat, horruiſſe, nec poſtea firma valetudine uſum donec moreretur.* En tibi ABU'L-FEDAM *Gravianum* adhuc imberbem anno *Hegjræ* 746. fato functum, qui juxta *Humphr. Prideaux* natus erat anno ejuſdem *Hegjræ* 672. Bina hæc nomina OMADO'DDIN ISMAEL, utrique communia, *Gravio* anſam errandi dederunt; & ipſe de ſuo ſupplevit iſta, [ABU'L-FEDA,] &, [*in* HAMAH,] quæ in Codice non extant, neque extare poſſunt; ſed vir bonus, præconcepta opinione ductus, ea omninò ſupplenda eſſe ſibi facile perſuaſit. Qui error meritò inter σφάλματα inſignia Virorum Eruditorum primi ordinis reponendus eſt.

Jam, puto, magna ex parte vindicatus eſt vir cl. EDW. POCOCKIUS. Hoc debui Hiſtoriæ veritati; hoc debui ſummi viri honori, qui ut dux in Eruditione *Orientali* minus tutus à D. *Bayle* judicatur. Quia verò, jam exploſo & ſufflaminato de ABU'L-FEDA planè ridiculo *Jo. Gravii* Commento, adhuc qualis, quantuſque Auctor fuerit, ignoratur, omninò neceſſe eſt, ut vitæ ejus Hiſtoriam è certioribus monumentis, quæ in tenebris hactenùs latuerunt, eruamus. Et quidem primò ipſummet de ſe narrantem audiamus Hiſtoriæ ſuæ Generalis Parte tertia ad annum *Hegjræ* 672. وفيها في الجمادي الاول كان ولادة العبد الفقير مولف هذا المختصر اسمعيل بن علي بن محمود بن محمد بن عمر بن شاهنشاه بن ايوب بدار ابن الزنجيلي بدمشق المحروسة فان اهلنا كانوا قد جفلوا من حماه الي دمشق بسبب اخبار التتر *Eodem*, ( Anno 672.) *menſe* Gjomâda *priore*, *fuit* NATIVITAS *Servi* (Dei) *pauperis*, *Auctoris hujus* COMPENDII (Hiſtoriarum,) ISMAELIS *filii* Alî, *filii* Mahmûdi, *filii* Mohammedis, *filii* Omari, *filii* Shahenſhahi, *filii* Aiûbi, *in hoſpitio* Ebno'l-Zangjilæ, Damaſci, (Urbe) *benè cuſtoditâ*: *Siquidem tunc temporis Familia noſtra, relicta* Hamah, Damaſcum *migraverat*, *propter* Tatarorum *irrumpentium rumores.*

Certa eſt igitur Epocha Nativitatis ABU'L-FEDÆ; certum eſt etiam ſtemma Genealogiæ ejus inde ab *Aiûbo*, ſive *Jobo*, *Aiûbitarum*, ſeu *Jobitarum* Principum parente deductum. Qui quidem *Aiûbitæ* Imperio per *Ægyptum*, & *Syriam* potiti ſunt, ejus Fundatore Magno *Salaho'ddino*, vulgò *Saladin*. Scilicet *Aiûb Shadhæ* filius, è gente *Curdorum* oriundus, duos habuit filios, quorum unus fuit *Shahenſhah* ABU'L-FEDÆ noſtri Avus quintus, alter *Joſef* cognomento *Al-Malek Al-Naſer Salaho'ddin*, de quo ABU'L-FEDA, ut

ut & de Principibus Hamah majoribus suis, ac denique de se ipso sic loquitur ibidem: وفي سنة سبعين وخمسماية نزل السلطان الملك الناصر
صلاح الدين يوسف من مصر وملك الشام وحماه في الجملة فاعطا حماه حتى الملك
المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ثم ملكها بعده ولده الملك المنصور
محمد بن الملك المظفر ثم ملكها ولده الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد ثم
ملكها الملك المنصور محمد بن الملك المظفر محمود ثم ملكها ولده ابن عمي الملك
المظفر محمود بن الملك المنصور محمد فلما توفيا ابن عمي في ذي القعدة سنة ثمان
وتسعين وستماية اخذها منا الحكام بمصر حينئذ وهما سلار وبيبرس الجاشنكير
واستنابا فيها قراسنقر الجوكندار فبقيت انا واقاربي في خدمته ثم انتقل قراسنقر
الى نيابة السلطنة بحلب وتولى حماه زين الدين كتبغا الذي كان قد ملك
مصر فبقينا في خدمته حتي مات بحماه وتولي بعده سيف الدين قبجق الذي كان
قد هرب الي قازان واستمر بحماه بقريب سبع سنين حتي نقل الي نيابة السلطنة
بحلب وتولي حماه بعده سيف الدين اسندمر من قريب ستة اشهر وكنت انا قد
فارقت حماه بمرسوم السلطان وسكنت دمشق من خوفي من اسندمر واتفق في ذلك
الوقت موت قبجق النايب بحلب فنقل السلطان اسندمر الي النيابة بحلب وتصدق
علي بحماه وعادت حينين الي البيت التقوي الايوبي في هذه السنة اعني سنة عشرة
وسبعماية ومن عريب الاتفاق ان مولدي كان في دمشق في جمادي واعطيت حماه
وانا في دمشق في جمادي *Anno* (Hegjræ) *quingentesimo septuagesimo* Al-Soltân Al-Malec Al-Nâser Salaho'ddin Josef *ex* Ægypto *veniens*, Syriam *universam in potestatem suam redegit, ac proinde* Hamam. **Et dedit* Hamam *Avo meo* Al-Maleko Al-Modhaffero Takio'ddino Omaro *filio* Shahenshahi *filii* Aiûbi. *Deinde in ea* **regnavit post illum filius ejus* Al-Malek Al-Mansûr Mohammed *filius* Al-Maleki Al-Modhafferi. *Deinde* **regnavit in ea filius ejus* Al-Malek Al-Modhaffer Mahmûd *filius* Al-Maleki Al-Mansûri Mohammedis *Deinde* **regnavit in ea* Al-Malek Al-Mansûr Mohammed *filius* Al-Maleki Al-Modhafferi Mahmûdi. *Deinde* **regnavit in ea filius ejus, filius Patrui mei* Al-Malek Al-Modhaffer Mahmûd *filius* Al-Maleki Al-Mansuri Mohammedis.

* Anno Hegjræ 570.
* An. 587.
* An. 615.
* An. 642.
* An. 683.

*Postquam autem mortuus est filius Patrui mei mense* Dhu'l-Ka'ada *anni* (Hegjræ) 698. *ceperunt illam à nobis Prætores, qui tunc in* Ægypto *summæ rerum præerant*; *iique duo fuerunt, scil.* Salâr, *&* Bibars Al-Gjâshanghir, *&* Hamæ *Præfectum constituerunt* Karâsankarum Al-Gjûcandârum: *Adeoque Ego, & Propinqui mei sub ministerio, & famulatu ejus remansimus. Deinde translatus fuit* Karâsankar *ad Præfecturam* Soltanicæ *potestatis* Halebi; *cui in regimen* Hamæ *suffectus est* Zaino'ddin Ketboga, *qui quidem Urbe* Mesr (*in* Ægypto) *potiebatur. Sicque sub ejus ministerio mansimus donec mortuus est* Hamæ. *Huic subrogatus fuit* Saifo'ddin Kobagjak, *qui ad* Kazânum *antea profugerat.* Hamæ *rerum potitus est annos circiter septem, donec ad Præfecturam* Soltanicæ *potestatis* Halebi *translatus fuit. Post eum* Hamæ *regimen suscepit* Saïfo'ddin Asandamar *per menses ferè sex.*

*Ego verò interea de Mandato* Soltâni, Hama *relicta*, Damasci *sedem fixeram, metu* Asandamari: *Eo autem intervallo temporis accidit mors* Kobagjaki Halebi *Præfecti*; *quo factum est, ut* Asandamar *ad Præfecturam* Soltanicæ *potestatis* Halebi *transferretur*; *&* (Soltân) *me simul* Hamæ *Præfectum renunciaret. Atque tunc ad*

 *domum*

*domum reſidentiæ familiæ* Aiûbitarum *reverſus ſum hoc anno, ſcilicet anno* (Hegjræ) 710. *Res autem admiratione digna eſt, quod & Nativitas mea* Damaſci *contigit menſe* Gjomâda; *& Donatio* Hamæ *mihi facta fuit, tum cùm* Damaſci *degerem, menſe* Gjomâda.

Deinde Abu'l-Feda Ingreſſum ſuum ſolemnem in Urbem *Hamah*, & pompam Inaugurationis ſuæ, atque iter ſuum in *Ægyptum* his verbis deſcribit: ولنرجع الى ذكر دخولي اليها ولما قاربت حماه افاض علي الامير سيف الدين فجليش الشريف وقلدني السيف والعصابة الذهب ونزلت في خام نصب لي بظاهر حماه وقري التقليد الشريف بين يدي بحضرة القضاة والامرا والعسكر وانا اقبل الارض عند القابي وشكري ولما استقريت بحماه سفرت الامير سيف الدين فجليش وواصلته مع الشريف واخيل اربعين الف درهم وتوجه عايد الي ديار مصر ثم اني سالت صدقات السلطان في دستور بالحضور لتقبيل الارض بين يديه فرسم لي بالحضور وخرجت من حماه في يوم عيد الفطر وحضرت من بين يديه بقلعة الجبل يوم الثلثا مستهل ذي القعدة من السنة وقدمت ما كان صحبتي من الخيل والقماش بقبوله وافاض علي وعلي من في صحبتي التشاريف ورسم لي بالعود الي حماه فسرت من مصر وصلت الي حماه يوم الثلثا سابع ذي الحجة من هذه السنة اعني سنة عشر وسبعماية الموافق لسابع عشرين نيسان *Jam autem revertamur ad narrationem Ingreſſus mei in illam,* (Hamam.) *Cùm* Hamæ *appropinquarem,* Emirus Saïfo'ddin Fagjaliſh *mihi obviam factus protulit Chlamydem dignitatis, & Baltheum gladii, & Virgam auream,* (ſeu Sceptrum.) *Inde proceſſi in Tentorium, quod mihi erectum fuerat in Platea* Hamæ; *& ille coràm me legit Inſtrumentum Inveſtituræ dignitatis, præſentibus* Judicibus, Emiris, *& univerſo Exercitu. Tum Ego pronus terram oſculatus ſum, dum inter fauſtas acclamationes agnominibus meis & titulis honoris aer perſonabat. Poſtquam in urbe* Hama *proclamatus fui,* Emirum Saifo'ddinum Fagjaliſhum *ad iter ſe comparare juſſi, atque illum dimiſi cum Chlamyde honoris, & Equo pretii* 40000 Drachmarum; *& iter aggreſſus in Provincias* Ægypti *reverſus eſt. Quibus ita peractis,* Soltanum (per Literas) *rogavi, ut ab eo Inveſtituram acciperem cum Diplomate in præſentia ejus, coràm illo terram oſculando. Et permiſit mihi, ut in præſentia ſua coràm adeſſem. Egreſſus igitur* Hama *die feſto Solutionis* (Jejunii menſis *Ramadhân*,) *adfui præſens coràm illo in* * Arce Montis *feria tertia Novilunii menſis* Dhu'l-Ka'adæ *hujus anni; & obtuli quidquid in comitatu meo adduxeram ex Equis & Supellectili pretioſa, ut ea dono acciperet; & ille viciſſim mihi, & comitatui meo Chlamydes honoris diſtribuit; tum ut* Hamam *reverterer conceſſit. Proficiſcens itaque ex* Ægypto Hamam *perveni feria tertia, qui fuit dies ſeptimus menſis* Dhu'l-Hagjæ *ejuſdem anni, ſcil. anni* (Hegjræ) *ſeptingenteſimi decimi, qui reſpondet diei vigeſimo ſeptimo menſis* Niſân. (Qui in anno Syriaco reſpondet Aprili.)

* Sic appellabatur Palatium Regum Ægypti Alexandriæ.

Hiſtoriam ſuam perduxit Auctor noſter uſque ad diem decimum ſeptimum menſis *Moharram* anni *Hegjræ* Septingenteſimi duodecimi. Reliquum ejus Vitæ cum luculento Elogio, & Scriptorum ejus Synopſi, nobis ſuppeditabit **Gjannabius* Hiſt. General. Sect. 36. cap. *de Principibus* Hamæ. وفي سنة عشرة وسبعماية قرر الملك المويد ابو الفدا اسماعيل ابن الملك المظفر علي ابن الملك المظفر محمود في ملك حماه فلم يزل مالكا الي

* Hiſtoriam ſuam perduxit ad an. Hegjræ 997.

الى سنة ثلاث وثلاثين وسبعماية فمات مالكا بها وله ستون سنة ودخل في مدة
ملكه مصر ورحل الى الاسكندرية وتفرج بها وبالغ السلطان الملك الناصر محمد بن
قلاوون في اكرامه وكانت لديه فضايل ومشاركة في علوم كثيرة واتقن الفقه على
مذهب الامام الشافعي رحمة الله تعالى عليه ونظم الحاوي الصغير وكان عالما بالطب
والحكمة والهيئة والشعر وله كتاب تقويم البلدان ما جمع مثله وهو من الملوك الاقران
والعلماء الاعيان وله شعر حسن وموشحات ولشعراء عصره فيه عيون المدايح وله كتاب
في التاريخ سماه المختصر وهو كتاب حسن معتبر ما له نظير وله الكناش المويدي
في علم الطب نظاير العشور وهو ايضا كتاب حسن وولي حماه بعده ولده الافضل
علي وكانت وفاته بدمشق معزولا عن حماه سنة ست واربعين وسبعماية

*Anno* (Hegiræ) *ſeptingenteſimo decimo ſtabilitus fuit in regno* Hamæ Al-Malek Al-Mowaïad ABU'L-FEDA ISMAEL, *filius* Al-Maleki Al-Modhafferi Alî, *filii* Al-Maleki Al-Modhafferi Mahmûdi. *Neque deſtitit regnare uſque ad annum trigeſimum tertium ſupra ſeptingenteſimum, quo mortuus eſt in illa regnans, cùm eſſet natus annos ſexaginta. Durante regno ſuo in* Ægyptum *ingreſſus* Alexandriam *uſque profectus eſt, ibique, amicorum familiari conſuetudine oblectans ſe, commoratus eſt. Illum ſummis honoribus excepit* Al-Soltân Al-Malek * Al-Nâſer Mohammed Kelâûni *filius.*

*Erat eximiis virtutibus ornatus, & multarum Scientiarum conſortio cumulatus. Iuriſprudentiam,* (ſeu Religionis Principia) *inſtituit ſecundùm ſententiam* Antiſtitis Al-Shâfe'enſis, *ſuper quem ſit miſericordia Dei excelſi; cujus & parvum Syſtema methodicè compoſuit. Fuit Medicinæ, Philoſophiæ, Aſtronomiæ, nec non Poetices peritiſſimmus.*

*Extat ejus Liber dictus* Takwimo'l-Boldân, (i. e. Canon Geographicus Regionum.) *Cui Syntagmati nullum aliud ſimile eſt; ſiquidem collectum fuit è Regibus,* (ſeu Principibus Geographorum,) *excellentiſſimis, & doctis Auctoribus laudatiſſimis.*

*Item* Poema *elegans, &* Faſciæ, (quod eſt genus carminis, cujus verſus ſunt in morem Faſciarum, ſeu Baltheorum, gemmis bulliſve inſignium, quos ſibi alligant mulieres.) *Hoc* Carmen Poetis *dedicavit: In eo ſunt Pericopæ admodum laudabiles.*

* Is tertia vice regnare cœperat in *Ægypto*, feria quinta, die 2 menſis *Shawal* anni *Hegiræ* 709. & regnavit uſque ad annum 741. Ejus filius quartus *Al-Malek Al-Saleh Omado'ddin* ISMAEL, qui cœpit regnare An 743. & obiit an. 746. ipſe eſt quem pro noſtro ABU'L-FEDA accepit J Gravius, aliique poſt ipſum, ut ſupra demonſtravimus, pag v & vj

*Item Liber Hiſtoriarum, cui nomen impoſuit* COMPENDIUM: *Eſt Liber optimus longè exſuperans quidquid in hoc genere cum illo comparari poteſt.*

*Item* Sylloge *dicta* Al-Mowaïadica, (à ſuo Agnomine,) *de Scientia Medica, quæ quidem* Canoni *ſimilis eſt. Hic liber eſt etiam optimus.*

*Poſt illum* Hamæ *Præfectus fuit filius ejus* Al-Afdhal Alî, *qui obiit* Damaſci, *quò,* Hamæ *Præfectura abdicatus, ſeceſſerat, anno* (Hegiræ) *ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto.*

Ex his *Gjannabii* verbis luce meridiana clarius eſt ABU'L-FEDAM, cùm ſexagenarius obierit anno *Hegiræ* 733. & naſci debuiſſe, etiam ſi ipſius teſtimonio certo careremus, anno 672, vel 673. & totos viginti duos annos regnaſſe, contra aſſertionem D. *Dherbelot*, & D. *Prideaux*, qui non amplius quam tres annos regni aſſignant, poſtquam fratri fictitio **Ahmedi*, cognomento *Al-Maleko Al-Nâſero*, qui abdicatus fertur anno *Hegiræ* 743. ſucceſſiſſet. Sed in tam brevis

* Is etiam fuit Rex *Ægypti*, de quo v. *Pocock.* Supplem ad *Abu'l-Faragj.* p. 14. num. 14

brevis regni compenſationem D *Prideaux* ætatem ejus ad ſeptuaginta duos annos producit. Obſervat tamen D. *Dherbelot* à nonnullis Hiſtoricis dici ABU'L-FEDAM natum anno 672. & obiiſſe anno 732. Hinc videre licet quot unius *Joannis Gravii* Hallucinatio errores pepererit, quos pro rei momento à nobis caſtigari neceſſe fuit.

Ex hoc etiam *Gjannabii* Elogio accuratam ABU'L-FEDÆ operum Delineationem habemus, inter quæ eſt illud adeò celebratum GEOGRAPHIÆ univerſalis opus, cujus Editio à tot magnis viris hactenùs tentata, ſed à nullo abſoluta fuit: De qua vir eruditus *Thomas Smith* S. T. D. in vita *Joannis Gravii*, ubi de *Gravianæ* Eruditionis monimentis, quæ aut abſolvit, aut imperfecta reliquit, hæc habet notatu digna pag. 38. VII. *Verſio integra Tabularum Geographicarum* ABU'L-FEDÆ; *quæ pariter latet. Hanc autem ab ipſo conſummatam fuiſſe ex Præſatione* Choraſmiæ *&* Mawaralnahræ *deſcriptioni præfixa ſatis conſtat. Cùm enim dixiſſet,* Ramuſium *iis fuiſſe uſum, & præcipuè* Caſtaldum, *inſignem Geographum, illarum beneficio errores ab aliis in deſcribendis* Aſiæ *regionibus, & potiſſimum in ſignandis locorum Longitudinibus, & Latitudinibus admiſſos ſuſtuliſſe, ac denique viros doctiſſimos* Thomam Erpenium, *&* Guilielmum Schickardum, *de iis edendis cogitaſſe, mox ſubjungit*: Quod itaque à tantis Viris ſuſceptum, & à doctis hodie ferè omnibus efflagitatum, tandem, favente Deo Opt. Max. in hac nuſquam ſatis deploranda Patriæ meæ calamitate, in maximo fortunarum naufragio, ſummaque animi inquietudine, conſummatum eſt. *Non poſſum igitur*, addit vir bonus D. *Smith*, pro ſuo erga has Literas amore, *quin deplorem triſte illud, quod illuſtri huic ac utiliſſimo iſtius* Syri Principis *Libro adhuc incubat, fatum, nec facile, ut videtur, averruncandum, ni Principum, Magnatumque hiſce Literis patrocinantium munificentia infelix iſtud infauſtumque avertat Omen. Poſt enim* Gravium, *Viri clariſſimi & eruditiſſimi,* Samuel Clericus, *&* Guilielmus Guiſius, *ambo* Oxonienſes, *&, ut accepi, D.* Thevenotus Gallus, *idem quoque Opus ſumma cum induſtria moliti ſunt, quos tamen in medio opere occupatos mors abripuit.*

Mireris fortaſſe, Lector benevole, imò mihi ſuccenſeas, ſi dixero aliquid de novo in GEOGRAPHIA ABU'L-FEDÆ edenda à me tentatum, idque nimis temerario auſu, poſt tot tantorumque doctorum virorum conatus, qui omnes infelici ſucceſſu rem aggreſſi, in hac Palæſtra hactenùs incaſsùm deſudarunt. Et revera his, fateor, ego ipſe deterritus, contentus eram *Arabiæ* triplicis Tabulas *Geographicas* ad mentem Auctoris noſtri, poſt à me editam ejuſdem *Arabiæ* Deſcriptionem inter *Geographos* Minores D. *Hudſoni*, cum Latina *J. Gravii* verſione, quæ huic Vitæ *Mohammedis* inſererentur, accuratè delineare. Sed jam amicorum ſuaſu, qui has Tabulas inſpexerunt, illas in ipſum Opus *Geographicum*, quod à me quaſi convitio efflagitatur, edendum, differre cogor; hoc præſertim tempore, cùm in tam proſpero Reipublicæ, & Academiæ florente ſtatu, ſub auſpiciis Magni GEORGII feliciter regnantis, tum etiam accedente

Princi-

Principum Magnatumque munificentia, Omen illud infelix infauſtumque, de quo conqueritur vir cl. *Th. Smith*, facile tandem avertendum iri, propè certa ſpes affulgeat.

Quod *Aſtronomiam* ſpectat, qua in ſcientia quoque Abu'l-Feda noſter excelluiſſe perhibetur ab eodem *Gjannabio*, ſi credimus Auctori docto Catalogi MSS^torum^ Codd. Orientt. Bibliothecæ *Bodleianæ* aliarumque *Oxon.* extat in Bibliotheca Collegii D. *Joannis Baptiſtæ*, Abaco tertio, lit. M. num. 67. Liber ſub hoc Titulo: *Item, Tabulæ Aſtronomicæ* Omadoddin Iſmaelis Abulphedæ. Eaſdem Tabulas etiam recenſet D. *Edw. Bernard*, in *Synopſi* ſua veterum *Mathematicorum*, pag. 25. his verbis: viii. *Excerpta ex tabulis MSS.* Arabicis, 1. Ebn Sharir Damaſceni *in* Arch. Seld. 2. Omaddodini, *metricè, in Coll. D.* Joan. Oxon. Quòd ſit iſtud opus genuinum Auctoris noſtri ſatis innuit Inſcriptio *Arabica* Libri, quæ ſic habet: كتاب السر المكتوم في العمل بالزيج المنظوم تاليف الشيخ الامام العالم العلامة وحيد دهره وفريد عصره عماد الدين اسمعيل بن زين الدين عمر سلطان حماه رضي الله عنه *Liber Arcani occulti, de conſtructione Tabularum Aſtronomicarum Metrica*: *Auctore* Al-Shaik Al-Emâm, i. e. *Doctore*, *Antiſtite*, *docto*, *longè doctiſſimo*; *ætatis ſuæ unico* (Phœnice,) *& ſæculi ſui ſingulari margarita*, Omado'ddino Iſmaele *filio* Zaino'ddini Omari, Soltani Hamæ. Quamvis autem agnomen Abu'l-Feda non compareat, & nomen Patris *Omar* pro *Alì* ponatur, id errori, vel ignorantiæ Scribæ videtur tribuendum; cætera enim non ſinunt dubitare de ipſo Auctore Abu'l-Feda noſtro. Codex eleganter ſcriptus 103. foliis abſolvitur, continens Tabulas mediorum motuum ſeptem Planetarum in annis *Arab. Perſ. Syr. Rom.* ſeu *Græc.* & *Jud.* inter ſe comparatis. Regulæ, & Problemata metro proponuntur, quibus alternatim Expoſitio proſa oratione ſubjicitur.

Patris ſui multis in locis Hiſtoriæ mentionem facit, & præclara ejus belli facinora paſſim narrat, ac tandem de obitu & ætate ejus ſic ſcribit ad annum *Hegjræ* 692. في ذي القعدة سار والدي الملك الافضل نور الدين علي بن الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب من حلب الي دمشق وتوفي بها في اوايل ذي الحجة من هذه السنة اعني سنة اثنين وتسعين وستماية وكان مولده في اواخر سنة خمس وثلثين وستماية *Menſe* Dhu'l-Ka'ada *Pater meus* Al-Malek Al-Afdhal Nûro'ddin Alî *filius* Al-Maleki Al-Modhafferi Mahmûdi, *filii* Al-Maleki Al-Manſûri Mohammedis, *filii* Al-Maleki Al-Modhafferi Al-Takio'ddini Omari, *filii* Shâhenſhâhi, *filii* Aiubi, Halebo *profectus* Damaſcum *venit*, *atque ibi obiit initio menſis* Dhu'l-Hagjæ *hujus anni*, *ſcil. anni* 692. *Natus fuerat exeunte anno* 635.

Nec de ſe ipſo ſilet, ubicunque fert occaſio, præſertim ubi de bellis adversùs *Tataros*, & *Francos* geſtis, quibus cum Patre ab ephebis interfuit, & quidem primo ſub *Al-Maleko Al-Manſuro Kelâûno Ægypti* & *Syriæ* rege, qui *Tataros* in *Syria* fudit; multas etiam urbes & arces *Chriſtianis* eripuit, inter quas *Tripolis*, locus munitiſſimus, quam nec *Salaho'ddinus*, nec alius quiſpiam Regum *Ægyptiacorum* aggredi auſus fuerat, teſte Abu'l-Feda ipſo, qui præſens

*Christi 1289. ſens aderat, quando vi capta fuit, idque anno *Hegjræ* *688. initio menſis *Rabi'i* poſterioris; cùm in *Francorum* poteſtate uſque ab anno 53. fuiſſet. Deinde ſub ejus filio & ſucceſſore *Al-Maleko Al-Aſhrafo Salaho'ddino* cognom. *Chalil*, qui *Accam*, al. *Ptolemaida*, poſt cruentam obſidionem, & *Chriſtianorum* cædem, expugnatam

* Ch. 1291 diruit anno *Hegjræ* *690. die Veneris 27. menſis *Gjomâdæ* poſterioris.

* Ch. 1302. Denique anno *702. cum *Tatarorum Mogulenſium* Imperator *Kazân chân Argûni* filius copias in *Syriam Kotlu-Shâho* duce miſiſſet, occurrit eis ABU'L-FEDA cum *Hamæ* exercitu, cui imperabat, & copiis *Ægyptiacis*, quibus alii Duces præerant. Cumque ingens prælium commiſſum fuiſſet, *Tatari* profligati ſunt; deinde & totus eorum exercitus fractus, fugatus, & ferè ad internecionem deletus fuit. Pluresque alias expeditiones minoris momenti narrat, donec

* Ch. 1310. tandem ipſe *Hamæ* Princeps creatus fuit anno *710. uti jam vidimus ſupra pag. vjjj.

Hactenùs omnes, quos legimus, Auctores tam *Arabes*, quam *Chriſtianos*, qui de ABU'L-FEDA, & ejus Scriptis, magnis cum Encomiis, nec immeritò, loquuti ſunt, in medium adduximus. Sed jam unus ſupereſt nuperus quidem, at non infimi ſubſellii D. *Euſebius Renaudot, Gallus*, concivis meus, Pariſinus, multis Eruditionis Orientalis monimentis, partim editis, partim ineditis clarus, cujus de Auctore noſtro Judicium, quantumvis ex parte iniquum, non debemus ſilentio prætermittere. Sic itaque vir doctus Hiſtoriæ *Patriarcharum Alexandriæ*, pag. 77. Iſmael *ille filius* Hali, Abulfeda *eſt* Hamæ Satrapa *ex* Yubidarum *ſtemmate*, *opere* Geographico *ſuo notiſſimus, ſed non minorem laudem conſecutus eſt ex* Hiſtoria, *quam à rerum initio ad ſuam uſque ætatem perduxit, ad annum ſcilicet circiter* *1300. Æræ Chriſtianæ. *In rebus porrò* Muhammedanorum *tractandis ſatis diligens, & accuratus eſt*; *at in vetuſtis originibus, quæ* Hegjram *antevertunt, nihil habet, unde reliquis præferatur. Tanta autem illius fuit rerum peregrinarum ignorantia, ut* Veteris Teſtamenti *Libros* Arabicè *converſos neſciret, quod viro doctiſſimo* Edwardo Pocockio *fraudi fuit, dum ex illius teſtimonio de antiquitate Verſionis* Arabicæ *conjecturam fecit.*

* Præcisè, ad diem 17. menſis Moharram anni Hegj. 712. qui reſpondet anno Ch. 1312.

Priuſquam ulterius pergamus, ab ignorantia abſolvendus eſt ABU'L-FEDA, & *Edw. Pocockius* à falſa conjectura paucis vindicandus. Et quidem prius egregiè præſtitit ipſe *Pocockius* Præfat. ad Variantes Lectiones *Pentateuchi Arabici*, quæ extat Tomo ultimo *Bibl Polyglott. Londin.* ubi poſtquam ABU'L-FEDÆ verba laudavit, hæc ſubjicit: *Docent hæc magni Autoris verba nullam tunc temporis reperiri potuiſſe Textûs* Hebraici *Verſionem literis* Arabicis *exaratam. Neque enim aliter intelligenda ſunt, quæ ſcribit*, 24. Judæorum *Libros nondum* Arabicos *factos fuiſſe, cùm multis ante annis à* R. Sa'adia, (*forſan & ab aliis,*) *verſi fuerint*, (*ipſe enim anno* Hegjræ *672. *natus*, Haggaon *autem anno Mundi, ſecundùm* Judæorum *computum*, *4702. *denatus perhibetur*;) *ſed uti* Judæis, *adhuc etiam, in more eſt, ſuis tantùm depicti Characteribus, quo minus à diverſæ Profeſſionis hominibus legerentur*. &c. Quoad ſecundum, quod ſcil.

* Ch. 1273.

* Hegjræ 336. Ch. 947.

*Pocockius*

*Pocockius* ex ABU'L-FEDÆ testimonio de antiquitate Versionis *Arabicæ* longè ante ABU'L-FEDAM: *Neque verò tum primùm*, inquit *Pocockius*, *habitu* Saracenico *amictam temerè affirmaverim*, *cùm de ipso* Sa'adia *afferentem* Aben Ezram *habeamus*, שתרגם התורה בלשון ישמעאל וכתיבתם ipsum Legem lingua, & scriptura *Ismaelitica* interpretatum, *cujus tamen exemplaria aliqua* Ismaelitis *communicata fuisse vix credi sinunt docti* Principis, *quæ laudamus verba*. Ubinam igitur ABU'L-FEDÆ ignorantia? Ubinam conjectura erronea *Pocockii*, cujus ne umbra quidem hæc legenti usquam occurrit, præterquam D. *Renaudoto*, qui ibi, dum hæc scriberet, nodos in scirpo quærebat.

Sed revertamur ad alias D. *Renaudoti* criminationes: *De Concilio* Niceno, pergit ille, *æquè sciebat* Abulfeda; *sed* Makrizium, *aut* Eutychium *exscripsit*, *de cujus absurdissima narratione judicare non poterat. Quantùm autem ignotæ illi forent* Christianorum *res*, *argumento perspicuo demonstrabimus. In ditissima MSS*[torum] *Librorum omnis generis Bibliotheca* Seguieriana *extat Codex illius* Historiæ; *qui non modo ætati Autoris æqualis est*, *sed ad eum pertinuisse*, *&* *illius manu multis in locis emendatus fuisse videtur. In eo enim literæ plures occurrunt*, *&* *emendationes*, *non quæ Antiquarii librum recensentis*, *sed Autoris ipsius sua retractantis manum indicant. Literæ etiam grandiusculæ*, *quales vulgò sunt hominis de* Calligraphia *parùm solliciti*, *&* *quæ ab elegantia*, *qua totus Liber scriptus est*, *longè absunt*, Principem *ipsum Autorem operis designant potius*, *quam* Criticum *recensentem*, *præsertim cùm multa deleta*, *adjuncta quoque non pauca animadvertantur*, *quibus nemo alienum opus inficere solet. Non dubitamus igitur omnia illa esse ab Autoris* Abulfedæ *manu. Inter Additamenta præcipuum unum est de variis* Christianorum *opinionibus*, *consarcinatum ex* Hæreseon *Catalogis*, *qualis ille*, *qui legitur initio Præfationis Concilii* Niceni, *Interprete* Abrahamo Echellensi, *cui similes multi extant in variis MSS*[tis] *Codicibus*, *omnes nullo judicio scripti à viris* Theologiæ *non minus*, *quam* Historiæ Ecclesiasticæ *imperitissimis. In aliquem Catalogum similem cùm incidisset* Abulfeda *thesaurum existimavit nactum se fuisse*, *unde perspectissima* Christianorum *Dogmata habiturus esset. Ex illa igitur errorum omnium colluvie* Christiana *Dogmata describere aggressus est*, *quasi æqua esset veri falsique apud omnes existimatio.* Huc usque D. *Renaudoti* Criticismus. Tum quasi de certa victoria triumphum agens, homini victo, & pedibus conculcato sic insultat: *En hominem infidelem*, *&* *barbarum*, *quem sæculo* 14°. *nugas alterius*, *qui nono sæculo vivebat*, *transcribentem audire nos jubet* Seldenus, *omnium antiquorum testimonio insuper habito*!

Occasio tam acerbæ Censuræ, seu Invectivæ in ABU'L-FEDAM nostrum, ut ut immeritum, fuit, quod *Seldenus* absurdum quorundam *Christianorum* narrationem de numero Patrum, qui Concilio *Niceno*, sub *Constantino M.* contra *Arium*, interfuerunt bis mille ducentorum quadraginta octo, quam ex *Eutychii** Annalibus hau-

* Eutych. Annal. Tom. 1 pag. 440.

 ferat,

ferat, in medium protuliſſet, allatis inſuper teſtimoniis *Joſephi Ægyptii*, *Chriſtiani*, & *Iſmaelis* filii *Ali*, cognom. *Abulfedæ*. Locus, quem ex ABU'L-FEDA noſtro laudat *Seldenus*, Comment. in *Eutychii* Origines pag. 74. initio, deſumptus eſt è Sect. 3. Hiſtoriæ, ubi de *Romanorum* Imperatoribus agit: Sic autem *Seldenus*: *Scriptor demum ille* Mahumedanus, Iſmael Ibn Ali *ad hunc modum*: ولعشرين سنة مضت من ملك قسطنطين المذكور اجتمع الفان وثمان واربعون اسقفا ثم اختار منهم ثلثمائة وثمانية عشر اسقفا فحرموا اريوس الاسكندري لكونه يقول ان المسيح كان مخلوقا واتفقت الاساقفة المذكورون لدى قسطنطين ووضعوا شرائع النصرانية بعد ان لم تكن وكان رئيس هذه البطارقة بطريك الاسكندرية:
Exeunte anno viceſimo jam memorati *Conſtantini Auguſti*, congregati ſunt *Epiſcopi* 2048. Tunc ſelegit ex eis 318. Et anathemate feriebant *Arium Alexandrinum*, eo quod *Chriſtum* aſſereret eſſe creaturam. Et conſenſere *Epiſcopi* jam memorati *Conſtantino*, & Religionem *Chriſtianam* publicarunt aliter atque ſe ante habuerat, (*memineris Scriptorem eſſe* Mohammedanum.) Princeps autem *Patriarcharum*, ſeu *Epiſcoporum* horum erat *Patriarcha Alexandrinus*.

Hæc verba diſertè ait ABU'L-FEDA ſe tranſcripſiſſe من القانون ex *Al-Kânoun*, i.e. *Canone Geographico*, cujus Auctor eſt *Abu-Rihân*, cognom. *Al-Birunius*, qui florut anno *Hegjræ* 385. *Chriſti* 995. Unde patet quam temerè affirmet D. *Renaudotus* ABU'L-FEDAM ex *Makrizio*, aut *Eutychio* exſcripſiſſe. Potuiſſet quidem Auctor noſter *Eutychium* exſcribere; at quomodo *Makrizium*? Is enim demùm natus eſt annis 36. poſt *Abu'l-Fedæ* obitum, ſcil. *Abu'l-Feda* obiit anno *Hegjræ* 733. *Makrizius* autem natus eſt anno 769. Porrò Fabulæ allatæ minimè fidem adjecit *Seldenus*, ſed illam Hiſtoricè tantummodò retulit: Siquidem rectè ipſe obſervat, fatente *Renaudoto*, immanem illum 2048 *Epiſcoporum* numerum ex omnium, quos Notitiæ *Epiſcoporum* totius orbis repræſentant, *Epiſcopis*, vix confici potuiſſe.

De cætero lepidum ſanè eſt argumentum, quo D. *Renaudotus* perſpicuo ſe demonſtraſſe putat, quantùm ignotæ ABU'L-FEDÆ forent res *Chriſtianorum*, ex eo quod in MS[to] Codice *Seguieriano* Hiſtoriæ illius plures Lituræ occurrant, & emendationes, & additamenta, quorum ſit Auctor *Princeps* ipſe. Nullam hìc video conſequentiam. Quod ad nos attinet, qui de Authentico ABU'L-FEDÆ Exemplari ſoliciti ſumus, uno verbo de ætate Codicis omnem dubitationem ſuſtuliſſet, ſi quo die, quo menſe, quo anno, cujus Antiquarii manu, exaratus fuerit, indicaſſet D. *Renaudotus*; vel ſi horum nihil tale deprehenderetur in Codice, ſaltem ea de re Lectorem monere debuerat, quo majorem conjecturis ſuis fidem conciliaret. Confer quæ ſupra pag. jj. de Codice *Marracciano*, & noſtro diſſeruimus.

Neque adhuc à nobis dimittendus eſt D. *Renaudotus*, antequam duos ſummos viros ab errore, quem iis gratis impingit, breviter vindicaverimus. Scilicet cl. virum *Edw Pocockium* per latus *Th. Erpenii* petit, ejuſdem Hiſt. *Patriarch. Alexandr.* pag. 172. ubi de *Hegjra*

*Hegjra* loquitur, in hunc modum: *Qui* Elmacinum *sequuntur, si* Arabicè *nesciant, non ipsum, sed Interpretem* Thomam Erpenium *sequi deprehenduntur, qui in multis sæpe falsus est; ita circa annorum* Arabicorum *cum* Romanis *comparationem sæpissimè. Statim enim * ad annum primum* Hegiræ *offendit*: Incidit, *inquit*, Hegira, seu fuga Mohammedis in 16^um^ Julii anni Æræ Christianæ 622^i^. *At certissimum est caput illius* Epochæ *constituendum an.* 622°, 15^a^ *Julii, Feria v^a^, ut accuratissimis Tabulis suis expressit* Joannes Gravius; *quamvis in eundem cum* Erpenio *errorem * impegerit* Edwardus Pocockius.

* Hist. Sarac. pag. 4.

* In Can. annorum Abulfarag. 4.

Nescio quo fato hìc etiam *Pocockius* noster, non sine summa injuria, cum *J. Gravio* perperàm committitur. Minimè offendit *Erpenius*; neque post illum in errorem impegit *Pocockius*, quamvis ambo à *J. Gravio*, eoque non errante, differant: Quid ergo, inquies? Nempe tu ipse, mi *Renaudote*, ignorantiam tuam in ipsis *Astronomiæ* Elementis prodis, quippe qui nescias, quænam sit differentia inter σύνοδον Lunæ, & inter φάσιν ejus. Scilicet *Erpenius*, & *Pocockius* sequuti sunt Politicum, seu vulgarem computandi modum, quo *Arabes* mensem inchoant à φάσει, seu Apparitione Lunæ; *Gravius* autem Tabulas suas instituit secundùm *Astronomorum* Calculum, qui mensem incipiunt ab ipsa συνόδῳ, seu conjunctione *Lunæ* cum *Sole*; idque ad mentem *Ulug Beighi*, cujus Tractatum de *Epochis celebrioribus* edidit *Londini*, an. 1650. cui & Tabulas suas earumdem *Epocharum* inter se collatarum adjecit. Mentem autem suam planè aperuit *Ulug Beigh* initio Capitis primi istius Tractatus, quod est de *Hegjra*; cujus verba sic sonant, Interprete *J. Gravio*: *Initium hujus* Epochæ *est principium* (mensis) Moharram *illius anni, in quo* Propheta, *noster* Mohammedes Mostafa, *cui benedictio, & pax sit, à* Meccâ Medinam *migrabat, & illud secundùm* medium calculum, *est feria quinta, sed secundùm* Phasin Lunæ, *dies* Veneris. *Nos autem feriam quintam accipimus.* Mohammedani *menses hujus* Epochæ *à* Phasi *novilunii ad* Phasin *sequentis novilunii numerant*, &c. Confer. *Guil. Beveregii* Institut. Chronol. lib. 2. pag. 160.

Hæc si probè intellexisset D. *Renaudotus*, & doctorum Virorum honori pepercisset, & simul suiipsius famæ ea in re prudentius consuluisset. Ea in re dico, nempe in Scientia *Astronomiæ*; nam in reliquis, præsertim in Lingg. Orientt. cognitione magnum in Republica Literaria nomen sibi merito comparavit, propter multa Ingenii sui Monumenta, quæ partim edidit, partim inedita post se reliquit; inter quæ extat, ut quidem ex Literis ad me datis à Rev. Patre *Michaële Le Quien* ORIENTIS CHRISTIANI magno Illustratore, non ita pridem intellexi, nova *Georgii Elmacini* Versio Latina, prælo parata, loco *Erpenianæ*, in qua multos errores deprehenderat; quod & ipse supra non obscurè innuit. Utinam Hæredes docti viri tam utile Opus Publico non invideant. Nos ab eodem opere inchoato, cui & Supplementum, quod tertiam Operis partem constituit, adjicere erat animus, libentissimè supersederemus: Non

enim dubitamus, quin integram illam Hiſtoriam editurus fuiſſet. Sed hæc in παρόδῳ, ad inſtitutum revertamur.

Præter multiplicia Auctoris noſtri Cognomina, & Agnomina, quibus, quaſi totidem Titulis honoris, ut Princeps nobiliſſima *Aiubitarum* familia, & regio ſanguine oriundus, ſalutari ſolet, unum eſt quod apud nuperos Scriptores, præcipuè apud *Ludov. Marraccium*, & D. *Humphr. Prideaux*, ſæpiſſimè occurrit, ſcil. شاهنشاه * SCIAHINSCIAH, (i.e. *Perſicè*, REX REGUM;) quod tamen neque in Auctore noſtro, neque in aliis *Arabum* ſcriptis, ullibi comparet. Verum quidem eſt Avum ejus quintum *Aiubi* filium, & *Salaho'ddini* fratrem, appellatum fuiſſe *Shahenſhah*; at hoc erat nomen ipſi proprium, neque ullum ex ejus poſteris inde ad *Abu'l-Fedam* noſtrum, neque ipſum, ita vel nominatum, vel cognominatum videmus. Auctores tamen prælaudati aiunt illum ita vulgò appellari, idque authoritate *Abrahami Ecchellenſis Maronitæ* in *Hiſtoria Arabum*, quæ *Chronico Orientali Pariſiis* edito anno 1651. ſubjungitur. Et revera *Abr. Ecchellenſis* frequentiſſimè laudat quemdam ISMAELEM SCIAHINSCIAH, è cujus Libro, quem appellat *Hiſtoriam Gentium*, multa exſcribit, quæ totidem verbis extant in *Abu'l-Feda*, unde neceſſariò videretur ſequi, iſtum ISMAELEM SCIAHINSCIAH eundem eſſe cum Auctore noſtro, atque ita crediderunt *Marraccius*, & *Prideaux*. At verò repugnat quod ille duos expreſsè facit Auctores, & diſertis verbis ISMAELEM SCIAHINSCIAH Auctorem Libri *Hiſtoriæ Gentium* ab ISMAELE ALMOVIAD Principe HEMAT, Auctore CHRONICI, non ſemel diſtinguit, ut ex ipſius verbis evincitur; nam pag. 196. poſtquam locum adduxit ex ISMAELE SCIAHINSCIAH, de *Hebræi* Textûs circa Chronologiam corruptione, ſic ratiocinatur: *Antequam ulteriùs progrediamur, tria notanda ſunt ex* ISMAELE *mox relatis verbis*; *Primum*, *Summa*, *ſeu Periodus*, *quam à Creatione Mundi ad Diluvium ex* Hebraico *Textu ſuæ ætatis, quam in* Perſide, *ubi ſcripſit*, *conſuluit*, *centum annis ab illa exceditur*, *quam noſtra nunc exhibent in* Occidente *Exemplaria. Ille tamen non ſemel teſtatur non ſolùm ſe plura evolviſſe ejuſmodi* Hebraica *Exemplaria*, *ſed etiam* Rabbinos, *&* *Gentis doctores adhibuiſſe, quemadmodum fecit quoque ante illum in ſuo* CHRONICO *conficiendo* HAMADEDDINUS ISMAEL Princeps HEMAT. *Ex hoc planè colligere eſt*, *Exemplaria*, *quibus uſus eſt* UTERQUE ISMAEL *differre ab iis, quæ leguntur nunc in* Europa. Et cap. 10 ubi de *Arabum Epochis*, pag. 200. *Qua de re*, inquit, *exactiſſimam confecit Tabulam* ISMAEL ALMOVIAD *Princeps* HEMAT, *quam in ſuam* Hiſtoriam Gentium *retulit* SCIAHINSCIAH. Tum poſtquam Tabulam ipſam repræſentavit, quæ nihil differt ab ea, quam exhibuimus Cap. XXIII. hujus Vitæ *Mohammedis*, niſi quod brevior eſt, quàm noſtra, pauciores continens Epochas, ſubjicit, ejus uſum docens: *Hujus Tabulæ uſum hiſce verbis ejus tradit Author apud* SCIAHINSCIAH, *qui eam plurimùm commendat*, *&* *comprobat*. Huc uſque *Abrah. Ecchellenſis*. Si quis conjecturæ locus, hunc crediderim ISMAELEM SCIAHINSCIAH, eundem eſſe Auctorem, cujus Libro *Hiſtoriæ Gentium*

* Sic *Itali* ſcribunt, *Galli* *Schahinſcah*, *Angli* *Shahinſhah*, vel *Shahenſhah*, omnes autem eodem modo pronunciant.

*tium* ex ABU'L-FEDA noſtro deſumpto, uſus fuit *Romæ Lud. Marraccius*, quem appellat, uti ſupra vidimus pag. jj. *Iſmaelem* filium *Aly* vulgò SCIAHINSCIAH, & alibi, *Prodromi* parte 1. fol. 62. col. 2. in fine, ſimpliciter ABULFEDAM: Quodque magis auget ſuſpicionem eſt, quod *Marraccianum* Codicem corruptum, & interpolatum plane ibidem probavimus. Ut ut ſit, certum eſt ex mox allatis *Abr. Ecchellenſis* teſtimoniis ABU'L-FEDAM noſtrum nuſquam Titulo, ſeu Agnomine شاهنشاه SHAHENSHAH inſignitum fuiſſe: Quod erat demonſtrandum.

Priuſquam huic Præfationi coronidem imponamus, neceſſe omninò eſt, ut quemadmodum Auctoris noſtri opus Hiſtoricum contra D. *Renaudoti* criminationes * vindicavimus, ita etiam ad calumnias ejuſdem, quibus opus Geographicum nobiliſſimum, utiliſſimumque, & à doctis omnibus tantoperè commendatum, ac deſideratum, indignum tamen in modum, dicamne ex invidia, an ex ignorantia, an neſcio qua carpendi libidine, qua ferè nulli Auctori parcit, proſcindere, ac peſſumdare conatus eſt, paucis reſpondeamus. Scilicet Præfatione ad Libr. Gall. cui Titulus eſt: *Anciennes Relations des Judes, & de la Chine*, &c. Paris, 1718. pag. xv. poſtquam varias urbium, locorumque Poſitiones variorum Auctorum diverſas ex *Abu'l-Fedæ* Geographia pro ſuo lubitu exſcripſit, illum modò negligentiæ, modò ignorantiæ incuſat, quanquam ſubinde bonam fidem ejus in allegandis Auctoribus laudet; ac demum, quaſi rem confeciſſet, hæc verba tanquam è Tripode pronunciat: *Il eſt à remarquer, que de cinc cent cinquante villes, ou environ, dont il parle (car il y en a plus ou moins en differents exemplaires) il ne donne la poſition d'aucune comme certaine, ſi ce n'eſt de ſa ville de* Hama. *On peut juger après cela, s'il y a un grand ſecours à eſperer de cet Ouvrage tellement vantè depuis près de deux ſiècles, pour rètablir la Geographie Orientale, & l'eſtat qu'on doit faire de ces Poſitions, qui varient de pluſieurs degrez de longitude, & qui ne ſont gueres plus exactes pour la latitude.*

* Vide ſupra pag. xiij.

Reſp. Atqui id, quod vituperat D. *Renaudotus*, de diſcrepantibus locorum poſitionibus ſecundum varios Auctores, eſt id ipſum quod meritò maximè commendant Eruditi, ut ex illarum Poſitionum comparatione inter ſe, & cum nuperis noſtratium obſervationibus, verus tandem ſitus facilius deprehendatur. An pro nihilo habet D. *Renaudot*. quod in *Abu'l-Fedæ* Geographia *Joh. Gravius* teſtatur *inter legendum* ſe *plus minuſve LX nobiles Auctores citatos obſervaſſe*? Eſto igitur error in urbium Poſitionibus: An ex tot Auctorum nobilium citationibus nihil boni, nihil utile ad Geographiam Orientis reſtaurandam colligi poteſt? Præſertim ubi locorum ſitus deſignantur per *Milliaria, Paraſangas, Stationes, Manſiones, Diætas, Curſus*, &c. quod ubique diligentiſſimè exequitur Auctor. De cæteris iſtius operis utilitatibus aliàs, Deo juvante, dicemus. Interim v. *Jacob. Chriſtman.* ad *Alfragani* pag. 48, & 49. præter viros doctos à nobis laudatos ſupra pag. x. De cætero D. *Renaudot*. nihilo felicior fuit *Jo. Gravio*, aliiſque circa annum; quo

obiit *Abu'l-Feda*, pag. xjv. ejuſdem ſuæ Præfat. ubi ait illum mortuum fuiſſe anno Chriſti MCCCXLV. h.e. Hegjræ 746. Veriorem Epocham potuiſſet diſcere ab amico ſuo D. *Pètis de la Croix*, qui ad calcem Hiſt. *Genghizcan*, pag. 525. obitum *Abu'l-Fedæ* ponit anno Chriſti 1331. Hegjræ 732. de quo v. ſupra quæ diſſeruimus pag. jv. & ſeqq.

Quoad *Chronologiam*, Abu'l-Feda noſter, qui inter *Mohammedanos* audit Inſignis *Chronologus*, calculos ſuos inſtituit ab Orbe condito ſecundùm computum LXXII. Interpretum, quem quidem *Hebræo*, & *Samaritano*, præfert ob eas rationes, quas initio Hiſtoriæ ſuæ Generalis fusè explicuit: Qua de re vide prælaudati *Abr. Ecchellenſis* Hiſtoriam *Arabum* loco citato, & Notas noſtras ad hujus Hiſt. cap. XXIII. pag. 46, & 47. Atque inde eſt quod ad *Abu'l-Fedæ* mentem ubique in Margine ſuperiore Annum ab O. C. aliaſque Epochas ad Vitam *Mohammedis* pertinentes appoſuimus. De variis *Arabum*, aliarumque Gentium, ab antiquis temporibus uſque ad *Hegjram* omninò conſulendus eſt vir cl *Pocockius* Specim. Hiſt. Arab. pag. 172. ubi locum inſignem ex *Al-Kodaïo* adducit, eumque eruditiſſimè illuſtrat ex *Abu'l-Feda*, aliiſque. Nos contenti erimus Æram ſeu Epocham celeberrimam *Elephanti*, ejuſque Belli Hiſtoriam referre, quæ ad Vitam *Mohammedis* proximè pertinet, ex Auctore noſtro in hunc modum:

### *Hiſtoria Belli* Elephanti, *ex* Abu'l-Feda.

ولد لعبد الله محمد رسول الله صلى الله عليه وسلم في عام الفيل ولنذكر اولا
قصة الفيل ثم مولده صلعم من الكامل لابن الاثير قال ان الحبشة ملكوا اليمن بعد
حمير فلما صار الملك الى ابرهة بنى كنيسة عظيمة وقصد ان يصرف حج العرب اليها
ويبطل الكعبة الحرام فجاء شخص من العرب واحدث في تلك الكنيسة فغضب ابرهة
لذلك وسار بجيشه ومعه الفيل وقيل كان معه ثلث عشر فيلا لهدم الكعبة فلما
وصل الى الطايف بعث الاسود بن مقصود الى مكة فساق الاموال اهلها واحضرها الى
ابرهة وارسل ابرهة الى قريش وقال لهم لست اقصد الحرب بل جيت لاهدم الكعبة فقال
عبد المطلب والله ما نريد حربه هذا البيت الله فان يمنع عنه فهو بيته وحرمه وان
خلى بينه وبينه فوالله ما عندنا من دفع ثم انطلق عبد المطلب مع رسول ابرهة اليه
فلما استاذن على عبد المطلب قالوا لابرهة هذا سيد قريش فاذن له ابرهة واكرمه
ونزل عن سريره وجلس معه وساله عن حاجته فذكر عبد المطلب اباعره التي اخذت له
فقال ابرهة اني كنت اظن انك تطلب مني ان لا اخرب الكعبة التي هي دينك فقال
عبد المطلب انا رب الاباعر فاطلبها وللبيت رب يمنعه فامر ابرهة برد اباعره عليه فاخذها
عبد المطلب فانصرف الى قريش فلما قارب ابرهة مكة وتهيا لدخولها بقي كلما قبل
فيله مكة وكان اسم الفيل محمودا ينام ويرمي بنفسه الى الارض ولم يسر فاذا قبلوه
غير مكة قام يهرول وبينما هم كذلك ان ارسل الله عليهم طيرا ابابيل امثال الخطاطيف
مع كل طاير ثلاثة احجار في منقاره ورجليها فقذفهم بها وهي مثل الحمص والعدس
فلم تصب احدا الا هلك وليس كلهم اصابت ثم ارسل الله تعالى سيلا فالقاهم
في البحر والذي سلم منهم ولى هاربا مع ابرهة الى اليمن يبتدر الطريق وصاروا
يتساقطون بكل منهل واصيب ابرهة في جسده وتقطع اعضاوه ووصل الى صنعة
كذلك ومات

Mohammed Apostolus Dei, cui Deus benè precetur, & ſalutem largiatur, natus eſt *Abdo'llaho* (Patri) anno Elephanti. Et quidem primò operæ pretium eſt, ut Hiſtoriam Elephanti, ante Nativitatem ejus, referamus ex Libro dicto *Al-Câmel*, Auctore *Ebno'l-*

*Ebno'l-Athir*, in hunc modum: *Habashitæ*, seu *Habessini*, vel *Æthiopes* fuerunt Reges *Al-Yemen*, (sive *Arabiæ Felicis*,) post *Hemiaritas*. Cumque regnum ad *Abraham* devenisset, is *Ecclesiam* ingentem ædificavit, edixitque, ut *Arabes*, postposita *Ca'aba*, (seu Domo quadrata territorii sacri *Meccani*,) ad illam peregrinationis ergo se conferrent. Accidit autem ut *Arabs* quidam eam alvo exoneratâ fœdè conspurcaret: Qua de re ad iram provocatus *Abraha* cum exercitu suo profectus est, habens secum ELEPHANTEM, alii dicunt tredecim *Elephantes*, ad diruendam *Ca'abam*. Cumque *Al-Taiefum* usque pervenisset, *Al-Aswadum Maksudi* filium *Meccam* misit, qui direptas civium opes ad se deferret, simulque ad *Koraishitas* Epistolam misit quæ sic habebat: *Non intendo bellum inferre, sed venio ut* Ca'abam *destruam*. Respondit *Abdo'l-Motalleb*: *Per Deum! nolumus destrui hanc Domum Dei; Ipse (Deus) illam defensurus est, cùm sit Domus ejus, & Sanctuarium ipsius. Tota res igitur inter hunc & inter illum transigenda est. Nam, per Deum! nemo est inter nos, qui possit se opponere*. His dictis *Abdo'l-Motalleb* ad illum cum legato ipsius se contulit. Cumque pro *Abdo'l-Motallebo* veniam introeundi peteret, dixerunt *Abrahæ*: *Hic adest Koraishitarum Princeps*. *Abraha* itaque intrandi facultate concessa, illum honorificè excipiens, de solio suo descendit, eique adsidens de negotio, propter quod venerat, comiter interrogavit. Ibi *Abdo'l-Motalleb* mentionem facit de jumentis suis, quæ à se ablata fuerant. *At enim*, inquit *Abraha*, *putabam te à me rogaturum ne* Ca'abam, *quæ tibi Religioni est, destruerem*. Dixit *Abdo'l-Motalleb*: *Ego sum istorum jumentorum Dominus, atque proinde illa reposco; quoad Domum Dei, Domini ejus est illam defendere*. Jussit ergò *Abraha* jumenta ejus reddi; quibus receptis *Abdo'l-Motalleb* ad *Koraishitas* reversus est. *Abraha* autem propiùs *Meccam* accedens, dum illam ingredi omni conatu molitur, retrò manere cogitur: quotiescunque enim ELEPHANTEM suum *Meccam* versùs impellit, (erat autem ELEPHANTI nomen MAHMUD,) toties ille somnolentus ad terram se provolvit, & progredi recusat; cùm verò aliò præter *Meccam* dirigitur, illicò exurgens alacriter pergit. Dum autem res ita se haberent, immisit Deus in illos aves dictas *Ababil* similes *Mordellis* seu *Orsadacuis*, (quod est genus Insecti oblongi quaternis alis volantis,) quarum singulæ ternos gestabant *lapillos*, rostro unum, & pedibus duos, quibuscum illos impetebant; erantque magnitudine instar ciceris, aut lenticulæ; neque ullum attingebant, quin subitò periret. Non omnes tamen attigerunt isti *lapilli*: Quare immisit Deus excelsus ingentem aquarum torrentem, qui in illos incurrens abripuit in mare. Cæteri autem, quotquot evadere potuerunt, fuga se proripientes cum *Abraha* in *Al-Yemen* pervenere. At verò ubique præclusis itineribus ad quemlibet aquationis locum exanimes corruebant: Quin & ipsum *Abraham* attigit Plaga in ejus corpore, &, tabe dilabentibus ejus membris, *Sanaam* pervenit; atque ibi hoc modo mortuus est.

Huic Narrationi *Al-Gjuzius* in Libro *de Ritibus Peregrinationis*, cap. 78. hæc inſuper adjicit memoratu digna tam de *Lapillis*, quam de cæteris circumſtantiis: وكان الحجر يقع علي راس الرجل فيخرج من دبره وقيل علي كل حجر اسم الذي وقعت عليه فهلكوا ولم يدخلوا الحرم وبعث الله علي ابرهة دآء في جسده فتساقطت انامله وانصدع صدره قطعتين عن قلبه فهلك وراي اهل مكة الطير قد اقبلت من ناحية البحر فقال عبد المطلب ان الطير غريبة ثم بعث ابنه عبد الله علي فرس لينظر فرجع يركض ويقول هلك القوم جميعا فخرج عبد المطلب واصحابه فغنموا اموالهم وقيل لم ينج منهم الا ابو يكسوم وسار وطاير يطير من فوقه ولا يشعر به حتي دخل علي النجاشي فاخبره بما اصاب القوم فلما اتم كلامه رماه الطير فمات *Tanta vehementia cadebant* Lapilli, *ut per caput hominis intrantes per podicem exirent. Ferunt ſingulis* Lapillis *inſcripta fuiſſe nomina illorum, in quos decidebant. Atque hoc modo diſperditi ſunt, neque in* Al-Haram, (i. e. Territorium ſacrum,) *intrarunt. Immiſit inſuper Deus in* Abraham *plagam per corpus ejus, unde factum eſt, ut articulis membrorum ejus dilabentibus, pectus ejus duabus ſciſſuris è regione cordis diffinderetur; ſicque miſerè periit. Viderunt autem* Meccani Aves *è plaga maritima advolantes; dixitque* Abdo'l-Motalleb: Iſtæ *Aves* ſunt peregrinæ. *Deinde miſit filium ſuum* Abdo'llahum, (patrem Mohammedis,) *cum equo ad explorandum; qui ſtatim, citatis calcaribus, reverſus exclamavit*: Periit univerſus hoſtium Exercitus. *Egreſſus igitur* Abdo'l-Motalleb *cum comitibus ſuis, opibus illorum in prædam potitus eſt. Aiunt ex omni eorum numero nullum ſuperſtitem evaſiſſe præter unum* Abu-Yacſumum: *Atque is iter arripuit dum* Avis *vertici ejus ſemper imminens volitaret, neque illam animadvertit, donec ad* Al-Nagjâſhium, (i. e. Negus, Regem Æthiopiæ, mari trajecto,) *ingreſſus ei id, quod Exercitui acciderat, narravit: Mox, ſtatim atque dicendi finem fecit,* Avis Lapillum *in ipſum immiſit; atque ita mortuus eſt.*

Iſte *Abraha*, ſeu, ut alii appellant, *Ibrahim*, cognomento الاشرم *Al-Aſhram*, ita à cicatrice vulneris ipſi in facie inflicti denominatus, erat *Chriſtianus*, pro *Al-Nagjâſhio*, ſeu Rege *Æthiopiæ*, *Arabiæ* felicis Præfectus, cujus ſedes regia fuit SANA'A urbs celeberrima, & totius Provinciæ Metropolis, quæ tunc temporis Regi *Æthiopiæ* parebat. Is *Abraha* ab omnibus tam Hiſtoricis, quam Commentatoribus *Al-Corani*, صاحب الفيل *Dominus* ELEPHANTI vocatur; à quo videlicet Caput *Al-Corani* cv. titulum habet سورة الفيل *Surata* ELEPHANTI: Quod quidem caput ipſum, quod & breve ſit, & ad illuſtrandam Hiſtoriam faciat, cum cl. *Pocockii* Verſione, Specim. Hiſt. Arab. apponemus. بسم الله الرحمن الرحيم الم تر كيف فعل ربك باصحاب الفيل الم يجعل كيدهم في تضليل وارسل عليهم طيرا ابابيل ترميهم بحجارة من سجيل فجعلهم كعصف ماكول i. e. *In nomine Dei miſeratoris, miſericordis. An non vidiſti quomodo egerit Dominus tuus cum Dominis* ELEPHANTI? *An non dolum ipſorum irritum fecit, miſitque contra eos* Avium *greges, quæ in ipſos* Lapillos *è luto cocto dijicerent, eoſque poſuit inſtar ſegetis depaſtæ?* Ubi vocem سجيل SEGJIL D. *Pocockius* vertit ex Interpretatione *Jallalain*, quam in margine appoſuit طين مطبوخ *coctum lapidem*; & quidem rectè, ut & *Lud. Marraccius*, *Argillam coctam*. Addimus ad illuſtrandam hanc doctorum virorum verſionem, illam dictionem

* Q. d. Gallicè, *Le Balafré*.

dictionem SEGJIL, qua utitur *Al-Coranus*, esse ipsam *Latinam* vocem SIGILLUM, unde lutum hujusmodi appellatur *Terra* SIGILLATA, quod est genus quoddam *Argillæ*, à Pictoribus & Medicis in pretio habitæ; quæ olim in Insula *Lemno*, è monte *Hephæstiæ* civitati vicino cum magnis ceremoniis, à *Dianæ* Sacerdotibus, effodiebatur; atque etiam nunc ex eadem Insula, quæ *Stalimena* audit, eruitur & à Mercatoribus per varias Mundi partes exportatur. *Græcis* dicebatur σφραγὶς αἰγὸς, i.e. *Sigillum capræ*, quia ei *capræ* figura, quæ *Dianæ* sacra est, imprimebatur. Hoc lutum natura sua est pingue, argillosum, siccum, album cum rubedine mixtum. Orbiculari forma fingitur, pollicis extremi magnitudine, uno latere plano ad imprimendum *Sigillum* Principis, seu Possessoris, qui nunc est *Turcarum Sultanus*, qui Insulam à *Venetis* eripuit anno circiter 1454. *Plinius* terram hanc *Lemniam* describit Lib. XXXV. c. VI. cujus verba Eruditiss. *Salmasius* rectè repræsentat, & illustrat *Plin. Exercitt. in* Solinum, pag. 1156. Hunc locum mecum benignè communicavit vir cl. D. *Joannes Masson*, in omni Antiquitate versatissimus, qui & observationes suas in Auctoris nostri Chronologiam, pro suo erga has Literas amore, aliquando promittit.

Quod superest, LECTOR BENEVOLE, omnia in hoc opere tam in Textu Auctoris nobilissimi, & longè doctissimi, quam in Notis, *Al-Corani*, & *Sonnæ*, nec non aliorum sive Doctorum, sive Historicorum *Arabum*, verba, summa qua fide potui, & debui, transtuli *Latinè*, apposito ubique *Arabico* Textu, qui hìc omninò necessarius fuit, tum ne quid de meo confictum quis putaret, tum maximè ad Linguæ ipsius *Arabicæ*, quod nostri muneris est, cognitionem pro virili mea promovendam. Neque, spero, quisquam mihi vitio vertet, quod à Refutationibus abstinuerim; hanc Provinciam integram *Theologis* relinquo: Id unum volui, ut MOHAMMEDEM nativis suis coloribus, qualem sibi amant depingere ejus Asseclæ, omissis *Græculorum*, aliorumque figmentis, quæ dudum à viris doctis, & cordatis, explosa sunt, fideliter, quasi in Tabella, nostris hominibus repræsentarem; tum etiam, dum Linguæ proprietatem & elegantiam, in Stylo *Historico*, exposui, nonnihil quoque Eruditionis *Arabicæ*, pro meo modulo, passim admiscerem. De rerum ipsarum veritate, fides sit penes Auctores; unicuique, ut suo Judicio fruatur, per me liberum esto.

Errores *Typothetæ*, in opere aliàs perquam difficili, paucos invenies, quod potissimùm deberi cum gratiarum actione lubens agnosco diligentiæ, & industriæ cum summa ἀκριβείᾳ conjunctæ, Amici mei singularis, & optimi viri, non solùm *Hebrææ*, sed & *Arabicæ* Linguæ, si quis est in hac Academia, me judice, callentissimi, Reverendi THOMÆ HUNT, Aulæ *Cervinæ Oxon.* Vice-Principalis meritissimi; qui non modò Errata *Typographica*, tantùm non omnia, sustulit; sed etiam Textum *Arabicum* accuratiùs aliquando, quam ipse feceram, cum MSS[tis] Codicibus contulit, unde sensus Auctorum planior funderetur; *plus* enim *vident oculi*, *quam oculus*. Quin etiam, si quid à me interpretando peccatum esset, *nihil* enim *hu-*

*mani à me alienum puto*, ille, pro ingenii, qua pollet, ſagacitate, quod meliùs vertendum putaret, indicabat: Sicque, in rebus præſertim dubiis, & locis obſcurioribus, mentem ſuam candidè aperiendo, ſæpius effecit, ut, amicè inter nos collatis ſententiis, genuinum ſenſum tandem eliceremus. Adeò verum eſt illud: הדעתן שבאנשים צריך עדה *Doctiſſimus quiſque inter homines adhuc indiget conſilio.* Et quemadmodum aiebat *R. Hanina* in Tractatu *Taanith*, cap. I. הרבה למדתי מרבותי ומתלמידי יותר *Multa à Magiſtris, plura à Diſcipulis didici.*

Auctorum Catalogum, quos in ſubſidium hujus operis advocavimus, impræſentiarum non damus: Scilicet agitatur conſilium de novo omnium MSS[torum] Codicum Bibliothecæ Bodleianæ edendo Catalogo, Suaſore, & ἐργοδιώκτῃ viro cl. Antiquitt. *Græc.* & *Rom.* necnon Lingg. *Septentrionalium* peritiſſimo D. *Humphredo Wanleio* Harleianæ Bibliothecæ, (quæ inter cæteras Europæ nobiliſſima eſt,) Præfecto, editis à ſe Libris immortalem nominis ſui famam pridem conſequuto. Jam autem mihi circa Orientales Codices Provinciam obeundam aſſignavit. Atque hoc, dum ex altera parte D. *Joſeph. Bowleſius*, Bibliothecæ *Bodleianæ* Præfectus Primarius, incredibili diligentia Novum quoque Impreſſorum Codicum ejuſdem Biblioth. Catalogum, cujus Specimen luculentum jam editum vidimus, adornat.

Porrò hæc *Abu'l-Fedæ* Principis, de Vita, & rebus geſtis Mohammedis operâ noſtrâ edita, ſi tibi, Lector Benevole, non diſplicere intellexero; deinceps *Abu-Becri, Omari, Othmâni*, cæterorumque *Chaliſarum*, ſive Succeſſorum Mohammedis Vitas à magno Auctore pariter ſcriptas, à nobis eadem methodo, tametſi non ex M. Pocockii Cathedra dictatas, at ſaltem ſub umbra illius, & auſpiciis ſummi viri, cujus honori, & Famæ, quoad licuit, pro virili noſtra, litavimus, elaboratas, ſuo tempore, ان شاء الله *Si Deus voluerit*, edendas, expecta. Vale.

Dabam OXONIÆ
ipſis Kalendis Aprilis,
A. D. CIↃ IↃCC XXIII.

JOANNES GAGNIER A. M.

# INDEX CAPITUM.

# INDEX CAPITUM.



---

## Errata pauca sic corrige.

PAg. 5. Nota a, lin. 3. *Al-Bocharius*, lege *Al-Becrius*, Dherbeloto, *Al-Bakeri*, quem vide. Ibid. lin. 5. *extremes*, lege *extremas*. Pag. 6. nota a, & p. 11. n. a, & p. 13. n. a, *Proleg.* adde, *ad Geogr. Auctoris nostri, de quo in Præfat.* Pag. 14. in an. ab O. C. in superiore Margine, 6166. lege 6176. Pag. 15. in sup. marg. & seqq. usque ad p. 18. inclusivè, 6206. lege 6203. Pag. 19 in sup. marg & seqq. usque ad p. 23. inclusivè, 6210. lege 6207. Pag. 24. in sup. marg. 6211. lege 6208. Pag. 53. in Textu Lat. lin. penult. *Abba*, lege *Obba*. Pag. 83. in Textu Arab. حجشي, lege جبشي; & è regione in Textu Lat. *Hagjashi*, lege *Gjabashi*, & sic alibi, si occurrant. Pag. 84. nota a, lin. 7. *Peregrinationis*, lege *peracta simul cum Peregrinatione*. Ibid. nota b, lin. 9. post امنين, adde مختلفين. Pag. 88. in nota, lin. 2. الشمول, lege السمول. Ibid. lin. 7. *Al-Shamul*, lege *Al-Samul*, (sive *Samuel*, is enim erat *Judæus*, & ita scribitur apud *Abu'l-Fedam* in Hist. cap. de *Regibus Kendæ*.) Pag. 98. in not. lin. 20. *Peregrinationem*, lege *Deproperationem*. In Præfat. pag. j. lin. 11. in fine, adde النبي في هذه السنة ارسل خليفة الحمارا ارحب دبا ملان الخيل عراب Præf pag. xiiij. l. 2. post *Abulfedam*, adde *ipsum conjecturam fecit*. Cætera sunt parvi momenti.

---

# ISMAEL ABU'L-FEDA DE VITA MOHAMMEDIS.

## CAPUT I.

ذكر مولد رسول الله صلى الله عليه وسلم وذكر شي من شرف بيته الطاهر

*De Nativitate* [a] APOSTOLI DEI, [b] *cui Deus benè precetur, & salutem largiatur. Item de rebus ad Nobilitatem Domûs ejus sanctæ pertinentibus.*

ابو رسول الله صلعم عبد الله بن عبد المطلب وكانت ولادة عبد الله المذكور قبل الفيل بخمس وعشرين سنة وكان ابوه يحبه لانه كان احسن اولاده واعفهم وكان ابوه قد بعثه يمتار له تمر فمات عبد الله المذكور بيثرب فمات بها ولرسول الله صلعم شهران وقيل كان حملا ودفن عبد الله في دار الحارث

PATER APOSTOLI DEI, cui Deus benè precetur, & pacem largiatur, fuit Abdo'llah Abdo'l-Motallebi filius. Is Abdo'llah natus fuerat ante Bellum Elephanti annis viginti quinque. Illum pater ejus summopere diligebat, eo quod præ cæteris filiis suis esset pulcherrimus, & morum probitate & innocentia præstantissimus.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163. A Nativitate Christi 578. Ante Hegjram 53.

Cùm autem pater ad commeatus sibi comparandos eum misisset, Abdo'llah ulterius progressus * YATHREBI sedem fixit, ibique diem suum obiit. Quo tempore Apostolus Dei... duos menses natus erat, vel ut alii dicunt, quum adhuc in utero matris gestaretur. Sepultus fuit Abdo'llah in hospitio Al-Harethi

*Quæ urbs postea dicta fuit per Antonomasiam *Medinato'l-Nabi*, i. e. *civitas Prophetæ*, & simpliciter, MEDINA.

a *Apostoli Dei.* Ea est *Mohammedanorum* Religio, ut cum de *Mohammede* mentionem faciunt fere nulquam, aut rarissimè, ubi absolute necessarium est, ipsum proprio nomine MOHAMMEDEM appellent, sed periphrasi & circumloquutione utentes nuncupent vel APOSTOLUM DEI, vel PROPHETAM DEI, vel simpliciter PROPHETAM. Scilicet Deus ipse Al-Cor. Sur. 24. v. 64 honoris gratia ita fieri expressa Lege sanxit his verbis: لا تجعلوا دعاء الرسول بينكم كدعاء بعضكم بعضا *Ne adsuescatis vocare* APOSTOLUM *inter vos, quemadmodum soletis vos alterutrum invicem vocare.* Ubi Gjelalo'ddini Paraphrasis: بان تقولوا يا محمد بل قولوا يا نبي الله يا رسول الله في لين وتواضع وخفض صوت *Ita ut non dicatis*: O MOHAMMED: Sed dicite: O PROPHETA DEI: O APOSTOLE DEI, *cum lenitate, & humilitate, & voce demissa.* Nimium morosus est, & invidiosus Marraccius in sua Refutatione ad hunc locum. *Nimis superbum*, inquit, *& ambitiosum se ostendit* Mahumetus, *dum lege sancit, ne Asseclæ sui proprio ipsum nomine appellent, sed vel* Prophetæ, *vel* Legati Dei *titulo honorent. Miror verò*, pergit ille, *cùm* Mahumetani *tot mirabilia, & prodigia de hoc* Mahumeti *nomine effutiant, ita ut etiam foliis arborum* Paradisi, *& in ipso Throno Dei, scriptum esse affirment, cur* Mahumetus *adeo ab illo abhorreat, ut eodem à suis dedignetur appellari.* Insulsa & frigida confutandi ratio. Quasi verò propterea solus damnandus sit Mohammed; cum etiamnum hodie Romanis Pontificibus solemne sit, statim atque in Cathedra Petri sedent, abjecto proprio nomine, Sanctorum nominibus salutari, & Sanctitatis titulo honorari. Sic ipse Marraccius *Odescalchum* Papam, cujus fuit Confessarius, in fronte operis sui INNOCENTIUM XI. salutat, & SANCTISSIMUM PONTIFICEM appellat.

b *Cui Deus bene precetur*, &c. Hæc est Solemnis Adprecandi Formula, quæ in scriptis *Mohammedanorum*, cùm de *Mohammede* loquuntur, nomini ejus semper subjungitur, sive *Mohammedem*, quod quidem raro fit, ut supra vidimus, sive *Apostolum Dei*, sive *Prophetam* appellent. Nititur etiam expressa Al-Corani Lege: Sur. 33. v. 53. ان الله وملائكته يصلون على النبي يا ايها الذين امنوا صلوا عليه وسلموا تسليما *Utique Deus, & Angeli ejus adprecantur super* PROPHETAM. *O vos, qui creditis, adprecamini super eum, & salutate cum salutatione.* de sensu hujus Formulæ, an sit *Precatio*, seu tantummodo *Benedictio*, præsertim respectu Dei, qui hic videtur orare pro Mohammede, quod absurdum est, v. quæ doctè disserit Hadrian. Relandus Lib. 2. *de Religione Mohammedica*, cap. 8. pag. 167. edit. secundæ. Et quid contra obnititur Ludov. Marraccius ad Sur. 33. v. 41. p. 56. Nos mediam tenemus viam, vocem صلى vertendo *Adprecari, benè precari*, quod potest dici tam de Deo, quam de Angelis, & hominibus. Porrò Formulam ipsam, quam Auctor noster his quatuor Literis صلعم pro totidem dictionibus, ob frequentem repetitionem per compendium exprimere solet, nos etiam punctis in versione Latina appositis deinceps indicabimus.

filii Ibrahimi, filii Sorâkæ Al-Adritæ; qui quidem erant Abdo'l-Motallebi avunculi. Alii dicunt illum sepultum fuisse in hospitio (dicto) Al-Nâbega filiorum Al-Nagjâri. Porrò opes, quas reliquit moriens Abdo'llah, omnes fuere quinque Cameli cum una quadam puella Habashitide, (sive Æthiopissa,) nomine Baraca, cui cognomen erat *Omm-Aiman; fuitque nutrix Apostoli Dei... Mater autem Apostoli Dei... AMENA uxor fuit Abdo'llahi, cujus pater erat Abdo'l-Motalleb.

Quoad Amenam Apostoli Dei... matrem, ea fuit Amena filia Wahebi, filii Abd-Menâfi, filii Zahræ, filii Kelâbi, filii Morræ, filii Ca'abi, filii Lowæ, filii Gâlebi, filii Fehri, qui & KORAISII.

Porrò Abdo'l-Motalleb à Wahebo prædicto, qui quidem tunc temporis erat Zahritarum princeps, in matrimonium petiit filiam ipsius Amenam pro Abdo'llaho. Cum itaque illi in uxorem collocata esset, peperit APOSTOLUM DEI... feria secunda, qui fuit dies duodecimus mensis Rabi'i prioris anni * Elephanti. Adductus autem fuerat Elephas medio mense Moharramo illius anni, qui erat regni Kesræ [a] Anusherwânis (Persarum Regis) annus quadragesimus secundus, qui fuit Alexandri (Magni) annus octingentesimus octogesimus primus; & [b] Bocht-Naseri annus millesimus trecentesimus decimus sextus.

Ex Libro dicto *Delâil Al-Nobowa*, i. e. *Demonstrationes Prophetiæ*, Auctore Al-Hâfedh Abu-Becro Ahmede Al-Baihekio Al-Shafe'ensi. *Die*, inquit, *septimo à Nativitate Apostoli Dei... pro illo convivium fecit avus ejus Abdo'l-Motalleb, ad quod Koraishitas invitavit; qui postquam comedissent dixere*: O Abdo'l-Motalleb, videsne hunc tuum filiolum, cujus conspiciendi vultûs honore nos dignatus es? Quo illum nomine appellas? *Respondit*: Hunc appello MOHAMMEDEM. *Dixerunt*: * Nonne malles ei nomen imponere alicujus ex ipsius familia? *Tum ille*, Volo, *inquit*, ut Deus excelsus in cœlis eum † glorificet, quem creavit in terra.

بن ابراهيم بن سراقة العدري وهم اخوال عبد المطلب وقيل دفن بدار النابغة بني النجار وجميع ما خلفه عبد الله خمسة اجمال وجارية حبشية اسمها بركة وكنيتها ام ايمن وهي حاضنة رسول الله صلعم وامنة ام رسول الله صلعم زوج عبد الله وابوه عبد المطلب

واما امنة ام رسول الله صلعم فهي امنة بنت وهب بن عبد مناف بن زهرة بن كلاب بن مرة بن كعب بن لوي بن غالب بن فهر وهو قريش

فخطب عبد المطلب من وهب المذكور وكان وهب حينئذ سيد بني زهرة ابنته امنة لعبد الله فزوجه بها فولدت رسول الله صلعم يوم الاثنين لثاني عشر خلون من ربيع الاول من عام الفيل وكان قدوم الفيل في منتصف المحرم ذلك السنة الثانية والاربعون من ملك كسري انوشروان وهي سنة احدي وثمانين وثمانمائة للاسكندر وهي الف وثلثمائة وستة عشر لبخت نصر

ومن دلايل النبوة للحافظ ابي بكر احمد البيهقي الشافعي قال وفي اليوم السابع من ولادة رسول الله صلعم ذبح جده عبد المطلب عنه ودعا له قريشا فلما اكلوا قالوا يا عبد المطلب ارايت ابنك هذا الذي اكرمتنا علي وجهه ما سميته قال سميته محمدا قالوا افما رغبت به عن اسماء اهل بيته قال اردت ان يحمده الله تعالي في السماء وخلقه في الارض

Anno ab O. C. sive à lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163.
A Nativitate Christi 578.
Ante Hegjram 53.

* De qua vide infra p. 155.

* Historiam Belli Elephanti v. supra in fine Præfationis.

* Confer de impositione Nominis Johannis Baptistæ Luc. cap. 1. v. 61. unde hæc fere totidem verbis videntur ex imitatione desumpta.

† Alludit ad nomen *Mohammedis*, cujus significatio est *Laudatus*, *Gloriosus*.

a *Anusherwânis*. Mohammedem natum regnante Kesra, (seu, ut Persæ efferunt, Chosrou, & Græci Cosroe) Anusherwâne cognomento Al-Malec Al-Adel, i. e. Rege justo, ipse Mohammed testis est, referente Ahmede Ben Joseph Historiæ suæ Sect. 54. quæ est de Regibus Persarum: ولاربع وعشرين سنة من ملكه ولد عبد الله بن عبد المطلب ابو النبي عليه السلام وكذلك ولد النبي صلعم السنة الثانية والاربعين من ملكه وكفي بعدله شهادة النبي صلعم [illegible] حيث قال [illegible] ولدت في الزمن الملك العادل [illegible] i. e. *Anno 24. regni ejus natus fuit Abdo'llah Al[illegible] Motalleb [illegible] Prophetæ, cui Pax; Sic etiam natus est ipse Propheta... anno 42. regni ejusdem. [illegible] luculentum reddidit Propheta... in Veritate sua, ubi ait: Ego natus [illegible] (justi [illegible]) Kesræ Anusherwânis.* De hoc Rege, ejusque justitia v. quæ cl. Thom. [illegible] *[illegible]gjizat Pharsi*, i. e. *De rebus mirabilibus Persarum*, in Præfatione sua ad [illegible] Persarum [illegible] penult. initio. In margine Codicis MSSti Abu'l-Fedæ nostri, ad annum [illegible] hoc Scholium insigne extat: ولادة النبي صلعم الساعة السادسة من ليلة الاثنين [illegible] عشرين نيسان *Nativitas* PROPHETÆ... *contigit hora sexta noctis*, (sive diei,) [illegible] Nisânis *anni* Alexandri 882. *Nisân* est mensis septimus in anno *Syriaco*, respondens [illegible] *Syriaco Syro-Græci*, *Antiocheni*, cæterique Orientales in Æra *Seleucidarum* utuntur.

b [illegible] Is est Scriptoribus sacris נבכד נאצר *Nebucadnesar*, Ptolemæo, & Græcis Auctoribus [illegible] de cujus Æra cum cæteris, vide infra cap 23 p 46. & seqq.

Tradit

وروى الحافظ المذكور باسناده
المتصل بالعباس رضي الله عنه قال
ولد رسول الله صلعم مختونا مسرورا
قال فاعجب جده عبد المطلب وحظي
عنده وقال ليكونن لابني هذا
شان

ذكر الحافظ المذكور اسناد ينتهي
الى مخزوم بن هاني المخزومي عن
ابيه قال لما كانت الليلة التي ولد
فيها رسول الله صلعم ارتجس ايوان
كسرى وسقطت منه اربع عشر شرفة
وخمدت نيران فارس ولم تخمد قبل
ذلك بالف عام وغاضت بحيرة ساوة
وراى الموبذان وهو قاضي الفرس في
منامه ابلا صعابا يقود خيلا عرابا قد
قطعت دجلة وانتشرت في بلادها فلما
اصبح كسرى افزعه ذلك واجتمع
بموبذان فقص عليه ما راى فقال
كسرى اي شي يكون هذا فقال
الموبذان وكان عالما يكون حدث
من جهة العرب امر

فكتب كسري الى النعمان بن
المنذر اما بعد فوجه الي برجل عالم
بما اريد ان اساله فوجه النعمان
بعبد المسيح بن عمرو وكان
الغساني فاخبره كسري بما كان
من ارتجاس الايوان وغيره فقال
لا علم ذلك عند خال لي يسكن
مشارف الشام يقال له سطيح قال
كسرى ... واسأله واتني
بتاويله ...

وسار عبد المسيح حتى قدم سطيح
وقد اشفى على الموت فسلم عليه
وحياه ولم يحر جوابا فانشد عبد
المسيح يقول

اصم ام يسمع غطريف اليمن

ام فاد فازلم به شاو العنن

Tradit Al-Hâfedh supradictus in Allegatione sua, quam ad Al-Abbâsum acceptam refert, cui Deus propitius sit: *Natus fuit Apostolus Dei ...* [a] *circumcisus, & umbilico resectus. Quam rem admiratus avus ejus Abdo'l-Motalleb, illum apud se majori in dignitate habuit dicens*: Ita sane fieri oportet, Ego enim id mihi honorificum existimo.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163.
A Nativitate Christi 578.
Ante Hegjram 53

Memorat idem Al-Hafedh prædictus Allegationem, quæ accepta refertur ad Machzumum Hanæ filium Al-Machzumitam, de hujusmodi miraculis: *Eadem nocte*, inquit, *qua natus est Apostolus Dei ... subito motu concussum fuit Palatium* [b] *Kesræ, cujus quatuordecim turres corruerunt. Item extinctus fuit Ignis sacer Persarum, qui quidem antea per mille annos non extinctus fuerat: Et lacus Sâwa subsidit: Item Al-Mûbedhân, is est Kadhi, seu Judex Persiæ, per somnium suum vidit Camelum ferocem, ab Equo Arabico victum; tum etiam (fluvium) Tigrim, perruptis obicibus per regionem suam exundantem. Cumque diluculo surrexisset Kesra, hujusmodi prodigiorum terrore perculsus Al-Mûbedhânum ad se accersivit, qui & narravit ei id quod per somnium ipse viderat. Dixit Kesra*: Quidnam rei portendit hujusmodi? *Respondit Al-Mûbedhân, ut erat divinandi peritissimus*: Aliquid novi imminet à parte Arabiæ.

*Scripsit ergò Kesra ad* [c] *Noomânum Al-Mondari filium*: De cætero accede ad me cum homine, qui rem scire possit, de qua volo eum interrogare. *Accessit itaque Noomân adducens secum Abdo'l-Masihum Amrui filium. Is erat Gassanita. Huic narravit Kesra id quod acciderat de vehementi Palatii concussione, deque aliis, quæ evenerant, prodigiis.* De istis, *inquit ille*, rescire poteris ab avunculo meo, qui in orientalibus Syriæ finibus commoratur, cui * Satiho nomen est. *Tunc Kesra*, Vade igitur, *inquit*, ad illum, eumque interroga, & ad me referto quid ille apud se habeat de somnii interpretatione.

* De hoc *Satiho* prodigiosa, quæ refert Ludov Marraccius Prodr. parte 1. pag. 40.

*Quare iter aggressus Abdo'l-Masih ad Satihum se contulit. Is autem morti jam proximus erat. Cumque eum salutasset, & longam adprecatus esset vitam; ille nullum prorsùs responsum dedit. Tunc Abdo'l-Masih Carmen auspicatus ita cecinit.*

Surdus est? An audit Princeps illustris Al-Yemen, (Arabiæ felicis?)

An fato functus est? At verò, cur adhuc in illo est * motus apparens (vitæ) indicium?

* Propriè *Cursus citatus, velocit.* Respirationis, vel Pulsûs venæ.

a *Circumcisus.* مختون, idem quod Talmudicis מהול; Græcis sic natus dicitur λειπόδερμος, qui glandem membri habet nudam. Ita omnes Historici & Commentatores, ne quid cederet Mohammed Adamo, aliisque, quos Talmudici ferunt natos fuisse circumcisos, Jelammedenu fol. 4. col. 4. *septem creati sunt circumcisi.* Sed R. Gedalia in Shalsheleth Hakabbala quatuordecim enumerat ex Pirke Aboth R. Nathanis hoc ordine. Adam, Seth, Noah, Sem, Melchisedek, Jacob, Joseph, Job, Balaam, Samuel, David, Jeremiah, Zerubbabel. Hi sunt tantummodo 13. sed excidit nomen Mosis typographorum incuria. Nam de Mose affirmatur in Vajikra Rabba Sect 4. quod natus est circumcisus. De circumcisione nihil est in toto Al-Korano, ne nomen quidem ejus. Vide quæ de illa habet vir cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. pag. 319. *

* Confer & Reland de Relig. Mohammed p. 75, & 168

b *Kesræ.* Viz. Anushirwânis, Kesra autem erat nomen Persarum Regibus commune, ut Cæsar Romanorum Imperatoribus.

c *Noomân* erat Rex Hirensium 21. de quo Pocock Specim. Hist. Arab. p. 72. De eodem v. infra p. 62, & 63. in notis ad Proelium *Dhû-Kâr.*

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163.
A Nativitate Christi 578.
Ante Hegjram 53.

| | |
|---|---|
| O tu artis divinandi peritissime, an linguâ impedita es? Quis? Quisnam (hoc fecit?) | يا فاصل الخطة اعيت من ومن |
| O qui solebas anxietatem solvere à facie rugosa. | اوكاشف الكربة من وجه الغضن |
| Venit ad te senex vividus, oriundus è familia Senani, | اتاك شيخ الحي من آل سنن |
| Cujus mater fuit è familia Dhaïbi filii Hegjani; | وامه من ال ذيب ابن حجن |
| † Candidus ampla Toga, Pallio, & Zona ornatiore conspicuus; | ابيض فضفاض رداء والبدن |
| Legatus Regis Al-Agjem, (Persiæ;) profectus (cùm adhuc totus esset) in somnolentia, | رسول قيل العجم يسري بالوسن |
| Neque tonitru reformidans, neque tempestatum vicissitudinem. | لا يرهب الرعد ولا ريب الزمن |
| Invasit terram * Alandât moeror. | تجوب في الارض علندات شجن |
| Sustulit me Camela, & tanta celeritate me avexit, | ترفعني وجناوتهوي بي وجن |
| † Ut advenerit nudata pilento meo, & supellectile: | حتي اتا عاري الجاجي وعطن |
| † Jamque obvolvat eam odore fœtido acervus fimi. | تلفه بالريح بوغاء الدمن |
| Inquit idem Auctor: *Hic aperiens oculos suos* Satîh, *sic effatus est*: | قال وفتح سطيح عينيه ثم قال |
| Abdo'l-Masîh, | عبد المسيح |
| Camelo vectus glabro, | على جمل مشيح |
| Ad Satîhum venit, | اتي الي سطيح |
| Tum cùm ille ad fossam sepulchri pervenit, | وقد اوفي على ضريح |
| Misit te Sassanidarum Rex, | بعثك ملك بني ساسان |
| Sciscitatum de subita Palatii concussione; | لارتجاس الايوان |
| De Ignis (sacri Persarum) extinctione; | وخمود النيران |
| Et de Visione Al-Mûbadhâni, | ورؤيا الموبذان |
| (In qua) vidit Camelum ferocem, | راي ابلا صعابا |
| Ab Equo Arabico victum | تقود خيلا عرابا |
| Quo tempore Tygris (fluvius) ruptis obicibus, | قد قطعت دجلة |
| Exundaret per regionem ipsius. | وانتشرت في بلادها |
| O Abdo'l-Masîh, | يا عبد المسيح |
| Quandoquidem tam multa se se invicem sequuta sunt Accidentia; | اذا كثرت التلاوة |
| Et ingruit ventus dispergens horrea: | وظهر صاحب الهراوة |
| Et extinctus est Ignis Persarum: | وخمدت نار فارس |
| Et effusæ sunt Cataractæ cœlorum: | وفاض وادي السماوة |
| Et subsidit Lacus Sâwa: | وغاضت بحيرة ساوة |
| Jam tandem non amplius Syria | فليس الشام |
| Satîho futura est infausta; | لسطيح شاما |
| Hinc regnabunt ex illis Reges & Reginæ, | يملك منهم ملوك وملكات |
| Secundum númerum *Turrium (quatuordecim [illegible].) | على عدد الشرفات |
| [illegible] omnia, quæ eventura erant, | وكل ما هو ات ات |

[illegible]

* Nomen arboris proceræ & spinosæ, quæ in Persiâ crescit

[illegible] natos, qui in nostro Codice deerant, supplevimus ex Libro *Splendorum*, Auctore [illegible] Historia fusiùs narratur ex *Al-Sobaïlio*, & aliis; sunt & aliæ quædam variantes [illegible]

Hæc [illegible] tinet ad [illegible] N[illegible] qui Gjannabio in vita Moh. appellatur Al-Afa'a Al-Gjorhamita, & regnabat in urbe [illegible] quatuor Nazâri filii de hæreditate patris sui contendentes post obitum ejus profecti sunt.

Deinde

ثم مضى سطيح مكانه ثم قدم عبد المسيح على كسرى واخبره بقول سطيح فقال الى ان يملك منا اربعة عشر ملكا كانت امور وملك عشرة في اربع سنين

Deinde his dictis Satih in locum suum concessit. Abdo'l-Masih autem ad Kesram reversus ei narravit id quod dixerat Satih. Et ait Kesra: *Donec regnaverint ex nobis quatuordecim Reges. Res, quæ ad decem regum regnum pertinent, intra quatuor annos transigi possunt.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6163. A Nativitate Christi 578. Ante Hegjram 53.

وذكر في العقد ان سطيحا كان على زمن نزار بن معد بن عدنان وهو الذي قسم الميراث بين بني نزار وهم يتروا خرده

Memoriæ proditum est in Libro dicto *Al-Akd*, i. e. *Nexus*, hunc [a] Satihum jam inde extitisse à temporibus Nazâri filii Maadi filii Adnâni, eundemque esse, qui hæreditatem inter filios Nazâri divisit, qui & ejus arbitrio acquieverunt.

واما شرف النبي صلعم فشرف اهل بيته فقد روى الحافظ البيهقي المذكور باسناد يرفعه الى العباس عم النبي صلعم قال قلت يا رسول الله ان قريشا اذا التقوا لقي بعضهم بعضا بالبشاشة واذا لقونا لقونا بالوحرة لا نعرفها فغضب رسول الله صلعم عند ذلك غضبا شديدا ثم قال والذي نفس محمد بيده لا يدخل قلب رجل الايمان حتى يحبكم لله ورسوله

Quoad nobilitatem Prophetæ ... & nobilitatem familiæ ejus, tradit Al-Hâfedh Al-Baiheki prædictus in Allegatione, quam ad Al-Abbâsum Prophetæ ... patruum acceptam refert his verbis: Dixi, inquit Al-Abbas: *O Apostole Dei*, [b] *Koraishitæ, quando invicem occurrunt, sese cum hilaritate & sereno vultu mutuò salutant: At verò ubicunque nobis occurrunt, nos cum ira & tetrico vultu excipiunt; cujus rationem nequaquam intelligimus.* Quibus auditis Apostolus Dei ... ira commotus dixit: *Per illum juro, in cujus manu est anima Mohammedis, Non intrabit Fides in cor cujuscunque hominis, quin vos prius dilexerit Deus, & Propheta ejus.*

وذكر في موضع اخر عن ابن عمر رضي الله عنهما قال انا لقعود بفناء رسول الله صلعم اذ مرت امراة فقال بعض القوم هذه بنت رسول الله صلعم فقال ابو سفيان مثل محمد في بني هاشم مثل الريحانة في وسط النتن فانطلقت الامراة فاخبرت النبي صلعم فجا صلعم يعرف في وجهه الغضب فقال ما بال اقوال تبلغني عن اقوام ان الله عز وجل خلق السموات سبعا فاختار العليا منها فاسكنها من شا من خلقه ثم خلق الخلق فاختار من العرب مضر قريشا واختار من قريش بني هاشم واختارني من بنى هاشم

Refert etiam idem alio in loco ex Omari filio, utrique Deus sit propitius. Ego, inquiebat ille, sedebam in atrio Apostoli Dei ... cùm pertransivit mulier quædam. Dixit aliquis: *Hæc mulier Apostolo Dei ... consanguinea est.* [c] Ait Abu-Sofiân: *similis est Mohammed inter Hâshemitas instar odoris è medio graveolentiæ exhalantis.* Illa mulier evestigio ad Prophetam se conferens, hæc ei narravit. Quibus auditis Apostolus Dei ... iram vultu demonstrans foras prodiit: *Quid sibi volunt*, inquit, *hujusmodi dicteria à talibus homuncionibus prolata? Utique Deus Optimus Maximus septem cœlos creavit; quorum altissimum destinavit, ut in eo collocaret ex creaturis suis quam potissimum vellet. Deinde mortalium genus creavit; & ex Arabibus Modharum* [d] *Koraishitam delegit; & ex Koraishitis Hashemi filios, Me denique ex Hâshemi filiis tanquam optimum elegit.*

Cujus rei historiam fusè narrat ibidem Gjannabius. Quod si verum sit, necesse est, ut iste Satihus plusquam 400. annos vixerit, ut pote qui adhuc superstes erat a temporibus Nazari filii Maadi, usque ad tempus nativitatis Mohammedis. Quidquid sit, Al-Bocharius ait nomen ejus verum fuisse Rabiam filium Mazemi, additque Satihum horum prodigiorum admiratione perculsum se Meccam, ubi natus erat Mohammed, super stoream suam deferri curavisse; sic enim portabatur per varias regiones ad Reges usque ad extremos partes terræ, & interrogabant eum de rebus occultis maximeque reconditis. Cumque Abu-Tâlebum Mohammedis patruum, & ipsum Abdo'llahum patrem ejus reperisset, plura de eo illis prædixit; atque his verbis omnia conclusit اسمه في التوراة والانجيل معروف اسمه في السماء احمد وفي الارض محمد وفي الجنة ابو القاسم i. e. *Nomen ejus in Lege, & Evangelio notum est: In cœlo nomen ejus est Ahmed, in terra Mohammed, & in Paradiso Abu'l-Kâsem.*

b *Koraishitæ.* Hoc loco Koraishitæ ab Hâshemitis contradistinguntur, quatenus Koraishitæ omnes præter Hâshemitas, è quorum familia ortus fuit Mohammed, tunc temporis Idololatriæ tenaciter addicti erant, alioquin Hashemitæ ipsi erant una seu potius primaria Koraishitarum Tribus familia.

c Is *Abu-Sofiân Al-Harbi* filius, erat sui temporis Koraishitarum Idololatrarum Princeps, Mohammedis hostis infensissimus, & omnium Expeditionum bellicarum adversus illum Dux ab ipso Islamismi exordio utque ad Expugnationem Meccæ; quo tandem tempore, omnibus partium suarum tractis viribus, ipse intentata morte Islamismi jugo collum subdere coactus fuit.

d *Koraishitam.* Ita *Modharum* appellat per Prolepsin, quasi Koraishitarum Patrem; nam qui primus ex plurium consensu *Koraish* audiit, fuit *Fehr*, post *Modharum* in genealogiæ serie septimus; atque ab illo oriun-

B Idem

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abul'Fedam 6163. A Nativitate Christi 578. Ante Hegjram 53.

Idem Auctor ex Aiesha, cui Deus sit propitius, hanc habet Traditionem; Inquiebat illa: Dixit Apostolus Dei... Aiebat mihi Gabriel: *Terram peragravi ab oriente ad occidentem, & neminem inveni Mohammede præstantiorem. Tum etiam, terram peragravi ab Oriente ad occidentem, & nullos inveni filios Patris filiis Hâshemi præstantiores.*

وعن عايشة رضي الله عنها قالت قال رسول الله صلعم قال لي جبريل قلبت الارض مشارقها ومغاربها فلم اجد رجلا افضل من محمد وقلبت الارض مشارقها ومغاربها فلم اجد بني اب افضل من بني هاشم

## CAP. II.

### *De Genere, seu Prosapia Apostoli Dei...*

ذكر نسب رسول الله صلعم

JAM in [a] fine Sectionis quintæ (cap. 27.) Ismaelis filios, qui sunt in columna Genealogiæ, id est, tam eos qui sunt in recta generis serie, quam illos qui extra columnam Genealogiæ egrediuntur, recensui. Hic autem juvat eos tantum enumerare qui sunt in recta serie sursùm ascendendo. Fuit itaque

قد قدم في اخر الفصل الخامس ذكر بني اسمعيل الذين علي عمود النسب اعني نسب رسول الله صلعم والخارجين عن عمود النسب واما نسبه سردا فهو

[b] Abu'l-Kâsem [c] MOHAMMED filius Abdo'l-lahi, filii Abdo'l-Motallebi, filii Hâshemi, filii

ابو القاسم محمد بن عبد الله بن عبد المطلب بن هاشم بن عبد مناف

di *Koraishitæ* dicti; inter quos primarius suæ ætatis fuit *Hâshem*, Mohammedis Atavus. De nomine Koraishitarum sic loquitur Abu'l-Feda cap. 27. sectionis quintæ Historiæ suæ Generalis, فهر هو قريش وكل من كان من ولده فهو قريش ومن لم يكن من ولده فليس قريشا وقيل سمي قريشا لشدته تشبيها له بدابة من دواب البحر يقال لها القرش تاكل دواب البحر وتقهرهم وقيل ان قصي بن كلاب لما استولي علي البيت وقرش اي جمع بني فهر اي جمعهم حول الحرم سموا قريشا لانه قرش بني فهر اي جمعهم حول الحرم وقيل لهم قريشا كذا نقله ابن سعيد المغربي وعلي هذا تكون لفظة قريش اسما لبني فهر لا لفهر نفسه i. e. Fehr, *is est* Koraish, *& quisquis fuit è posteris ejus*, Koraishita *fuit*, *quisquis vero non fuit è posteris ejus, non fuit* Koraishita. *Aiunt nomen hoc illi inditum propter audaciam & ferociam ejus, similem cujusdam belluæ marinæ audaciæ, quæ dicitur* Koreish, *quæ cæteras belluas marinas superat, easque devorat. Alii dicunt* Kosam Kelabi *filium, postquam Præfecturam Domùs (Templi Meccani) obtinuisset, turmas filiorum* Fehri *circa locum sacrum* قرش *collegisse, unde appellati sunt* قريش Koraish, *quasi* cohortes collectæ; *quemadmodum vertit Ebn Said Al-Magrebius. Atque juxta hanc sententiam nomen* Koraish, Fehritis, *non ipsi* Fehro *competeret*. Quod Nobilitatem Tribus Koraishitarum spectat, unde originem traxit Mohammed, satis in hujus Hist. decursu conspicuum erit, adeo ut non admodum necesse sit cum cl. Henr. Hottingero Hist. Orient. lib. 1. cap. 4. pag. 136. contra ineptas Græculorum, nostrorumque quorundam assertiones illam vindicare. Is enim ex recentioribus Latinis Ludovicum Godofredum de Parentibus Mohammedis ita loquentem in Archontologia inducit *Mahometis Arabis vitam qui descripserunt multi fuerunt, qui etsi non uno modo illius res tradunt, in eo tamen conveniunt omnes, quod eum è plebeio, vilique genere ortum, pauperibus parentibus, patre ethnico, matre Judæa affirmant.* Ita etiam Zonaras Annal. lib. 14. num 17. pag. 86 Edit. Paris. an. 1686. Υπεφρίφονη ϳ τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐκ Περσίδος προπομποφορῶν πρόσεισι μωαμεθ ὁ τῶν σαρακηνῶν φύλαρχος, οὐκ ἐκ γένους τὸ φυλαρχεῖν κληρωσάμενος (τῶν γὰρ ἀσήμων ἐτύγχανεν ὢν) ἀλλὰ πονηρίᾳ τοῦτο κτησάμενος, πένης γάρ ὤν. *In eodem triumphali ex Persia reditu Maometh Saracenorum princeps Imperatorem convenit. Ei principatus non ex generis nobilitate, sed ex malitia contigerat. Nam cum pauper esset &c.* Huic Græculo poterat opponere Hottingerus, alium Græcum Auctorem non ignobilem Theophanem Chronograph. p 277 ad an. Heraclii 21. Οὗτος (Μαμεδ) γενικωτάτης φυλῆς κατήγετο ἐξ Ισμαὴλ υἱοῦ Αβραάμ. i. e. *Is (Hamed) ex nobilissima Tribu duxit originem ex Ismaele nimirum filio Abrahæ. &c.* Proinde quod Postellus de orbis concordia lib. 2. pag. 137. dicit, *Mohammedem majores habuisse Meccæ civitatis Arabiæ cives ignobili familia, quos Coreischos vocant &c.* id veritati Historiarum Orientalium plane repugnare ait Hotting. Denique locum ex Beidavii Commentario affert ad hæc verba Al-Corani Sur. 3. v. 165. اذ بعث فيهم رسولا من انفسهم *cùm misit eis Apostolum ex animabus eorum.* Id est, inquit Beidavius, من اشرفهم لانه عليه السلام كان من اشرف قبائل العرب *Ex nobilissimis eorum. Fuit enim Propheta, super quo Pax, ex nobilissima Arabum Tribu.*

*a* Videlicet in Prima Parte Historiæ suæ Generalis ab orbe condito, in qua de rebus ante Islamismum tractat, ubi Mohammedis Genealogiam ab Adamo per Abrahamum, & Ismaelem pertexuit; quam nos Arbore Genealogica ad mentem Abu'l-Fedæ nostri accurate delineata in Prolegomenis exhibuimus.

b *Abu'l-Kâsem*, i. e. *Pater Al Kâsemi*. Hoc fuit Prænomen Mohammedis, a filio suo primogenito, quem ex Chadigja prima uxore sua susceperat, sed qui ætatem non tulit: Ita enim fuit Mos apud Arabes, ut Patres à filio primogenito prænomen acciperent.

c *Mohammed*. Ahmed Ben Joseph Historiæ suæ Sect. 4. sic habet: اول من سمي محمد او احمد رسول الله صلعم *Primus qui appellatus fuit MOHAMMED, vel AHMED, fuit Apostolus Dei...* Cui tamen hoc asserenti, inquit cl. Pocock. Specim. Hist. Arab. p 167. ne fidem habeamus facit, quod ab Alfohailio refert Ebn Chalecan in vita celeberrimi Poetæ Pharazdaki scil. لا يعرف في العرب من سمي بهذا الاسم قبله الا ثلاثة i. e. *Non constat inter Arabes quempiam hoc nomine* (Mohammed) *appel-*

Abd-

بن قصي بن كلاب بن مرة بن كعب بن لوي بن غالب بن فهر بن مالك بن النضر بن كنانة بن خزيمة بن مدركة بن الياس بن مضر بن نزار بن معد بن عدنان

Abd-Menâfi, filii Kosæ, filii Kelabi, filii Morræ, filii Caabi, filii Lowæ, filii Gâlebi, filii Fehri, filii Mâleki, filii Al-Nadhri, filii Kenânæ, filii Chozaimæ, filii Modrekæ, filii Al-Yâsi, filii Modhari, filii Nazâri, filii Maadi, filii Adnâni.

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163. A Nativitate Christi 578. Ante Hegjram 53.

ونسبه صلعم الى عدنان متفق عليه من غير خلاف وعدنان من ولد اسمعيل بن ابرهيم الخليل عليه السلام من غير خلاف انما الخلاف في عدد الآباء الذين بين عدنان واسمعيل فعن بعضهم انهما نحو اربعين رجلا وعن بعضهم سبعة

Et quidem quoad Stemma Genealogicum usque ad Adnânum, de eo omnes Chronologi absque ulla controversia conveniunt. Adnâm porro fuit e filiis Ismaelis filii Ibrahimi, Amici Dei, cui Pax, etiam absque controversia. At vero Historici inter se dissentiunt de illis Patribus, qui Adnânum inter & Ismaelem intercedunt. Alii enim numerant circiter quadraginta, alii septem duntaxat recensent.

وروي عن ام سلمة زوج النبي صلعم انها قالت قال رسول الله صلعم عدنان بن ادد بن زيد بن برا بن اعراق الثرى وقالت ام سلمة زيد هميسع وبرا نبت واسمعيل اعراق الثرى

Traditio habetur ex Omm-Salama conjuge Prophetæ [1]. Aiebat illa, Dixit Apostolus Dei ... *Adnan erat filius Odadi, filii Zeidi, filii Berai filii Aaráko'l Tharæ.* Inquit Omm-Salama: *Zeid est Homaisa, Bera est Nabet, & Ismael designatur per [2] Aaráko'l Tharam.*

والذي ذكره البيهقي قال عدنان بن ادد بن المقوم بن ناحور بن تارح بن يعرب بن يشجب بن نابت بن اسمعيل بن ابرهيم الخليل عليه السلام

Stemma quod recenset Al-Baiheki sic se habet: Adnân fuit filius Odadi filii, Al-Makwami, filii Yâhuri, filii Yârahi, filii Yaarabi, filii Yeshagjabi, filii Nabeti, filii Ismaelis, filii Ibrahimi, Amici Dei, cui Pax.

واما الذي ذكره الجرا في الشجرة في شجرة النسب وهو الاختيار فهو عدنان بن اد بن ادد بن الهميسع بن سلامان بن نبت بن حمل بن قيدار بن اسمعيل عليه السلام

At vero Stemma quod contexuit Al-Gjarra, ubi de genere ejus in Arbore Genealogica, illudque selectius, sic procedit.

Adnan fuit filius Oddi filii Odadi, filii Al-Yesai filii Al-Homaisai filii Salâmâni, filii Nabeti, filii Hamali, filii Kidâri, filii Ismaelis, cui Pax.

وقد قدمنا نسب اسمعيل مع نسب ابرهيم في موضعه من الفصل الاول فيعاد من هناك

Jam autem supra retulimus Stemma Ismaelis simul cum Stemmate Ibrahimi inclyti, proprio suo loco, nempe in Sectione primâ, unde illud repeti potest.

قال البيهقي المذكور وكان شيخنا ابو عبد الله الحافظ يقول نسب رسول الله صلعم صحيح الى عدنان وما وراء عدنان فليس فيه شيء يعتمد عليه

Inquit Al-Baiheki jam supra laudatus Hæc fuit Assertio Abu-Abdo llahi Al-Hâfedh, cùm diceret: *Genealogia Apostoli Dei ... usque ad Adnânum certissima est, at vero quoad illud quod ultra Adnânum est, nihil habes quicquam, cui tuto innitaris.*

*latum fuisse ante eum, tribus tantummodo exceptis.* Quartus ergo Sectæ Islamiticæ Author, Mohammed audiit, non primus, nisi forsan, quod aiunt de Prophetico ipsius munere dicunt, fuisse ipsum اول الانبيا في الخلق واخرهم في البعث *Primum Prophetarum Creatione, licet ultimum Missione.* Vide plura ibidem de tribus illis, qui Mohammedes appellati sunt. (Quoad nomen *Ahmedis*, cujus significatio est etiam *Laudatus* (ut *Mohammedis*, cum intensiore significatione *Laudatissimus*) dubium non est, quin primus omnium eo nomine insignitus fuerit, si fides sit Al-Corano, nam Surat 61 v. 6. hæc habentur. واذ قال عيسى ابن مريم يا بني اسرائيل اني رسول الله اليكم مصدقا لما بين يدي من التوراة ومبشرا برسول ياتي من بعدي اسمه احمد *Et cum dixit Isa filius Mariæ O filii Israel, Ego sum Apostolus Dei ad vos, ut verificem id quod ante me est, ex Lege, & annunciem de Apostolo, qui venturus est post me, cui nomen erit AHMED,* id est, ut Beidawius *commentatur, MOHAMMED.*

2 *Aaráko'l Thara*, i. e. *Vena, seu Scaturigines humoris.* Hoc nomine Ismael Abrahami filius indicatur, propter Fontem, qui in deserto, ad refocillandam sitim ejus, scaturivit, Gen. 21. 19. Aiunt autem fontem illum fuisse Puteum Zemzem prope Caabam, seu Templum Meccanum.

## CAP. III.

### *De Nutritione Apostoli Dei* ...

ذكر رضاع رسول الله صلعم

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6163
A Nativitate Christi 578
Ante Hegjram 53.

PRima omnium, quæ post matrem illum lactavit, fuit Thawiba patrui ejus Abu-Lahabi Ancilla. Thawibæ autem erat filius nomine Masruh; & lactavit Apostolum Dei ... lacte filii sui Masruhi prædicti. Lactavit etiam simul cum Apostolo Dei ... lacte Masruhi Hamzam Apostoli Dei ... patruum, & Abu-Salamam Abdo'l-Asadi filium Machzumitam; sicque illi ambo fuere Apostoli Dei ... fratres collactanei.

واول من ارضعته بعد امه ثويبة مولاة عمه ابي لهب وكان لثويبة المذكورة ابن اسمه مسروح فارضعت رسول الله صلعم بلبن ابنها مسروح المذكور وارضعت ايضا مع رسول الله صلعم بلبن مسروح المذكور حمزة عم رسول الله صلعم وابا سلمة ابن عبد الاسد المخزومي فهما اخوا رسول الله صلعم من الرضاع

## CAP. IV.

### *De Nutritione Apostoli Dei ... per Halîmam Saaditidem.*

ذكر رضاعه صلعم من حليمة السعدية

NUtrices Meccam venire solebant è Deserto, seu regione compestri, ut infantes parvulos, quos lactarent, quærerent. Tunc autem temporis magnus illarum numerus accesserat; & quidem omnes jam acceperant Infantes, adeo ut Halîma nullum reperire posset, quem lactandum susciperet, præter solum Apostolum Dei ... cumque, mortuo jam patre ejus Abdo'llaho, Orphanum: Ac proinde nutrices non admodùm desiderio tenebantur illum accipere; multò plus enim emolumenti sperabant à patre infantis; è contra vero à matre parùm expectabant. Accepit igitur illum Halîma filia Abu Dowaibi filii Al-Harethi, Saaditis, cum facile eum à matre ipsius Amena obtinuisset, & lactandum suscepit, cumque in regionem suam, quæ erat Saaditarum Desertum, seu regio campestris, secum asportavit. Talem porrò bonorum ac benedictionum nacta est affluentiam, qualem nusquam antea experta fuerat. Post aliquod tempus cum illo Meccam, quæ civitas hominibus est in deliciis, reversa est, ut ibi moraretur: Et dixit matri ejus Amenæ: *Si filium meum apud me, donec ablactatus fuerit, reliqueris, ego magnam illius curam habebo, & Meccam revertetur.* Neque rogare destitit, donec tandem illa eum sibi dimitteret. Accepit itaque illum, & cum eo in Saaditarum regionem rursùs abiit. Mansit ergo ibi Apostolus Dei ...

[a] Paucis autem post diebus Apostolus Dei ... fraterque ejus collactaneus ambo foras egressi sunt. Cum subitò Halîmæ filius (Masruh) ad matrem veniens dixit ei: *Istum Koraïshitam duo viri albis vestibus induti modò comprehenderunt, & humi prosternentes eum, ventrem ipsius sciderunt.* Protinùs egressa est Halîma cum Marito suo; & invenerunt illum stan-

كانت المراضع يقدمن من البادية الي مكة يطلبن ان يرضعن الاطفال فقدم عدة منهن واخذت كل واحدة طفلا ولم تجد حليمة طفلا تاخذه غير رسول الله صلعم وكان يتيما قد مات ابوه عبد الله فلذلك لم يرغبن في اخذه لانهن كن يرجين الخير من ابي الطفل ولا يرجين من امه فاخذته حليمة بنت ابي ذويب بن الحارث السعدية وسلمته من امه امنة وارضعته ومضت به الي بلادها وهي بادية بني سعد فوجدت من الخير والبركة ما لم تعهده قبل ذلك ثم قدمت به الي مكة وهي احرص الناس علي مدته عندها فقالت لامه امنة لو تركتي بني عندي حتي يغلظ فاني اخشي عليه وبا مكة ولم تزل حتي تركته معها فاخذته وعادت به الي بلاد بني سعد وبقي رسول الله صلعم هناك

ولما كان بعض الايام ورسول الله صلعم واخيه في الرضاع خارجا عن البيوت اذ اتي ابن حليمة امه وقال لها ذلك القريش قد اخذه رجلان عليهما ثياب بيض فاضجعاه وشقا بطنه فخرجت حليمة وزوجها نحوه

[a] Ahmed Ben Joseph Historiæ suæ Sect. 4. ait id contigisse Mohammedi anno tertio ab ejus Nativitate. Ita & Gjannabius, quem videsis rem totam cum omnibus circumstantiis operose narrantem.

فوجداه قايما فقالا ما لك يا بني فقال
جاني رجلان فانجعاني وشقا بطني
فقال زوج حليمة لها قد خشيت
ان هذا الغلام قد اصيب باحقية
باهله فاحتملته حليمة وقدمت به
الي امه امنة فقالت امنة ما اقدمك
به وكنت حريصة عليه فابدت
حليمة عذرا لم تقبله امنة منها
وسالتها عن الصيح فقالت حليمة
اتخوف عليه من الشيطان فقالت
امه امنة كلا والله ما للشيطان
عليه من سبيل ان لابني
شانا

tem, dixeruntque ei: *Quid tibi est, O fili?* Respondit: *Venerunt ad me duo viri, qui humi prosternentes me, ventrem meum* [a] *sciderunt.* Tunc Maritus Halîmæ, *multum vereor*, inquit, *ne puer iste inter populares suos* [b] *morbum Hypocondriacum contraxerit.* Tollens itaque eum Halîma ad matrem ejus Amenam reduxit. Dixit Amena: *Quidnam tibi circa illum contigit; quæ adeò illius fuisti studiosa?* Halîma enim omni prætextu antehac conata fuerat, ne illa à se filium suum reciperet. Rogavit igitur tam subitæ conclamationis causam. Respondit Halîma: *Vehementer metuo ne invaserit eum Satanas. Apagesîs*, inquit mater ejus Amena. *Per Deum! Quid Satanæ cum filio meo, propter quod tantoperè noxium & infensum ei se præberet?*

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6166. A Nativitate Christi 581. Ante Hegjram 50. Ætatis Mohammedis 3.

a *Sciderunt.* De ista Mohammedis ventris Scissione mentionem fieri putant Interpretes Al-Corani, Sur. 94. v. 1. الم نشرح لك صدرك ووضعنا عنك وزرك الذي انقض ظهرك *Annon dilatavimus tibi pectus tuum? Et deposuimus è te pondus tuum, quod aggravaverat dorsum tuum.* Cujus loci postquam varias explicationes adduxit Beidavius, hanc subjungit: وقيل انه اشارة الي ما روي ان جبريل اتي رسول الله صلعم في صباه او يوم الميثاق فاستخرج قلبه فغسله ثم ملاه ايمانا وعلما i. e. *Aiunt alludi hic ad id quod traditur, videlicet quod Gabriel accesserit ad Apostolum Dei... dum adhuc puer esset, vel tempore Fœderis* (cum Deo initi, quando Itinere nocturno in cœlum sublatus est) *atque cor ejus extraxerit, illudque laverit, & deinceps Fide, & Scientia impleverit.* Per *Pondus* illud, *quod aggravaverat dorsum* ejus, intelligunt Maculam quandam, seu Guttulam nigram, quæ in corde hominis est Fomes peccati, seu ut nostri Theologi loquuntur, Peccatum Originale ab Adamo contractum, cui obnoxium fuisse Mohammedem fatentur Asseclæ ejus, & a quo solam *Mariam*, & Filium ejus *Jesum* immunes fuisse agnoscunt. Qua de re extat الحديث Al-Hadith, seu Traditio ex ore ipsius Mohammedis prolata, quam ad Abu-Horeiram acceptam referunt duo Traditionum celeberrimi Auctores Al-Bocharius, & Mosslem his verbis: ما من مولود يولد الا مسه الشيطان حين يولد فيستهل صارخا الا مريم وابنها i. e. *Nullus nascitur, quem non tangit Satan; & ideò erumpit in vagitus, præter Mariam, & Filium ejus.* Aiuntque Interpretes Gelaloddinus & Thaalebius, *Deum inter Mariam, Filiumque ejus, & inter Satanam velamen posuisse, ita ut tactus Satanæ hæserit in velamine, nec ad eos ulla ex parte pertigerit: Ac proinde nec Mariam, nec Filium ejus ullum peccatum commisisse, sicut committunt cæteri filii Adami.* Quod de Mohammede nusquam dixerunt Saniores Mohammedani.

b *Morbum Hypocondriacum.* Proprie, *ventris & lumborum dolorem*, à Radice حقي *Doluit ex ventre & Hypocondriis.* Quem locum Abu'l-Fedæ nostri Hottingero si videre licuisset, haud dubium quin eum in causæ suæ subsidium adduxisset, qua probare conatus est cum multis aliis, Mohammedem revera Sontico morbo obnoxium fuisse. *Fuit*, inquit ille, Hist. Orient. lib. 1. cap 2 p. 10. *Mohammed, magno Historicorum consensu, morbo Epileptico sæpissimè correptus, cujus tamen impetum Prophetica ἐκστάσει, & Angelorum circumfulgente majestate callidè excusabat.* Tum postquam Zonaræ testimonium attulit, *Apertam tamen*, inquit, *ejus in Al-Corano mentionem nullam fecit.* Nihilominus tamen duo Al-Corani Nomina Epitheta Mohammedis, quæ hujus morbi sunt quasi indicia, licet obscuriora, in medium adducit, & explicat; *quibus*, inquit, *sonticus ille Mohammedis morbus non obliquè probatur.* Horum prius, المزمل *vir pannis laneis opertus*, Al-Cor. Sur. 73. v. 1. Alterum المدثر *vir Storeis involutus*, Sur. 74 v. 1. Ad primum, *Ratio* ὀνοματοθεσίας *clara est & perspicua*, inquit Hottingerus, *quod nempe Pseudopropheta ex Epilepsia scelerum ultrice, tremulus, & trepidus aspectu hominum subduci, vestibusque contegi voluerit.* Ad secundum, *quod iis circundari voluerit, quod Epilepsia oppressus, humique prostratus, qualibet involucra, ne fortè Epilepticus deprehensus tesseram apud suos confringeret, arripuerit.* Hottingero hac in re concinit Ludov. Marraccius, alias adversarius infensissimus, in Refut. Al-Corani p. 762. col. 2. his verbis: *Constat Mahumetum* Epileptico *morbo, vel vi Dæmoniaca corripi consuevisse; & tunc temporis jubebat se vestibus, seu stragulis cooperiri, simulans sibi à Gabriele arcana cœlestia revelari.* Eadem ferè Anglicò Idiomate habet Rev D. Humphr. Prideaux, Ecclesiæ Norwicensis Decanus, Vitæ Moham. pag. 18. Edit. 6. & in margine nubem testium adducit; at omnes è Christianis. Idem ante eos Petavius Ration. Temp. part. 1. p. 507. aliique innumeri. Atque inde est, quod vir Doctiss. Simon Ockleius Arabicæ Linguæ apud Cantabrigienses nuper Professor, in illos sic paulo acrius invehitur, in Libro, quem Anglice scripsit, de Expugnationibus Syriæ, Persiæ, & Ægypti per Saracenos. *Historici Byzantini*, inquit, *iique Scriptores, qui illos cæcorum more sequuti sunt in iis, quæ de Mohammede commenti sunt, Mohammedem comitiali morbo laborasse contendunt. Vultque Hottingerus ea loca Al-Corani, ubi dicitur Mohammedes pannis laneis, & storeis involutus, esse istius morbi certissima indicia. Quoad Byzantinos Historicos, nullius est ponderis hac in re illorum authoritas; si præsertim consideremus istos omnem movere lapidem, ut nobis Mohammedem vitiis ac defectibus tam corporis quam animi refertum repræsentent: Quasi Historiam corrumpendo majus inde emolumentum accipiat Religio Christiana. Quod autem pannis & storeis involutus fuerit, id, tam propter alias rationes, quam Epileptici morbi causa, fieri potuit. Cum itaque Fabula illa, de comitiali ejus morbo, non habeat fundamentum in ullo Historico Arabe, meritò, cum cæteris ejusdem farinæ à Christianis confictis, explodenda est.* Hucusque Ockleius. Videbimus tamen infra aliquot loca in Historicis nostris, quæ hunc morbum quadamtenus videntur indicare, nisi pro ἐκστάσει, & raptu vatidico accipiantur. Sed nos sine partium studio Auctores nostros, quanta fide fieri poterit, exponemus Loca Al-Corani, quæ huic opinioni ansam dederunt, infra videbimus, ubi de Missione Prophetica Mohammedis

Anno ab O.C. five a Lapfu Adami, fecundum Abu'l Fedam 6166.
A Nativitate Christi 581.
Ante Hegjram 50.
Ætatis Mohammedis 3.

Porrò Apoftoli Dei... fratres collactanei erant quoque Abdo'llah, Anifa, & Hadhâma, quæ & Al-Shîma, quod quidem cognomen nomini fuo fuperaddidit. Horum mater fuit Halima Saaditis, & pater eorumdem Al-Hareth Abdo'l-Uzzæ filius. Is fuit Apoftoli Dei ... pater nutricius.

واخوة رسول الله صلعم من الرضاع عبد الله وانيسة وحذامة وهي الشيما غلب ذلك علي اسمها وامهم حليمة السعدية وابوهم الحارث بن عبد العزي وهو ابو رسول الله صلعم من الرضاع

Halima deinde, poftquam Apoftolus Dei ... nupferat Chadigjæ, inopiæ paupertatifque fuæ conquefta ad illum fupplex acceffit. Quare Apoftolus Dei ... mifericordiâ motus pro illa apud Chadigiam verbis interceffit; quæ ipfi dedit quadraginta oves. Denique, poft Prophetiæ manifeftationem, acceffit Halima cum marito fuo Al-Haretho ad Apoftolum Dei ... & Iflamifmum profeffa eft ipfa, & maritus ejus Al-Hareth.

وقدمت حليمة علي رسول الله صلعم بعد ان تزوج بخديجة وشكت الجدب فكلم رسول الله صلعم لها خديجة فاعطتها اربعين شاة ثم قدمت حليمة وزوجها الحارث علي رسول الله صلعم بعد النبوة واسلمت هي وزوجها الحارث

Manfit igitur Apoftolus Dei ... cum matre fuâ Amenâ.

وبقي رسول الله صلعم مع امه امنة

Cum autem annum ætatis fextum attigiffet, vivis exceffit mater ejus in oppido dicto Al-Abwa, Meccam inter & Medinam fito. Nempe cum illo ad avunculos ejus ex filiis Adæ Al Nagjari filii, ut eos vifitaret, peregrè profecta fuerat; & dum inde Meccam reverteretur in itinere mortua eft. Tunc eum in tutelam fuam Avus ipfius Abdo'l-Motalleb recepit.

فلما بلغ ست سنين توفيت امه بالابواء بين مكة والمدينة وكانت قد قدمت به الي اخواله من بني عدي بن النجار تزيره اياهم فماتت وهي راجعة الي مكة وكفله جده عبد المطلب

* Anno ætatis centefimo decimo, referente Al-Tabario apud Elmacinum

Anno octavo ætatis Apoftoli Dei ... Avus ejus Abdo'l-Motalleb*obiit. Et in tutelam ejus fucceffit patruus ipfius Abu-Tâleb, Abdo'l-Motallebi filius. Erat autem Abu-Tâleb Abdo'llahi patris Apoftoli Dei ... frater uterinus.

فلما بلغ رسول الله صلعم ثمان سنين توفي جده عبد المطلب ثم قام بكفالته عمه ابو طالب بن عبد المطلب وكان ابو طالب شقيق عبد الله ابي رسول الله صلعم

* Gjannabio, Kodaio, Ahmedi Ben Jofeph, aliifque, *annum duodecimum*, Abu'l-Faragio, *nonum*.

Poftea Abu-Tâleb cum eo [a] in Syriam, mercaturæ caufa iter fufcepit, & [b] Bofram ufque pervenit; tuncque Apoftolus Dei ... annum ætatis agebat *decimum tertium.

ثم خرج به ابو طالب في تجارة له الي الشام حتي وصل الي بصرى وعمر رسول الله صلعم اذ ذاك ثلاثة عشر سنة

Erat in illa urbe Monachus quidam nomine Bohaïra. Is Abu-Tâlebo dixit: *Revertere cum puero ifto, & caveto illi à Judæis; futu-*

وكان بها راهب يقال له بحيرا وقال لابي طالب ارجع بهذا الغلام

a *In Syriam.* De hoc primo Mohammedis itinere in Syriam cum patruo fuo Abu-Tâlebo dubitant nonnulli. Quin Erpenius Oratione de Lingua Arab. p. 45. ait, *nunquam Mohammedem, ut noftri velint, Syriam fuiffe ingreffum.* Videlicet Erpenius nullum alium Hiftoricum Arabem adhucdum legerat, præter fuum Elmacinum, qui de utroque itinere in Syriam altum filet; fed omnes Hiftorici Arabes tam Mohammedani, quam Chriftiani, utrumque exprefse habent, unde Ahmed Ben Edris in Apologia ait: يرحل الي الشام مرتين *Profectus eft* (Mohammed) *in Syriam duabus vicibus.*

b *Bofra.* Urbs antiqua Syriæ Damafcenæ, de qua mentio eft Jof. 21. 27. Hebr. בעשתרה *Beeftera*, Relando quafi בית עשתרה *Domus Eftera*, feu *Aftaroth.* Vulg. ibi habet *Bofra*, Græcis Βόσρα. Fuit urbs Levitica, fita in regione Tribûs Menaffis trans Jordanem, ab urbe Adraorum 24. miliaria abfuit, tefte Eufebio in Onomaftico: Abu'l-Fedæ noftro in Geographia eft قاعدة حوران *Metropolis regionis* Hawrân, feu Auranitidis, & affignat ei ex Al-Birunio Longit. 60. gr. 8. min. Latit. 33. gr. 35. m. Damafco abeft versùs meridiem 4. ftationes. Prope illam fuit كنيسة Ecclefia, feu Monafterium Bohairæ Monachi. *Aiunt huc veniffe Apoftolum Dei* ... inquit Ahmed Ben Jofeph in Defcriptione Urbium &c.

c *Bohaira.* Ahmed Ben Jofeph Sect. 1. cap. 39. loquens de iis, qui crediderunt Mohammedi, في الفترة i. e. *in Intervallo*, quod excurrit inter duos Prophetas, Chriftum nempe, & ipfum Mohammedem, hæc habet:

ومنهم بحيرا الراهب وكان مومنا علي دين المسيح عيسى بن مريم ولما خرج رسول الله صلعم مع عمه ابي طالب الي الشام في تجارة وهو ابن اثنتي عشرة سنة ومعهما ابو بكر وبلال رضي الله عنهما مروا ببحيرا وهو في صومعته فعرف رسول الله صلعم بصفته ودلايله فان الغمام تظله حيث ما جلس فادناهم بحيرا واكرمهم واصطنع لهم طعاما ونزل من صومعته حتي نظر الي خاتم النبوة بين كتفي رسو الله صلعم

rum

واحذر عليه من اليهود فانه كاين لابن اخيك هذا شان عظيم فخرج به ابو طالب حتى اقدمه مكة حين فرغ من تجارته

*rum est enim, ut huic fratris tui filio magna rerum momenta contingant.* Regressus igitur patruus ejus Abu-Tâleb, finita mercatura sua, illum Meccam reduxit.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam *6176*.
A Nativitate Christi 591.
Ante Hegjiram 40.
Ætatis Mohammedis 13.

وشب رسول الله صلعم حتى بلغ وكان افضل الناس مروة وحسنا واحسنهم جوابا واصدقهم حديثا واعظمهم امانة وابعدهم عن الفحش حتى صار اسمه في قومه الامين لما جمع الله فيه من الامور الصالحة

Adolescebat interea Apostolus Dei ... crescens forma & ingenio hominum præstantissimus, quibus & erat responsis melior, dictis factisque sincerior, ac fide præcellentior; denique à turpi & inhonesto longe illis alienior; unde & factum est, ut inter populares suos nomine *Al-Amin*, (id est Fidelis) appellaretur. Siquidem Deus illum omnibus dotibus, quæ virum probum efficiunt affatim adornaverat.

وحضر مع عمومته حرب الفجار وعمره اربعة عشر سنة وفي حرب كانت بين قريش وكنانة ثم كانت على هوازن وانتصرت قريش

Interfuit cum Patrui sui cognatione bellis [a] nefariis, tum cum ipse ætatis annum [b] decimum quartum ageret. Quæ quidem prælia commissa sunt Koraishitas inter & Kenânitas, ac deinde contra Hawazanitas: Et victoriam reportarunt Koraishitæ.

## CAP. V.

ذكر سفرة رسول الله صلعم الي الشام في تجارة لخديجة

*De itinere in Syriam ab Apostolo Dei ... pro Chadigja mercaturæ causa suscepto.*

كانت خديجة بنت خويلد ابن اسد بن عبد العزى بن قصي بن كلاب تاجرة ذات شرف ومال وكانت قريش قوما تجارا

CHadigja fuit filia Chowailedi filii Asadi, filii Abdo'l-Uzzæ, filii Kosæ, filii Kelâbi, mercatrix nobilis & opulenta. Koraishitæ enim erant populus mercaturæ deditus.

ووضع يده على موضعه وامن بالنبي صلعم واعلم ابا بكر وبلالا بقصته وما يكون من امره وحذرهما عامه من اهل الكتاب وسالهما ان يرجعا به فرجعا برسول الله صلعم الى مكة واعلما قريشا بما اظهر الله تعالى من دلائل نبوته i. e. *Ex eis fuit* Bohaira *Monachus, qui Religionem* Messiæ Isæ (Jesu) *filii* Mariæ *profitebatur. Cum enim Apostolus Dei .. cum patruo suo* Abu-Tâlebo *in Syriam mercaturæ causa iter ingressus esset, erat autem tunc temporis duodecim annos natus, eosque comitabantur* Abu-Becr, *&* Belâl, *quibus propitius sit Deus, transierunt juxta* Bohairam *in Monasterio suo commorantem. Is Apostolum Dei .. ex forma ejus, & indiciis ipsius protinus agnovit: Etenim nubes umbram ei faciebat, ubicunque sederet. Prodiens itaque* Bohaira, *illos cum honore excepit, & convivium apparavit. Tum è cella sua egressus, observavit Sigillum Prophetiæ inter humeros Apostoli Dei .. manumque suam loco ejus apposuit, & in Prophetam ... credidit. Tum* Abu-Becro, *&* Belalo *historiam ejus, & ea quæ ipsi eventura erant, prænunciavit, admonuitque eos, ut ipsi caverent à populo Libri,* (i. e. a Judæis) *utque celeriter redirent cum eo, enixè rogavit. Meccam itaque cum Apostolo Dei ... reversi, Koraishitas de Signis Prophetiæ ejus, quæ Deus O. M. demonstraverat, certiores fecerunt.* De hoc Monacho Mohammedanis æque ac Christianis celebratissimo hoc notatu dignum habet Abu'l-Hasan Ali cognom. Masudius in Libro dicto مروج الذهب *Prata aurea.* واسم بحيرا في كتب النصارى سرجس فكان من دير عبد القيس i. e. *Nomen Bohairæ in Libris Christianorum est* SERGIUS; *eratque è cœnobio Abdo'l-Kaisi*. Quæ Masudii verba egregie confirmant conjecturam, seu potius veram Assertionem viri longe Doctissimi Humph. Prideaux, videlicet nostrum Bohairam eundem esse cum Sergio illo, de quo Vincentius Bellovacensis in Speculo Historico, & ex eo cæteri Scriptores Latini. Erat Monachus ex Syria, Secta Nestorianus, teste Georgio Monacho in Dialogo cum Abu-Salama Principe Arabe ووردت بسفره الى بيت المقدس واصاب برجل نصراني تابع مذهب نسطور اسمه بحيرا i. e. *Cumque* (Mohammed) *itinere proficisceretur versùs Jerusalem, incidit in hominem Christianum Secta Nestorianum, cui nomen erat Bohaira*. Abu'l Hasan Al Becri comment. in Al-Coranum; *Hic,* inquit, *vocabatur* Felix, *filius* Jonæ, *filii* Abdo'l-Salibi, *cognomen autem ejus erat* Bohaira. Hoc Cognomen ei inditum crediderim ab Arabica voce بحر *Bohaira*, i. e. *mcus, mare*, quasi Latine *Marinus*. Nam teste Petro Paschasio Martyre in Historia Mahumetica cap. 8 Monachus ille, cujus nomen reticet, *Roma discedens contulit se in regiones Maurorum, quos Saracenos & Agarenos, & Ismaelitas appellabant.* Aliam Interpretationem hujus Nominis vide in Præludiis Prideaux vitæ Moham. p. 41

*a* Ad verbum, *sceleris*. Hæc bella, seu Prælia sic appellantur, quia commissa fuere quatuor mensibus sacris, seu illicitis apud Arabes, quibus nempe bellum interdictum erat, scilicet Moharram, Regjeb, Dhu'l-Kaada, & Dhu'l-Hegja, qui sunt primus, septimus, undecimus, & duodecimus. Annus præliorum nefariorum Æram ultimam Arabum ante Hegjiram constituit, de qua egimus in Proleg.

*b* Al-Kodaio, & Firuzabadio, aliisque, *vicesimum*.

Anno ab O. C. five a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6188
A Nativitate Christi 603.
Ante Hegjram 28.
Ætatis Mohammedis 25.

Cùm autem fama integritatis Apostoli Dei . . . ad illam pervenisset, ipsius sustentationi liberaliter providit, ea conditione, ut ille mercaturæ suæ gerendæ causa iter in Syriam susciperet cum famulo suo, cui nomen erat Maisaræ. Cui ille conditioni annuit.

فلما بلغها صدق رسول الله صلعم فمانته عرضت عليه الخروج في تجارتها الي الشام مع غلام لها دقال له ميسرة فاجاب الي ذلك

Profectus est itaque Apostolus Dei . . . [a] in Syriam secum habens comitem Maisaram. Ibique mercibus suis divenditis, alias earum loco coemit: Deinde ex itinere reversus Meccam venit.

وخرج رسول الله صلعم حتي قدم الشام ومعه ميسرة وباع ما كان معه واشتري عوضه ثم اقبل قافلا الي مكة

Postquam Apostolus Dei . . . cum opibus Chadigjæ rediisset, Maisara ei retulit omnia quæ de Prophetæ Dei . . . excellentiâ compererat; atque imprimis testatus est se propriis oculis vidisse duos Angelos alis suis umbram ei facientes tempore intensissimi caloris. Quibus auditis Chadigja animâ suâ erga Prophetam Dei . . . tota propensa fuit. Et paulo post ille eam in uxorem duxit, accepta dote viginti juvencorum Camelorum. Illa porrò fuit mulierum prima, quam in uxorem accepit; neque aliam præter ipsam duxit, donec mortua est. Ætas Prophetæ, quando eam duxit, erat annorum viginti quinque. Ætas verò Chadigjæ tunc temporis erat annorum quadraginta: [b] Et erat vidua. Nullamque deinde virginem duxit Apostolus Dei . . . præter Aiesham.

ولما قدم رسول الله صلعم بمال خديجة حدثها ميسرة بما شاهده من كرامة النبي صلعم وانه كان شاهد ملكين يظلانه وقت الحر فعرضت خديجة نفسها علي النبي صلعم فتزوجها واصدقها عشرين بكرة وهي اول امراة تزوجها ولم يتزوج غيرها حتي ماتت وكان عمر النبي صلعم لما تزوجها خمسا وعشرين سنة وكان عمرها يومين اربعين سنة وكانت ايما ولم يتزوج رسول الله صلعم بكرا غير عايشة

a *In Syriam.* Hoc secundum Mohammedis Iter, & nuptias ejus cum Chadigja magnifice describunt Hottingerus Hist. Orient. p. 207. & seqq. ex Abu-Nazaro, & Lud. Marraccius ex Al-Bocario, seu potius Al-Becrio, Prodromi parte prima, p. 42. & seqq. Sed cum duo isti Auctores Mohammedani nullius sint Auctoritatis etiam apud suos, uti Hottingerus, & Marraccius fatentur, (is suum appellat Nebulonem) non est operæ pretium in iis transcribendis Fabulis patientia Lectoris abuti, præsertim cum tales quisquilias Abu'l-Feda noster prudens omiserit. Sufficit observare Mohammedem in hoc itinere Bostram usque venisse, atque cum eodem Monacho Bohaira colloquia habuisse, quorum summam refert Georgius Monachus his verbis: ولما علم بحيرا انه من تلك القبيلة رق علي سبيل الالفة والمودة فافاده المعرفة بالله وتلي عليه فصول من الانجيل والتوراة والزبور ولما عاد الي ارضه والي امته قال لهم ويحكم انكم علي ضلال مبين i. e. *Cumque cognovisset Bohaïra illum* (Mohammedem) *esse ex ista Tribu* (Arabum Idololatrarum) *misericordia motus & charitate, illum juvit, imbuitque cognitione Dei; eique aliquot capita ex Evangelio, ex Lege, & Psalmis prælegit. Deinde ille in patriam, & ad gentem suam reversus dixit illis: Væ vobis! utique vos in errore manifesto versamini.*

b *Et erat Vidua.* Scilicet Chadigja duos habuerat maritos teste Al-Kodaio: وكانت قبله تحت ابي هالة بن مالك حليف بني عبد الدار وقبل ابي هالة تحت عتيق المخزومي *Ante* Mohammedem *Maritum habuerat* Abu-Hâlat, Mâleki *filium*, *confœderatum filiorum* Abdo'l-Dari; *& ante* Abu-Hâlatum, *nupta fuerat* Atiko Machzumitæ. Idem Auctor ait illum uxorem duxisse Chadigjam *post duos menses cum aliquot diebus à suo reditu è Syria.* Virtutes Chadigjæ, & quanto illam amore Mohammed prosequeretur, discimus ex Ahmede Ben Joseph Historiæ Sect. 1. cap. 40. his verbis: كان يحبها رسول الله صلعم حبا شديدا وكان رسول الله صلعم سافر لتجرتها مع عبدها ميسرة الي مدينة بصري قبل ان يدخل بها وانفق مالها بسبيل الله تعالي بعد ان تزوجها ولم يزل يذكرها بعد وفاتها بخير حتي اخذت عايشة منها الغيرة فقالت يا رسول الله هل هي الا عجوزة فعوضك الله خيرا منها فقال لا والله ما عوضني الله خيرا منها امنت بي والناس كذبوني وبذلت مالها دوني والناس منعوني فانها كانت كانت قالت عايشة رضي الله عنها ان لا اذكرها الا بخير روي ابو هريرة رضي الله عنه قال اتي جبريل النبي صلعم فقال يا رسول الله هذه خديجة قد اتتك بانا فيه ادام طعام وشراب فاذا هي اتتك فاقرا عليها السلام من ربها ومني وبشرها ببيت في الجنة من فضة لا صخب ولا نصب توفيت بمكة وعمرها اربع وستون سنة وشهور ودفنت في المعلا i. e. *Amabat illam Apostolus Dei . . . amore ardentissimo. Iter suscepit ad urbem Bosra mercaturæ illius gratia, priusquam ad eam ingrederetur. Opes illius expendit in via Dei* (propter Religionem,) *postquam eam in matrimonium accepit. Nusquam deinde cessavit illius recordari in bonum; adeo ut Aiesha* (uxor ejus secunda) *Zelotypia mota, sic eum alloqueretur*: O Apostole Dei, annon erat illa vetula? Nonne illâ meliorem loco ejus de-

Porrò

وخديجة اول من امن برسول الله صلعم وبقيت معه بعد مبعثه عشر سنين وتوفيت قبل الهجرة ثلاث سنين

Porrò Chadigja prima omnium credidit in Apostolum Dei... vixitque cum eo post Missionem ejus annos decem. & fato functa est ante Hegjram tribus annis.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6176. A Nativitate Christi 591. Ante Hegjram 40. Ætatis Mohammedis 13.

## CAP. VI.

ذكر تجديد قريش عمارة الكعبة

*De restauratione Ædificii* Caabæ *per* Koraishitas.

قيل لما مات اسمعيل ولي البيت ابنه بعده نابت ثم صارت ولاية البيت الى جرهم

قال عامر بن الحارث الجرهمي

وكنا ولاة البيت من بعد نابت نطوف بذاك البيت والامر ظاهر

ومنها كان لم يكن بين الحجون الى الصفا انيس ولم يسمر بمكة سامر بلى نحن كنا اهلها فابادنا صروف الليالي والجدود العواثر ثم ان جرهما بغت واستحلت المحارم وصارت ولاية البيت للخزاعة

ثم صارت من بعدهم الى قريش

وكانت الكعبة قصيرة البنا فارادت قريش رفعها فهدموها ثم بنوها حتى بلغ البنيان موضع الحجر الاسود فاختصموا فيه لان كل قبيلة ارادت ان ترفعه الى موضعه ثم اتفقوا الى ان يحكموا اول داخل من باب الحرم وكان رسول الله صلعم اول داخل فحكموه فامرهم ان يضعوا الحجر في ثوب وان يمسك كل قبيلة بطرف من الاطراف وان يرفعه

FErtur, mortuo *Ismaele* in Præfecturam Domûs, sive Templi Meccani, ei successisse *Nabetum* ipsius filium; a quo deinceps Præfectura Domûs ad *Gjorhamitas* translata fuit.

Inquit Amer Al-Harethi filius Gjorhamita.
"Præfecturam Domûs post *Nâbetum* obtinui-
"mus: Circuitiones sacras circa illam Do-
"mum peragebamus: Quoad extra, & in vi-
"cinia ejus, inter collem *Al-Hagjun*, & mon-
"tem *Al-Safâ*, nemo extraneus erat nobis
"familiaritate conjunctus; neque quisquam
"præter nos ad cætus nocturnos intra Mec-
"cam confabulator admittebatur: Nos enim
"soli cives ejus eramus. Sed perdiderunt nos
"vicissitudines nocturnæ, & infirmitates, &
"ulcera. Cum igitur Gjorhamitæ prævaricati essent, & sacra prophanassent, periere.

Deinde Præfectura Domûs ad *Chozaitas* transiit, à quibus demum ad *Koraishitas* translata fuit.

Cumque [a] *Caaba*, (i.e. Domus quadrata) structura brevior, & humilior esset, voluerunt *Koraishitæ* illam altius extruere: Quare ipsam solo æquarunt; rursusque extruxere, donec ædificium ad altitudinem loci, in quo *Lapis niger* parieti inserendus erat, excresceret. Qua de re illi inter se altercati sunt: Nam unaquæque Tribus id honoris sibi deberi contendebat, ut *Lapidem* illum in locum suum adtolleret. Tandem inter eos conventum fuit, ut litis judicem constituerent illum, qui primus portam *Al-Haram*, (i.e. loci sacri) intraret. Accidit autem, ut [b] Apostolus Dei... primus intraverit: Quare illum litis judicem & arbitrum constituere. Tum ille jussit, ut *Lapidem* latiori & expansæ vesti imponerent, deinde ut omnes & singulæ Tribus unam ex ejus extre-

dit tibi Deus? *Respondit*: Minime vero, per Deum! illa meliorem Dedit mihi Deus. Credidit in Me, eo tempore, quo homines mendacii me arguebant: Munifica fuit erga me, tum cum homines mihi adversarentur: Tantum illa fuit mei studiosa! *Dictitabat itaque Aiesha, cui Deus sit propitius*, Nusquam ejus mentionem faciebat nisi in bonum. *Tradit* Abu-Horeira, *cui Deus sit propitius Die quodam venit Gabriel ad Prophetam... dicens*: O Apostole Dei, hæc Chadigja attulit tibi vas omnis generis obsonii cibi & potus refertum: cùm itaque illa (dives) ad te pauperem accesserit, salutato illam nomine Domini sui & mei, & annunciato ei Domum argenteam ipsi destinari in Paradiso, in qua neque tumultus neque labor erit. *Obiit Meccæ anno ætatis* 64. *cum aliquot mensibus, & sepulta est in loco dicto Al-Mo'alla* In ætate ejus assignanda hallucinatus est Marraccius Vitæ Moham. pag. 15. c 1. ubi ait: *Defuncta est autem Chadiga ætatis suæ anno quadragesimo nono, & mense octavo, dum Mahumetus quadragesimum tertium percurreret* Quæ fidei Historiæ repugnant; nam ex nostro Abu'l-Feda, & omnibus aliis Historicis, Chadigja, quando nupsit Prophetæ, jam erat annos 40. nata. Ipse verò annum ætatis 25. attigerat. Tum etiam Gjannabius, Al-Kodaius, cæterique asserunt Chadigjam cum Mohammede vixisse annos 24.

a *Caaba*. De Templo Meccano, & omnibus quæ ad illud pertinent fusè differuimus in Proleg. quo Lectorem remittimus.

b *Apostolus Dei . primus*. Al-Gjuzi Lib. de Ritibus Peregrinationis Meccanæ cap. 68. eandem refert Historiam, atque Mohammedem tunc fuisse غلام صغير *Puerum parvulum*.

D mitatibus

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6166.
A Nativitate Christi 581.
Ante Hegjram 50.
Ætatis Mohammedis 13.

mitatibus oram sustinerent, atque hoc modo omnes simul in locum ejus adtollerent. Quod ubi illi fecerunt, ipse Apostolus Dei ... statim atque *Lapis* ad altitudinem loci sui pervenisset, ipsum apprehendit, & propria manu in sede sua collocavit. Quo facto illi ædificium *Caabæ* perfecerunt. Deinde *Caaba* albâ Syndone Ægyptiacâ circumvestita fuit; tum vestibus variegatis, & striatis cooperta. Primus autem qui eam illa veste serica picta auroque intertexta amicivit, fuit* *Hegjagjus Josephi* filius.

* Anno Hegjræ 73

الى موضعه فيفعلوا ذلك واخذه رسول الله صلعم عند وصوله الى موضعه فوضعه بيده موضعه ثم اخذوا بناء الكعبة وكانت تكسى القباطى ثم كسيت البرود واول من كساها الديباج الحجاج بن يوسف

## CAP. VII.

### *De Missione Apostoli Dei ...*

ذكر مبعث رسول الله صلعم

CUM jam esset Apostolus Dei ...[a] quadraginta annos natus, misit illum Deus[b] ad Nigrum (i. e. ad Arabes) & ad Rubrum (i. e. ad Barbaros) APOSTOLUM, ut Lege sua Leges priscas[c] aboleret.

ولما بلغ رسول الله صلعم اربعين سنة بعثه الله الى الاسود والاحمر رسولا ناسخا بشريعته الشرايع الماضية

Prima res, qua Munus Propheticum ei demandari cœptum est, fuit Visio-nocturna verax. Deus enim excelsus amorem secessûs &

وكان اول ما ابتدى به من النبوة الرويا الصادقة وحبب الله تعالى اليه

a *Quadraginta annos natus.* El-Makinus ex Al-Tabario, ولما تكامل له اربعون سنة بعث وذلك في يوم الاثنين خلتا من شهر ربيع الاول سنة اثنتي وعشرين وتسع مائة للاسكندر ذي القرنين وفي سنة عشرين من ملك كسرى هرمز بن نوشروان *Ut autem annos implevit* 40. *vocatus est* (ad munus Propheticum) *feria secunda, qui dies erat secundus mensis Rabi's prioris; anno* 922. Alexandri Bicornis, *qui erat vigesimus* Kesræ *filii* Hormuz, *filii* Nushirwânis. *Observat* Marraccius ex Libro اعلام الهدى *de Signis Directionis, Mohammedem* jam ab anno ætatis 37. visionem *Gabrielis* habuisse; at verò nonnisi post annum 40. modum legesque orationis, nullo tamen determinato tempore præscripsisse Missionem itaque accepit annos natus 40. juxta illud Arabum axioma, ان لم يبعث نبيا الا بعد اربعين سنين *Non mittitur Propheta nisi post annos* 40. Unde ipse Mohammed Al-Cor. Sur. 10. v. 17. فقد لبثت فيكم عمرا *Utique transegi apud vos Ætatem.* Nempe, ut Beidavius explicat, مقدار اربعين سنين *Spatium quadraginta annorum.*

b *Ad Nigrum, & ad Rubrum.* i. e. in genere, *ad omnes homines*, cujuscunque Nationis sint per universum orbem, unde vulgo is loquendi modus: كل اسود منهم واحمر ادنى *Quisque Niger ex eis, & Ruber venerunt ad me*; i. e. *illi omnes.* In specie autem, per *Nigrum* intelliguntur *Arabes*, à colore vultûs, ut pote qui Australiores orbis cogniti partes incolunt, per *Rubrum* autem cæteri populi, qui magis ad Septentrionem vergunt, suntque respectu Arabum *Barbari.* Quæ denominatio eis competit tam à vultûs colore *rubro*, quam quia illos populos præcipue *Romanos* ab *Esavo*, seu אדום *Edom*, cujus significatio est *ruber, Rufus*, oriundos esse existimant. Quam quidem opinionem à Judæis mutuati sunt, apud quos solemne est, per Esavum, seu Edom* Romanum Imperium intelligere. Arabum Historici Romanos appellant بني الاصفر *Filios Al-Asfar*, q. d. Filios *Rufi, Flavi*, seu *Crocei*; quod fuit Cognomen τȣ̃ روم *Roum*, filii عيص *'Ais*, sive *Esavi*, filii *Isaaci*: quemadmodum refert Abu'l-Feda noster ex Ebn Saïd Al-Mogrebio, Historiæ suæ generalis cap. de Nationibus, quæ Religionem Christianam profitentur.

* Qua de re v. Historiam Josephi Gorionidis cap 2. & Notam nostram ad cap. 97. p. 453.

c *Aboleret.* Sive *abrogaret*, scilicet, ut quidem Idololatriam prorsùs extirparet; Religiones autem *Judaicam*, & *Christianam*, non omnino abrogaret, sed illas, rejectis corruptionibus, quæ in eas irrepserant, re[...]ret, & ad formam Islamismi, seu veræ & antiquissimæ Religionis normam, quam Abraham, & omnes [...] profitebantur, uti contendebat, restitueret. Al-Corani Sur. 3. v. 66. de Abrahamo sic loquitur: ما كان ابراهيم يهوديا ولا نصرانيا ولكن كان حنيفا وما كان من المشركين i. e. *Non fuit Abraham Judæus, neque Christianus, sed fuit genuinus* (orthodoxus) *Moslemus; & non fuit ex Associantibus* (Idololatris.) Et Sur. 39. v. 3. Introducitur Deus asserens Religionem Mohammedis esse orthodoxam & veram his verbis: فاقم وجهك للدين حنيفا فطرة الله التي فطر الناس عليها لا تبديل لخلق الله ذلك الدين القيم ولكن اكثر الناس لا يعلمون *Statue ergò faciem tuam ad Religionem Orthodoxus* (factus,) *Illam* scilicet, *quæ est prima Dei Institutio secundùm quam homines instituit: Non datur mutatio creaturæ Dei: Hæc Religio vera est; sed maxima pars hominum illam non novit.* Et Sur. 6. v. 14. Mahomed ipse sic loqui jubetur à Deo: قل اني امرت ان اكون اول من اسلم ولا تكونن من المشركين *Dicito, utique jussus sum, ut sim primus, qui Islamismum profitear. Non eris* (inquit Deus) *ex Associantibus.* Denique Sur. 39. 13. Jubetur, ut sit puræ Religionis Assertor & Reformator: قل اني امرت ان اعبد الله مخلصا له الدين وامرت لان اكون اول المسلمين *Dicito · Jussus sum, ut serviam Deo puram exhibens ei Religionem; & jussus sum, ut sim primus Moslemorum.*

solitudinis

الخلوة وكان رسول الله بجوار في
جبل حرا من كل سنة شهرا

فلما كانت سنة مبعثه خرج الى
حرا في رمضان للمجاورة فيه ومعه
اهله حتى اذا كانت الليلة التي
اكرمه الله سبحانه وتعالى فيها
جاءه جبريل عليه السلام فقال له
اقرا قال له وما اقرا قال اقرا باسم
ربك الذي خلق الى قوله علم الانسان
ما لم يعلم فقراها

ſolitudinis illi inſpiraverat. Morabatur itaque Apoſtolus Dei ... in ſpelunca montis *Harâ* per unum menſem anni cujuſlibet.

Cumque tandem adeſſet annus [a] Miſſionis ejus, egreſſus eſt in montem [b] *Harâ*, [c] menſe Ramadhân ad ſpeluncam ſuam, habens ſecum aliquot e familiaribus ſuis; donec adveniente [d] illa nocte, qua Deus glorioſus O. M. ſummo illum honore affecit, venit ad eum [e] Gabriel, cui Pax, & dixit: *Lege.* Cui ille, [f] *Neſcio*, inquit, *legere.* Dixit ei: * *Lege; In nomine Domini tui qui creavit* &c. uſque ad hæc verba, v. 5. *Docuit hominem id quod neſciebat.* Et recitavit illa verba.

Anno ab O. C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6206. A Nativitate Chriſti 621. Ante Hegjram 13. Ætatis Mohammedis 40.

* Al-Cor. Sur. 96. v. 1.

a *Miſſionis ejus.* Miſſio Mohammedis à Deo prædicta fuit Moſi in monte Sinai, atque etiam omnibus Prophetis, quorum animæ in eodem monte cum Moſe congregatæ erant, uti aſſerunt Mohammedani cum Talmudiſtis; Al-Corani Sur. 3. v. 80. وان اخذ الله ميثاق النبيين لما اتيتكم من كتاب وحكمة ثم جاءكم رسول مصدق لما معكم لتؤمنن به ولتنصرنه ثم قال اقررتم واخذتم على ذلكم اصري قالوا اقررنا قال فاشهدوا وانا معكم من الشاهدين i. e. *Et cùm accepit Deus Pactum Prophetarum,* (dixit illis:) *Hoc eſt quod protuli vobis ex Libro, & Sapientia: Proinde venturus ad vos APOSTOLUS verificans id quod apud vos eſt, ut ei credatur, & juvetur* (à vobis:) *Tum ait: An ratum habetis, & accipitis hoc Fædus meum vobiſcum? Reſponderunt: Ratum habemus. Dixit: Teſtes igitur eſtote; & ego vobiſcum ſum ex Teſtantibus.*

b *Harâ*, Mons ab Mecca 3. millia paſſuum diſtans, teſte Abu'l-Feda in Geogr.

c *Menſe Ramadhân.* Al-Kodaius cap. de numero Prophetarum & Legatorum: وانزل القران لاربع وعشرين ليلة من شهر رمضان بعد الانجيل بستماية وعشرين عام والله اعلم i. e. *Demiſſus fuit* Al-Coranus *nocte* 24. *menſis* Ramadhâni, *poſt* Evangelium *ann* 620. *ſed Deus novit.*

d *Illa nocte.* Nox illa appellatur in Al-Corano Sur. 97. v. *Nox Al-Kadar,* انا انزلناه في ليلة القدر *Utique nos demiſimus illum* (Al-Coranum) *in nocte Al-Kadar*; i. e. exponente Gelalo'ddino الشرف والعظم *nobilitatis & magnitudinis.* Significat etiam *Diſpoſitionem*, ſeu *Decretum Dei.* Duplicem ſignificationem explicat Zamachſharius his verbis: معنى ليلة القدر ليلة التقدير الامور وقضاءها من قوله فيها يفرق كل امر حكيم وقيل سميت بذلك لخطرها على ساير الليالي *Significat* Nox Al-Kadar *noctem illam qua,* (Deus) *Diſpoſitione ſua, & Decreto diſponit ac diſcernit res, juxta illud quod ait:* Sur. 44. v. 4. In illa decernitur omnis res Sapienter. *Alii dicunt illam ita appellari, propter excellentiam ejus ſupra cæteras noctes.* Scilicet quia in illa e cœlo demiſſus fuit Al-Coranus: quod quomodo factum ſit, luculenter exponit idem Zamachſharius: وروي انه انزل جملة واحدة في ليلة القدر من اللوح المحفوظ الى السماء الدنيا واملاه جبراييل على السفرة ثم كان ينزله على رسول الله صلعم نجوما في ثلث وعشرين سنة وعن الشعبي المعنى انا ابتدانا انزاله في ليلة القدر واختلف في وقتها فاكثرهم على انها في شهر رمضان في العشر الاواخر في اوتارها واكثر القول انها السابعة منها i. e. *Traditio eſt,* Al-Coranum *demiſſum fuiſſe totum una vice, in* Nocte Al-Kadar, *ex Tabula cuſtodita* (in cœlo ſeptimo) *ad cœlum mundi* (primum, terræ proximum,) *&* Gabrielem *collegiſſe illum in unum Librum; tum deinde demiſiſſe eum ſuper Apoſtolum Dei . . . per partes, ſpatio* 23. *annorum. Al-Shabius ait hæc verba*; Nos demiſimus illum, *idem eſſe ac ſi dixiſſet*; Nos cœpimus demittere illum in Nocte Al Kadar. *Diſſentiunt* (Doctores) *circa tempus ejus; ſed maxima pars in eo conveniunt, quòd illa Nox fuerit in menſe Ramadhâno aliqua ex decem poſterioribus noctibus; & plerique ſeptimam ex eis aſſignant.* Scilicet retrogradè numerando; ſicque incidit inter dies menſis Ramadhâni 23, & 24 Quæ eſt ſententia Al-Kodaii ſupra memorata. Obſerva male verti ultima verba a Marraccio, hoc modo: *Celebris etiam eſt opinio fuiſſe ſeptimam noctem ejuſdem menſis*; nam منها *ex eis,* fœm. plur. non refertur ad شهر *menſem,* qui eſt maſc. gen. ſed ad *Noctes.*

e *Gabriel.* Mohammedanis eſt Spiritus Sanctus: Nam hæc verba Al-Corani. Sur. 2. v. 87. وايدناه بروح القدس *Et roboravimus eum* (Jeſum) *Spiritu ſanctitatis.* Gelalo'ddinus ſic explicat: قويناه بالروح المقدسة جبرييل لطهارته يسير معه حيث سار i. e. *Adjunximus ei Spiritum Sanctum, Gabrielem, ut ſanctificaret eum, & ambularet cum eo quocunque ambularet.* Hunc fuiſſe doctorem Mohammedis probant ex Al-Cor. Sur. 53. v. 5. علمه شديد القوى *Docuit eum robuſtus fortitudine.* Ubi Beidavius, هو جبرييل *Is eſt* Gabriel. Et Gelalo'ddinus, علمه اياه ملك شديد القوى ذو مرة قوة وشدة او منظر حسن اي جبرييل عليه السلام i. e. *Docuit eum illud* (nempe Al-Coranum) *Angelus robuſtus fortitudine, præditus viribus, fortitudine & robore, ſeu pulcher aſpectu, videlicet* Gabriel, *cui Pax.* Idque ſecundùm vim vocis Hebrææ גבריאל, i. e. *Fortitudo Dei.* Confer. Sur. 2. v. 97.

f *Neſcio legere*, ad verbum, *Et non lego.* Vel ſi vocula ما accipiatur pro *Quid?* Interrogativè, tunc ſenſus erit; *Et quidnam legam?* Sed prior verſio magis congruit cum illa Mohammedanorum opinione, qua unanimi conſenſu Mohammedem utriuſque Literaturæ legendi ſcribendive partis ignarum fuiſſe ſtatuunt, juxta illud Al-Corani Sur. 29. v. 48. ubi Deus ad Mohammedem ſic loquitur: وما كنت تتلو من

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6206.
A Nativitate Christi 621.
Ante Hegjram 13.
Ætatis Mohammedis 40.

Deinde Propheta . . . usque ad medium montis progressus audivit vocem de cœlo dicentem: *O MOHAMMED, tu es APOSTOLUS DEI, Ego autem sum GABRIEL.* Mansitque stans in loco suo Gabrielem [a] contemplatus, donec tandem discedente Gabriele, ipse Propheta . . . discessit. Mox ad *Chadigjam* veniens ei, id quod viderat, narravit. Dixit illa: *Læto nuntio admodum exhilarata sum: Per illum juro, in cujus manu est anima Chadigjæ, ego certè spero fore ut sis hujus Nationis Propheta.* Quibus dictis *Chadigja* [b] ad *Warakam Nawfali* filium cognatum suum se contulit. *Waraka* autem *Nawfali* filius Libros inspexerat, atque legerat; & insuper multa à Sectatoribus tam Legis, quam Evangelii pridem audierat. Huic retulit *Chadigja* ea, quæ sibi nunciaverat Apostolus Dei . . . Respondit *Waraka*: *Per Deum sanctissimum! & per illum in cujus manu est anima Warakæ, vera narras, O Chadigja. Jam enim illum prædixit venturum Lex gloriosa, quam attulit Moses Amrâni filius. Haud dubium quin ille sit hujus Nationis Propheta.* Hinc *Chadigja* ad Apostolum Dei . . . reversa narravit ei quæ sibi dixerat *Waraka*. Deinde Apostolus Dei . . . peracta oratione sua discessit, & Domum *Caabæ* septies circumivit; ac demùm in hospitium suum se recepit.

ثم ان النبي صلعم خرج الي وسط
الجبل يسمع صوتا من جهة السماء يا
محمد انت رسول الله وانا جبريل
فبقي واقفا في موضعه يشاهد جبريل
حتى انصرف جبريل ثم انصرف
النبي صلعم واتي خديجة فحكى لها
ما راى فقالت ابشر فوالذي نفس
خديجة بيده اني لارجوا ان تكون
نبي هذه الامة ثم انطلقت خديجة
الي ورقة بن نوفل وهو بن عمها وكان
ورقة بن نوفل قد نظر في الكتب
وقراها وسمع من اهل التوراة والانجيل
فاخبرته ما اخبرها رسول الله صلعم
فقال ورقة قدوس قدوس والذي نفس ورقة
بيده لان صدقتني يا خديجة لقد جاءه
الناموس الاكبر الذي كان ياتي موسى
بن عمران وانه نبي هذه الامة فرجعت
خديجة الي رسول الله صلعم واخبرته
بقول ورقة فلما قضي رسول الله صلعم
جواره وانصرف طاف بالبيت اسبوعا
ثم انصرف الي منزله

Postea crebræ Revelationes sequutæ sunt una post alteram.

ثم تواتر الوحي اليه اولا فاولا

Prima mortalium, quæ Islamismum amplexa est, fuit *Chadigja*, adeo ut nemo illam præcesserit.

وكان اول الناس اسلاما خديجة
لم يتقدمها احد

In Libro dicto *Al-Sahih*, traditur Prophetam . . . dixisse: *Inter viros multi perfecti evadunt, sed inter fœminas, perfectæ fuerunt quatuor*

وفي الصحيح ان النبي صلعم انه
قال كمل من الرجال كثير ولم

* قبله من كتاب ولا تخطه بيمينك i. e. *Et non legebas ante hunc ullum librum, neque exarabas illum dextera tua.* Atque inde est quod frequenter in Al-Corano Mohammed appellatur, *Propheta illiteratus, Idiota*, ut Sur. 7. v. 158. الذين يتبعون الرسول النبي الامي *Qui sequentur Apostolum, Prophetam Idiotam* Qua de re plura alibi.

a *Contemplatus. Gabrielem* bis vidit Mohammed in forma ejus naturali, qua creatus fuerat, prima vice in terra, quando scilicet afferebat ei Al-Corani Suratas, vel earum partes; secunda vice in cœlo, tempore Itineris ejus nocturni in cœlum. Quomodo viderit cum prima vice describitur Al-Corani Surat. 53. v. 6. واستوى وهو بالافق الاعلي *Et ostendit se* (Gabriel) *adæquatè stans in plaga superioris* (Sideris.) Quæ verba sic explicat Gelaloddinus استقر وهو بالافق الاعلي افق الشمس اي عند مطلعها علي صورته التي خلق عليها فراه النبي صلعم وكان بحراء فخر مغشيا عليه وكان قد سأله ان يريه نفسه علي صورته التي خلق عليها فواعده بحراء فنزل جبريل عليه السلام في صورة الآدميين ثم دنا قرب منه فتدلى i. e. *Firmus constitit stans in plaga superioris* (Sideris) *nempe in plaga Solis, seu ad Orientem ejus, idque in ea forma qua creatus fuerat. At vero statim atque illum vidit Propheta . . . deliquium passus corruit. Scilicet petierat ab eo, ut se videndum præberet in eadem forma, qua creatus fuerat, atque ita se facturum Gabriel promiserat. Quare in posterum solitus fuit Gabriel, cui Pax, descendere in forma humana; quo factum est, ut propius ad illum accedens vicinior consisteret.* Hoc evenisse ait Kellæus, non certo tempore, sed *Die quodam*, & in monte *Arafa*. De secunda vice videbimus, ubi de Itinere nocturno in cœlum.

b *Ad Warakam. Ex indubitatæ apud illos* (Mohammedanos) *fidei*, inquit Cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. pag. 157. *Al-Bocharii narrationibus, discimus Chadigiæ Mohammedis uxori fuisse cognatum nomine* Warakah, *qui scribendi peritus esset, sed* بالعبرانية Hebraice, *ipsumque Christianum fuisse.* De eodem Waraka, Ahmed ben Joseph. Hist. parte 1. cap. 39. hæc habet: ورقة ابن نوفل بن اسد بن عبد العزي بن قصي وهو عم خديجة الكبرى زوج النبي صلعم وكان قد قرأ الكتب المنزلة ورغب عن عبادة الاصنام وبشر خديجة بالنبي صلعم وانه نبي هذه الامة Waraka *filius* Nawfali, *filii* Asadi, *filii* Abdo'l-Uzzæ, *filii* Kosæ, *erat Patruus* Chadigjæ *Magnæ, uxoris Prophetæ. Is legerat Libros cœlitùs demissos, & ab Idolorum cultu conversus fuerat; &* Chadigjæ *annunciavit Illum* (Mohammedem) *esse hujus Nationis* (Arabum) *Prophetam. &c.*

duntaxat,

تكمل من النساء الا اربعة اسية زوجة
فرعون ومريم بنت عمران وخديجة بنت
خويلد وفاطمة بنت محمد

*duntaxat, videlicet* [a] Asia Pharaonis uxor, [b] Maria Amrâni filia, Chadigja Chowaïledi filia, & Fâtema Mohammedis filia.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6206.
A Nativitate Christi 621.
Ante Hegjram 13.
Ætatis Mohammedis 40.
Missionis ejus Propheticæ 1

## CAP. VIII.

ذكر اول من اسلم من الناس

### *De illo, qui primus Islamismum amplexus est.*

لا خلاف في ان خديجة اول من
اسلم واختلف في من اسلم بعدها
فذكر صاحب السيرة وكثير من
اهل العلم ان اول الناس اسلم
بعدها علي بن ابي طالب رضي
الله عنه وعمره تسع سنين وقيل
عشر سنين وقيل احد عشر سنة

وكان في حجر رسول الله صلعم
قبل الاسلام وذلك ان قريشا اصابتهم
ازمة شديدة وكان ابو طالب كثير
العيال فقال رسول الله صلعم لعمه
العباس ان اخاك ابا طالب كثير
العيال فانطلق لنأخذ من بيته
ما نخفف عنه به فاتيا ابا طالب
وقالا نريد ان نخفف عنك فقال
ابو طالب اتركا لي عقيلا واصنعا
ما شئتما فاخذ رسول الله صلعم
عليا وضمه اليه واخذ العباس
جعفرا فلم يزل علي مع النبي صلعم
حتى بعثه الله تعالى نبيا فصدقه
علي ولم يزل جعفر مع العباس
حتى اسلم ومن شعر علي في
سبقه

سبقتكم الى الاسلام طرا غلاما
بما بلغت اوان حلمي

ذكر صاحب السيرة ان الذي اسلم
بعد علي زيد بن حارثة مولى رسول
الله صلعم اشتراه واعتقه

Nullum est dubium quin prima omnium fuerit *Chadigja*, quæ Islamismum amplexa est; sed de illo, qui post eam primus Islamismo nomen dedit, controversia est. Auctor Libri dicti *Al-Seirat*, multique è Doctorum numero, asserunt illum, qui post eam Moslemus factus est, fuisse *Alîm Abu Tâlebi* filium, cui Deus propitius sit, tunc cum annum ætatis ageret nonum, vel ut alii dicunt, annum decimum, vel juxta alios undecimum.

Porrò *Alî* jam pridem ante Islamismum in Apostoli Dei... sinu & familiari consuetudine vivebat. Quæ res in hunc modum evenerat: *Koraishitæ* gravi annonæ penuria premebantur, & *Abu-Tâleb* numerosam habebat familiam. Dixit Apostolus Dei... ad patruum suum *Al-Abbâsum*: *Frater tuus Abu-Tâleb numerosam habet familiam: Agedum, exere virtutem tuam, quatenus nos è domo ejus id, quo poterimus illum sublevare, accipiamus.* Venerunt itaque ambo ab *Abu-Tâlebum* dicentes: *Volumus sublevare te.* Respondit eis: *Relinquite mihi Okaïlum; de cætero quidquid volueritis, facite.* Accepit igitur Apostolus Dei... *Alîm*, eumque apud se alendum collegit. *Al-Abbas Gjafarum* suscepit. Neque postea cessavit *Alî* in Prophetæ... contubernio vivere, usque ad tempus, quo illum Deus O. M. Prophetam misit; quem & *Alî* veracem prædicavit: Neque *Gjafar* destitit apud *Al-Abbâsum* morari, donec ipse Islamismum professus est. Inter carmina *Alîs* istud extat de Præcedentiâ suâ.

*Præcessi vos ad Islamismum adhuc puer parvulus,*
*Cùm pubertatis meæ tempus vix attigeram.*

Refert Auctor Libri *Al-Seirat*, illum, qui post *Alîm* Moslemus factus est, fuisse *Zeidum Hârethæ* filium, Apostoli Dei... Servum, quem emerat, & quem proinde libertate donavit.

a *Asia.* De illa mentio est Al-Cor. Sur. 66. v. 11. وضرب الله مثلا للذين امنوا امراة فرعون اذ قالت رب ابن لي عندك بيتا في الجنة ونجني من فرعون وعمله ونجني من القوم الظالمين *Et proposuit Deus in exemplar iis qui crediderunt Uxorem* Pharaonis, *cùm dixit illa. Domine, Ædifica mihi apud te domum in Paradiso, & libera me à Pharaone, & opere ejus, & libera me ab hominibus iniquis.* Nomen uxoris Pharaonis, quod in Al-Corano reticetur, in allata Traditione fuisse dicitur *Asia*. Ejus Historiam refert Zamachsharius ad hunc locum, quam videsis apud Marraccium.

b *Maria Amrâni filia.* Hæc etiam memoratur Al-Cor. Sur. 66. v. 12. De qua Pocock. Specim. Hist. Arab. pag. 183. *Eadem illi* (Mohammedi) Miriam, Mosis & Aaronis *Soror (quidquid obtendant, qui hanc ἀνιστορησίαν excusare conantur) cum Maria be ata Virgine.* Et Marraccius, *Confundit*, inquit, Mariam *Christi matrem cum* Maria *sorore* Mosis & Aaron, *dùm eam filiam Amrâni appellat.* De altero loco Al-Cor. Sur. 19. v. 28. ubi B. Virgo Maria dicitur *Soror Aaronis*, vide Hadrian. Relandum lib. 2. de Relig. Moham. p. 221. edit. 2. Mohammedis ἀνιστορησίαν benigne excusantem; & contra, Lud. Marraccium ad illum locum, ejusdem Mohammedis crassissimum errorem sugillantem.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6206.
A Nativitate Christi 621.
Ante Hegjram 13
Ætatis Mohammedis 40.
Missionis ejus Propheticæ 1

Post *Zeidum* ad Islamismum accessit [a] ***Abu-Becr*** cognomento [b] ***Al-Seddik***, (i. e. Testis-fidelis,) cui Deus sit propitius. Is autem proprio nomine erat *Abdo'llah Abu-Kohâfæ* filius: & nomen *Abu-Kohafæ* fuit *Othman*. Alii autem opinantur *Abu-Becrum* omnium primum fuisse, qui Islamismum amplexus fuerit.

ثم اسلم بعد زيد ابو بكر الصديق رضي الله عنه وهو عبد الله ابن ابي قحافة واسم ابي قحافة عثمان وذهب اخرون الي ان اول الناس اسلاما ابو بكر

Deinde post *Abu-Becrum* Islamismum professi sunt ***Othmâm Affani*** filius, ***Abdo'l-Rahman Awfi*** filius, ***Saad Abu-Wakâsi*** filius, ***Al-Zobair Al-Awami*** filius, & ***Telha Obeido'llahi*** filius. Hi ad Islamismum accessere, vocante illos ***Abu-Becro***, qui & eos ad Apostolum Dei ... adduxit. Atque ita in illum crediderunt, cumque veracem professi sunt; Deus illis sit propitius. Isti itaque fuere mortalium primi Fideles.

ثم اسلم بعد ابي بكر عثمان بن عفان وعبد الرحمن بن عوف وسعد بن ابي وقاص والزبير ابن العوام وطلحة بن عبيد الله وكان اسلامهم بان دعاهم ابو بكر الي الاسلام وجاء بهم الي رسول الله صلعم فامنوا به وصدقوه رضي الله عنهم فهاولاء اول الناس اسلاما

Postea Islamismo mancipati sunt ***Abu-Obeida***, cui nomen fuit ***Amer*** filius ***Abdo'llahi*** filii ***Al-Gjerrahi***; ***Obeida Al-Harethi*** filius, ***Said*** filius ***Zeidi***, filii ***Amrûi***, filii ***Nofaili***, filii ***Abdo'l-Uzzæ***, qui fuit filius patrui ***Omari Al-Chettabi*** filii, ***Abdo'llah Mas'ûdi*** filius, & ***Amer Yâseri*** filius.

ثم اسلم ابو عبيدة واسمه عامر بن عبد الله بن الجراح وعبيدة بن الحارث وسعيد بن زيد بن عمرو بن نفيل بن عبد العزي وهو بن عم عمر بن الخطاب وعبد الله بن مسعود وعامر بن ياسر

Porrò vocatio Apostoli Dei ... ad Islamismum mansit secreta trium annorum spatio; quibus elapsis, jussit Deus Apostolo suo, ut vocationem manifestam faceret.

وكانت دعوة رسول الله صلعم الي الاسلام سرا ثلاث سنين ثم بعدها امر الله رسوله باظهار الدعوة

Quamprimùm igitur cælitùs demissum fuit istud: * [c] ***Et hortare contribules tuos propinquiores.*** Propheta ... *Alîm* ad se vocans dixit ei: ***Fac nobis opiparum convivium; & appone agnum ovis;***

* Al Cor. Sur 26 v. 214.

ولما نزل واندر عشيرتك الاقربين دعا النبي صلعم عليا فقال اصنع لنا صاعا من طعام واجعل عليه رجل شاة

a ***Abu-Becr***. Is Mohammedi in Imperium successit, & خليفة *Chalifa*, i. e. ***Vicarius*** & ***successor*** salutatus fuit, posthabito Alî, ad quem successio de jure pertinebat. De nomine ejus hæc habet Al-Kodaius: كان اسمه في الجاهلية عبد الكعبة ثم سماه رسول الله صلعم عبد الله وهو ابن ابي قحافة ابن عامر ولد تيم ابن مرة i. e. ***Ejus nomen tempore Ignorantiæ***, (seu Idololatriæ ante Islamismum) Abdo'l-Caaba, (i. e. Servus Caabæ.) ***Deinde nominavit eum Apostolus Dei*** Abdo'llahum, (i. e. Servum Dei.) ***Erat filius*** Abu-Kohafæ Othmâni, Ameri ***filii, qui fuit ex posteris*** Taimi ***filii*** Moriæ. Cognominatus fuit autem ابو بكر ***Abu-Becr***, i. e. ***Pater puellæ***, seu ***virginis***, nempe Aieshæ, quæ virgo erat, quando Mohammedi nupta fuit, nam cæteræ omnes, quas duxit Mohammed, antea maritos habuerant, uti suis locis videbimus.

b ***Al-Seddik***, sic legendum cum ***Kesra*** sub ص, non vero ***Saddik***, cum ***Fatah***; nam ***Saddik*** redditur ***Justus***, ***Seddik*** autem est ***Testis-fidelis***, ***verax***, seu ***verificans***; sicque ***vocatus est*** Abu-Becr, inquit ***Al-Kodaius***, لتصديقه خبر المسري ***propter verificationem Historiæ*** Mesræ, seu Itineris nocturni Mohammedis in cœlum. Appellavit eum etiam Mohammed عتيقا ***Atik***, teste eodem Al-Kodaio وقيل ان رسول الله صلعم قال له انت عتيق من النار ***Aiunt etiam Apostolum Dei ... dixisse illi***: Tu es ***Atik***, i. e. ***Servatus ab igne*** (Gehennæ,) scilicet innuens illum esse e Prædestinatorum numero.

c ***Et hortare***. Verba quæ sequuntur, ***Contribules tuos propinquiores***, non sunt de hoc Textu Al-Corani, sed addita* per modum Paraphraseos. Titulus hujus Suratæ est المدثر correpte pro المتدثر Particip. 5. Conjug. i. e. ***Coopertus***, seu ***Involutus stragula, exteriore veste***, & nomen الدثار ***Stragula, exterior vestis***. Hæc Surata 74. ratione temporis secunda est totius Al-Corani, quæ ad Mohammedem allata est per Gabrielem (prima enim fuit Surata 96. de qua supra pag. 15.) Quomodo hæc secunda Surata cælitùs demissa fuit sic refert Zamachsharius ipsius Mohammedis verbis ex Traditione acceptis: كنت علي جبل حراء فنوديت يا محمد انك رسول الله فنظرت عن يميني ويساري فلم ار شيا فنظرت فوقي فرايت شيا وفي رواية عايشة فنظرت فوقي فاذا بصرت باعد علي عرش بين السماء والارض يعني الملك الذي ناداه فرهبت فرجعت الي خديجة فقلت دثروني دثروني فنزل جبراديل وقال يا ايها المدثر قم فانذر وربك فكبر i. e. ***Eram super montem Harâ; & vocatus sum***: O MOHAMMED, tu es APOSTOLUS Dei. ***Et respexi ad dexteram meam, & ad sinistram meam, & nihil vidi; & aspexi supra me, & vidi aliquid.*** Vel, ut habetur in Traditione Aieshæ; ***& aspexi supra me, & vidi sedentem super solium inter cælum & terram***, videlicet Angelum qui eum vocaverat; ***& tremefactus reversus sum ad Chadigjam, & dixi***: Cooperite me stragula, cooperite me stragula. ***Et tunc descendit*** Gabriel, ***& dixit***: O cooperte stragula, surge, & adhortare, & Dominum tuum magnifica. Addit idem Zamachsharius: وقيل سمع

* Ex Sur. 26 v. 213.

&

وأملاء لنا عسا من لبن واجمع لي بني
المطلب حتى اكلمهم وابلغهم ما امرت
به ففعل ما امره ودعاهم وهم اربعون
رجلا يزيدون رجلا او ينقصونه فيهم
اعمامه ابي طالب وحمزة والعباس واحضر
علي الطعام واكلوا حتى شبعوا وقال
علي لقد كان الرجل الواحد منهم
لياكل جميع ما شبعوا كلهم منه

فلما فرغوا من الاكل اراد النبي
صلعم ان يتكلم بدره ابو لهب الى
الكلام فقال اشد ما سحركم صاحبكم
فتفرق القوم ولم يكلمهم رسول الله
صلعم فقال رسول الله صلعم لعلي يا
علي قد رايت كيف سبقني هذا
الرجل الى الكلام فاصنع لنا في غد
كما صنعت اليوم واجمعهم ففعل وصنع
علي في الغد كذلك

فلما اكلوا وشربوا اللبن قال لهم
رسول الله صلعم ما اعلم انسانا في
العرب جاء قومه بافضل ما جئتكم به
قد جئتكم بخير الدنيا والاخرة فقد
امرني الله تعالى ان ادعوكم اليه فايكم
يوازرني على هذا الامر على ان يكون
اخي ووصيي وخليفتي فيكم فاحجم
القوم جميعا فقال علي فقلت واني
لاحدثهم سنا وارمصهم عينا واعظمهم بطنا
واحمشهم ساقا انا يا نبي الله اكون
وزيرك عليهم فاخذ رسول الله صلعم
برقبة علي وقال ان هذا اخي ووصيي

*& impleto nobis amplum vas lactis: Tum ad me accersito* Al-Motallebi *filios, quibuscum colloquar, & eis significem id quod jussus sum.* Fecit itaque *Alî*, uti præceperat, atque illos invitavit. Erant autem numero quadraginta viri, plus minusve, iique ex cognatione *Abu-Tâlebi.* Hos inter fuere *Hamza*, & *Al-Abbas*. Adfuit etiam præsens convivio & ipse *Alî*. Et comederunt, donec saturati sunt. Dixitque *Alî*: *Profectò unus ex illis potuisset id totum comedere, ex quo omnes saturati sunt.*

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6210
A Nativitate Christi 625
Ante Hegiram 9
Ætatis Mohammedis 44.
Missionis ejus Propheticæ 4

Cumque epulandi finem fecissent, voluit Propheta... cum eis colloquium inire, sed Sermonem præoccupavit *Abu-Lahab*, *Molestum est*, inquit, *hìc convivas vestros diutius detinere.* Quibus dictis dispersus fuit cœtus; adeo ut non potuerit Apostolus Dei... illos alloqui. Tunc Apostolus Dei... ad *Alîm* conversus, O Ali, inquit, *vidisti quomodo iste vir loquendo me prævertit? Quare crastina die appara nobis convivium, quemadmodum hodie fecisti, atque eosdem secunda vice convocato.* Fecitque *Alî* crastina die eundem in modum.

Et statim atque comederunt, & lac biberunt, hanc ad illos Apostolus Dei.. concionem habuit: *Equidem hominem nullum in Arabia novi, qui populo suo rem præstantiorem afferat, eâ, quam vobis modo affero: affero enim vobis, Bonum hujus mundi, pariter & vitæ-alterius. Jussit mihi Deus O. M. ut vos ad se vocarem. Quis porro ex vobis in hoc negotio mecum* Weziri *munere fungatur*, (i. e in partem oneris mecum veniat) *ut sit Frater meus, Legatus meus, & Vicarius meus?* Hic dum illi incerti hærent omnes, ac tergiversantur, dixit *Alì*: *Egomet ita faciam, Ego ipse dentes illis excutiam, oculos eruam, ventrem dissecabo, crura mutilabo: Ego, O Propheta Dei, ero* [a] Vezirus *tuus super illos.* Tunc Apostolus Dei... *Alîs* collum complexus, *Is est*, inquit, [b] *Frater meus*, [c] *Legatus meus*,

من قريش ما حرده فاشتمل ويغطي ثوبه مغتما = ما يفعل المغموم فامر ان لا يدع انذارهم

i.e. *Alii dicunt illum audivisse a Coraishitis aliquid, quod ipsi valde displicuerat, quamobrem tristitia oppressus veste sua se obvolvit, uti solet facere, qui mœrore afficitur, atque tunc jussus fuit, ut nihilominus illos adhortaretur*

a *Vezirus tuus* Propriè *portitor, bajulus, onus ferens*, tum in sensu nobiliori *Consiliarius*, Imperii ac Reipublicæ administrator sub Rege vel Principe, quasi negotiorum onus portans & sustinens, eodem sensu quo apud Venetos *Bailo* dicitur, quasi *Bajulus*, & apud Anglos *Baily*, & Gallis *Bailli*. Hic primam habemus *Vezirorum* Institutionem ab ipso Mohammede factam, sicque *Alî* fuit omnium primus, qui Titulo Veziri decoratus est, quanquam in hac dignitate nullos habuerit Successores immediatos, donec anno Hegiræ 132 Christi 749. Regnante *Merwâno* Mohammedis filio ultimo *Ommiadarum Chalifa*, *Abu-Moslemah*, *Al Halali* filius renunciatus fuit وزير الدين *Vezirus Religionis*, sive البيت *Domûs* (Prophetæ) qualis erat olim *Major Domus* apud Gallos. Atque in hac dignitate ab *Abu'l-Abbaso Saffaho Abbassidarum* primo *Chalifa* confirmatus fuit. Cui in eadem dignitate successit *Jahia Châledi* filius, atque ita deinceps, donec sub Turcarum Imperio illa dignitas ad summum potentiæ gradum & honoris evecta est, qualem nostris temporibus adhucdum videmus. Multi *Vezirorum* Historiam scripsere, sed nemo, quod sciam, hujus dignitatis originem veram ostendit *

b *Frater meus* Quomodo *Ali* hunc Titulum honoris obtinuerit, videbimus infra, ubi de Fraternitatis inter Moslemos Institutione facta a Mohammede.

c *Legatus meus* وصي *Wasi*, & cum Articulo *Al Wasi*, propriè *Mandatarius*, qui mandata, seu præcepta accipit, item *Legatarius*, *Testamentarius*, Testamenti exequutor & *hæres*. Est etiam unus ex Titulis *Alis*, quo, ut & affinitatis jure *Fâtemam* unicam Mohammedis filiam uxorem ducendo omnium bonorum ejus hæres constitutus fuit. Insignitur etiam Titulo, & cognomine *Al Wasi*, *Seth* Patriarcha ob mandata seu præcepta, quæ accepisse perhibetur ab *Adamo* patre suo, ut ea ad posteros transmitteret. Abu'l-Feda noster Historiæ suæ Generalis cap. 1. loquens de *Setho* ait expresse وهو وصي آدم *Fuit ille* Wasi Adami, i.e. *Legatarius* ejus eo sensu, quem mox explicuimus. Forte haud ingratum fuerit curioso Lectori si obiter monuero illa Præcepta, quæ *Adam* morti proximus filio suo *Setho* tradidit, extare in Codice MS Arabico, Biblioth Bodl. qui continet Librum Apocryphum Apocalypseos S. Petri per Clementem Romanum Scriptæ

* Nisi quis illam ab ipsius *Mosis* temporibus repetit, Nam Al-Coran Sur 25 v 36 Deus sic loquens introducitur وجعلنا معه اخاه هارون وزيرا i.e. *Et adjunximus ei* (Mosi) *fratrem ejus* Haronem in Vezirum, sive Consiliarium

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6210.
A Nativitate Christi 625.
Ante Hegjram 9.
Ætatis Mohammedis 44.
Missionis ejus Propheticæ 4.

& [a] *Vicarius meus inter vos: Huic ergò morem gerite, & obedientiam præstate.* Quibus auditis universi in risum effusi ad *Abu-Tâlebum* dixere: *Jam itaque tuum erit filio tuo morem gerere, atque illi obedientiam præstare.*

وخليفتي فيكم فاسمعوا له واطيعوا
فعام القوم يضحكون ويقولون لابي
طالب قد امرك ان تسمع لابنك
وتطيع

At verò Propheta... nihilominus in eo perficiendo, quod sibi Deus jusserat, perrexit, neque initio hujus negotii populum suum à se amovit; neque illi vicissim ad eum tunc conversi sunt, eòque ventum fuit, ut Idololatriam eorum ipsis exprobraverit, & propensionem Popularium suorum, Patrumque eorum ad Infidelitatem, & perversitatem, pertinaciamque incusaverit. Quibus illi provocati in apertam ejus inimicitiam incurrerunt, exceptis iis, quos Deus in Islamismo servavit.

واستمر النبي صلعم علي ما
امره الله ولم يبعد عنه قومه
في اول الامر ولم يردوا عليه
حتي عاب الهتهم ونسب
قومه واباءهم الى الكفر
والضلال فاجمعوا على
عداوته الا من عصمه الله
بالاسلام

Cumque *Abu-Tâleb* Apostoli Dei... Patruus partes ejus tutaretur, ad illum venerunt *Koraishitarum* Primores, inter quos erant *Otba*, & *Shaiba* duo filii *Rabiæ Abd-Menafi* filii, *Abu-Sofiân* filius *Ommiæ*, filii *Abd-Shemsi*; *Abu-Al-Bechterâ* filius *Heshâmi*; filii *Al-Hârethi* filii *Asadi*; *Al-Aswad* filius *Al-Motallebi*, filii *Asadi*; *Abu-Gehel* filius *Heshami*, filii *Al-Mogheiræ*; *Al-Walîd Al-Mogheiræ* filius *Machzumita*, patruus *Abu-Geheli*; *Bonia*, & *Monba* duo filii *Al-Hegjagji Sahamitæ*; & *Al-As Waieli* filius *Sahamita*; is erat pater *Amrûi Al-Asi* filii: Et dixerunt: O Abu-Tâleb, *utique Filius fratris tui jam* [b] *Religionem nostram probro afficit, & Majores nostros Sapientissimos ignorantiæ, & fatuitatis insimulat; & Patres nostros erroris arguit. Illum itaque à nobis cohibe, ne dissidia, & concertationes ipsum inter & nos excitet.* Hos *Abu-Tâleb* cum bonis verbis à se dimisit.

وذب عن رسول الله صلعم عمه ابو
طالب فجاء رجال من اشراف قريش
الي ابي طالب منهم عتبة وشيبة ابنا
ربيعة بن عبد مناف وابو سفيان بن
امية بن عبد شمس وابو البختري بن
هشام بن الحارث بن اسد والاسود بن
المطلب بن اسد وابو جهل بن هشام
بن المغيرة والوليد بن المغيرة والمخزومي
عم ابي جهل ونبية ومنبة ابنا الحجاج
السهميان والعاص بن وايل السهمي وهو
ابو عمرو بن العاص فقالوا يا ابا طالب
ان ابن اخيك قد عاب ديننا وسفه
احلامنا وضلل اباءنا فانهه عنا اوخل
بيننا وبينه فردهم ابو طالب ردا حسنا

Interea verò Apostolus Dei... Proposito suo instabat, illosque magis ac magis urgebat. Quare illi secunda vice *Abu-Tâlebum* adeuntes dixerunt: *Nî illum cohibueris, nos contra te, & contra illum in arenam descendere parati sumus; fietque, ut aliquis ex alterutra parte tibi violentas manus injiciat.* Quibus permotus *Abu-*

واستمر رسول الله صلعم علي ما هو
عليه فعظم عليهم واتوا ابا طالب ثانيا
وقالوا له ما قالوا اولا فقالوا ان لم
تنهه والا نازلناك واياه حتي يهلك
احد الفريقين فعظم علي ابي طالب

a *Vicarius meus.* خليفتي *Chalifa*, Successor meus, qui Titulus post obitum Mohammedis omnibus ejus Successoribus communis fuit, & quidem primò *Abu-Becro*, deinde *Omaro*, & *Othmâno*, tum demum ipsi *Alî* cæterisque post illum. At vero *Persæ*, qui *Shiitæ*, seu Schismatici audiunt, contra *Sonnitas*, seu Orthodoxos *Turcas*, contendunt *Alîm*, exclusis tribus prioribus, legitimum fuisse Mohammedis hæredem, & successorem, atque summum Mohammedanæ Religionis Antistitem, ac proinde jura illa omnia, ac prærogativas ad posteros ipsius *Alîs* pertinere, *Ommiadas* verò, & quoscunque, qui postea rerum potiti sunt, pro intrusis & usurpatoribus haberi debere. Unde odia & bella internecina Persas inter & Turcas usque in hodierum diem fervent. *Alîs* memoriam adeò venerantur *Persæ*, ut multi ex ejus Sectatoribus ipsum adhuc in vivis esse, cumque in fine mundi cum *Elia* venturum in nubibus, & terram justitia impleturum superstitiose opinentur. Quin eo insaniæ, progressi sunt, ut illum pro Deo agnoscant, aut saltem proxime ad Divinitatem accedere; quod moderatiores *Persæ* ita verbis exprimunt: علي را خدا نميشناسم دور ار خدا نميدانم *ALIM pro Deo non agnosco, sed nec procul eum à Deo esse scio.* Quid quod ex Sectariis illis fuit quidam *Abdolla Ebn Saba*, qui *Alîm salutaret* انت انت *Tu es Tu*, i.e. انت الاله *Tu es Deus.* Et alter nomine *Alabâ* filius *Darâi Hasadæi ALIM* Mohammedi præferebat, & censebat Mohammedem missum fuisse ab *Alî*, ut vocaret homines ad eundem *Alîm*, sed Mohammedem eos ad se ipsum vocavisse. Autumant nonnulli *Gabrielem* Angelum errasse accipiendo Mohammedem pro *Alî*, deceptus similitudine utriusque; ita enim similis erat alter alteri, ut corvus corvo, unde hi Sectarii dicti sunt الغربية *Al-Gorabitæ*, i.e. *Corvini.* Hæc refert Abu'l-Feda noster ex *Al-Sharestanio*, in Historia sua Generali cap. *de Gente Moslemorum* seu *Mohammedanorum.*

b *Religionem nostram.* Religio Arabum ante Islamismum quænam fuerit ostendimus in Proleg

*Tâleb*

ذلك وقال لرسول الله صلعم يا ابن اخي ان قومك قالوا لي كذا وكذا فظن رسول الله صلعم ان عمه خان له فقال رسول الله صلعم يا عمي لو وضعوا الشمس في يميني والقمر في شمالي ما تركت هذا الامر

ثم استعبر رسول الله صلعم وقام فولي فناداه ابو طالب اقبل يا ابن اخي وقل ما احببت فوالله لا اسلمك لشي ابدا فاخذت كل قبيلة تعذب من اسلم منه ومنع الله رسوله بعمه ابي طالب

*Tâleb* Apoſtolum Dei... ſic alloquutus eſt: *O Fili fratris mei, Populares tui ſic & ſic mihi dixerunt.* Putavitque Apoſtolus Dei... Patruum ſuum ſibi adverſari; quare ſic reſpondit: *O Patrue mi, ſi adverſùm me poſuerint Solem à dextris meis, & Lunam à ſiniſtris, hoc negotium nequaquam dimiſſurus ſum.*

Perrexit igitur in Propoſito ſuo Apoſtolus Dei... Et *Abu-Tâleb* à partibus ejus ſtabat, juvabatque, ſic autem illum compellavit: *Accede, O fili fratris mei, & dicito, quidnam reſpondeam. Ego verò, Per Deum! te nuſquam proditurus ſum.* Tunc conſilium inivit Univerſa Tribus à ſe expellendi omnes quotquot Iſlamiſmo nomen darent. Sed Deus Apoſtolum ſuum per patruum ipſius *Abu-Tâlebum* protexit.

Anno ab O.C. ſive à Lapſu Adami, ſecundum Abu'l-Fedam 6210. A Nativitate Christi 625. Ante Hegjram 9. Ætatis Mohammedis 44. Miſſionis ejus Propheticæ 4.

## CAP. IX.

ذكر اسلام حمزة

كان النبي صلعم عند الصفا فمر به ابو جهل بن هشام فشتم النبي صلعم فلم يكلمه صلعم وكان حمزة في القنص فلما حضر اتياته مولاة لعبد الله بن جدعان بشتم ابي جهل لابن اخيه محمد صلعم فغضب حمزة وقصد البيت ليطوف به وهو متوشح قوسه فوجد ابن هشام قاعدا مع جماعة

*De converſione* [a] Hamzæ *ad Iſlamiſmum.*

ERat Propheta in monte *Al-Safâ*, & juxta illum tranſivit [b] *Abu Gjehel Heſhami* filius: & contumelia affecit Prophetam... At ille... nihil quicquam locutus eſt ei. Tunc fortè venatum abierat *Hamza*: & ſtatim atque reverſus eſt, narravit ei Ancilla quædam *Abdo'l-lahi Gjodhâni* filii contumeliam, qua *Abu-Gjehel* affecerat Patruelem ejus *Mohammedem*... Quibus auditis *Hamza* ira percitus fuit; & ad domum ſuam abiit, ut ibi paululum quietis caperet adhuc arcu ſuo accinctus. Cumque filium *Heſhâmi* (*Abu-Gjehelum*) offendiſſet

a *Hamzæ.* Is erat *Abdo'l-Motallebi* filius, frater *Abdollahi* patris *Mohammedis*, ac proinde unus è patruis ejus. Fuit tamen *Mohammedi* coætaneus, imo & frater ejus collactaneus, uti ſupra vidimus pag. 8 ſub communi nutrice *Thawiba.* Hunc Patruorum *Mohammedis* omnium primum recenſet Abu'l-Feda noſter in Genealogia Koraïſhitarum, tum cæteros hoc ordine: ومن له خارجا من عمود النسب جميع اعمام رسول الله صلعم وهو حمزة العباس وابو طالب وابو لهب والغيداق ومنهم من يقول هو جحل الذي سنذكره والحارث وجحل والمقوم وضرار وزبير وقثم درج صغيرا وعبد الكعبة ومنهم من يقول ان عبد الكعبة هو المقوم *Nati ſunt ei* (Abdo'l-Motallebo) *extra columnam Genealogiæ omnes Patrui Apoſtoli Dei... videlicet HAMZA,* Al-Abbâs, Abu-Tâleb, Abu-Lahab, Al-Ghîdâk, [*hunc quidam aiunt eundem eſſe cum* Gjehelo, *de quo mox,*] Al-Hâreth, Gjehel, Al-Mokavvam, Dherar, Al-Zobair, Kethem *craſſus exiguus, &* Abdo'l-Caaba, [*hunc quidam volunt eundem eſſe cum* Al-Mokavvamo.] Ubi obſervandum eſt Abu'l-Fedam illos enumerare non ſecundùm ordinem nativitatis, ſed dignitatis; nam *Hamza*, & *Al-Abbâs*, quos primo loco ponit, ſoli fuerunt, qui Iſlamiſmum amplexi ſunt. *Al-Kodaius* autem in eorundem recenſione ordinem nativitatis videtur ſequutus hoc modo: *Patrui ejus* (Mohammedis,) inquit, *fuerunt* تسعة *novem, videlicet,* 1. Abu-Tâleb, (proprio nomine dictus) Abd-Menâf, 2. *&* Al-Zobair, [*hi duo fuerunt* Abdollahi *fratres uterini*] 3. Al-Abbâs, 4. Hamza, 5. Al-Hâreth, 6. Gjehel, [*is cognominatus fuit* Al-Ghidak (i. e. ingenuus, liberalis) *propter optimam ejus indolem*] 7. Al-Mokavvam, 8. Dherar, 9 *&* Abu Lahab, *cujus nomen erat* Abdo'l-Uzza. *Ex iis Iſlamiſmum profeſſi ſunt* Al-Abbâs, *&* Hamza, *ambobus Deus ſit propitius.* Primus itaque *Abu-Tâleb* cæterorum fuit natu major, qui, defuncto patre *Abdo'l-Motallebo*, tutelam *Mohammedis* ſuſcepit, & *Hamza* quartus potuit *Mohammedi* eſſe coætaneus. Hunc ordinem omnino invertit *Herbelot.* Biblioth Orient. p. 598, & 599. quibus Authoribus neſcio; nam *Abu-Tâlebo* nonum locum aſſignat inter Patruos *Mohammedis. Abdollabum* autem *Mohammedis* patrem, omnium filiorum *Abdo'l-Motallebi* ultimum, & natu minimum facit; cùm certum ſit ex prædictis illum fuiſſe fratrem uterinum *Abu-Tâlebi*, & *Zobairi.* Notandum porrò *Hamzæ* Converſionem referri a Gjannabio ad annum ſextum Miſſionis Propheticæ.

b *Abu-Gjebel.* Ejus nomen, teſte Abu'l-Feda in Geneal. Koraïſhitarum, erat عمرو بن هشام المخزومي *Amrû filius Heſhâmi Machzumitæ.* Filii autem *Machzumi* oriundi erant ab يقظة *Yokdha*, filio *Morræ*, filii *Caabi*, filii *Lowæ*, filii *Galebi*, filii *Fehri*, qui & *Koraiſh.* Ejus cognomen fuit ابو الحكم *Abu'l-Hacam*, i. e. *Pater ſapientiæ*, ſed poſtea mutatum fuit in ابو جهل *Abu-Gjebel*, i. e. *Pater ſtultitiæ.* Fuit hoſtis infenſiſſimus Mohammedi, & ejus Religioni, ut & miraculis, quæ magicis artibus attribuebat, ut vix nomen ejus proferant Mohammedani, ſine hac Imprecatione, لعنه الله *Maledicat illi Deus.* Quomodo miſere perierit videbimus ſuo loco. Memoria lapſus eſt Marraccius vitæ Mohammedis pag. 19. c. 1. ubi ipſum bis appellat *Patruum Mohammedis*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6210. A Nativitate Christi 625. Ante Hegjram 9. Ætatis Mohammedis 44. Missionis ejus Propheticæ 4.

sedentem in cœtu (*Koraishitarum*) *Hamza* illum arcu suo percussit, eumque graviter vulneravit dicens: *Tune contumelia affecisti* Mohammedem *affinem nostrum propter ipsius Religionem?* Tunc consurrexerunt viri è *Machzumitis* contra *Hamzam*, ut *Abu-Gjehelo* opem ferrent. Dixitque *Abu-Gjehel*: *Vocate illum; Ego scilicet Patruelem ejus fœdissimo convicio lacessivi?* Atque hæc fuit causa cur *Hamza* Islamismum suum complevit. ' Et cognoverunt *Koraishitæ* Apostolum Dei . . . prævaluisse, ut *Hamzam* in Islamismo confirmaret.

فضربه حمزة بالقوس فشجه
ثم قال اتشتم محمدا ولانا
علي دينه فقامت رجال من
بني مخزوم الي حمزة لينصروا ابا
جهل فقال ابو جهل دعوه فاني
سببت ابن اخيه سبا قبيحا وتم
حمزة علي اسلامه وعلمت قريش
ان رسول الله صلعم قد عز وامتنع
باسلام حمزة

## CAP. X.

*Quomodo* [a] Omar *filius* Al-Chettâbi, *filii* Nofaïli, *filii* Abdo'l-Uzzæ, *Moslemus factus est.*

ذكر اسلام عمر بن الخطاب بن
نفيل بن عبد العزى

QUO tempore majorem violentiam, & inimicitiam sustineret Propheta . . . Traditio est Apostolum Dei . . . hanc orationem fudisse: *O Deus, Islamismum robora per conversionem* Omari *filii* Al-Chettâbi, *vel* Abu'l-Hacami *filii* Heshâmi. Is erat *Abu-Gjehel*. Et convertit Deus excelsus *Omarum*. Cùm enim arrepto gladio Prophetam occisurus contenderet, occurrit ei *Naim* filius *Abdollahi Alchâmi*, qui dixit ei: *Quid vis*, O Omar? Quod cùm aperte ei declarasset; *At enim*, inquit *Naim*, *si id facinoris perpetraveris, nequaquam passuri sunt filii* Abd' Menafi *te incedere super terram. Quin potius adorire Sororem tuam, & (Maritum ejus) Patruelem tuum* Saidum *filium* Zeidi, & Chabâbum: *Illi enim jam Moslemi facti sunt.*

Perrexit itaque ad illos *Omar*. Ipsi autem tunc meditabantur * Suratam inscriptam [b] طه *TH.* ex Codice (Al-Corani.) Audivitque ille

* Al-Cor. Sur. 20

وكان شديد الباس والعداوة
للنبي صلعم فروي ان رسول الله
صلعم قال اللهم اعز الاسلام بعمر بن
الخطاب او بابي الحكم بن هشام
وهو ابو جهل فهدى الله تعالي عمر
وكان قد اخذ سيفه وقصد النبي صلعم
فلقيه نعيم بن عبد الله النحام فقال
ما تريد يا عمر فاخبره فقال له نعيم
لان فعلت ذلك لم تتركك بنو عبد
مناف تمشي علي الارض فالحق اردع
اختك وابن عمك سعيد بن زيد
وخباب فانهم قد اسلموا
فقصدهم عمر وهم يتلون سورة طه
من صحيفة فسمع شيا منها ولما علموا

a *Omar*. Nomen ejus erat, referente *Al-Kodaio* in vita ejus: ابو حفص عمر ابن الخطاب بن نفيل من ولد عدي ابن كعب ابن لوي ولقبه الفاروق لانه اعلن بالاسلام والناس يومين مخفونه ففرق بين الحق والباطل واسلموا يوم اسلم عمر تسعة وثلثون رجلا وامراة فكملهم عمر رضي الله عنه اربعين *Abu-Hafs*, *Omar* filius *Al-Chettâbi*, filii *Nofaïli*, è posteris *Adæ* filii *Caabi*, filii *Lowæ* . . . . . Cognominatus fuit *Al-Farûk* (i. e. Divisor) *eo quod Islamismum palàm propagavit*: *Atque eo die homines ejus timore perculsi sunt, dum ille* فرق Divisit, *seu distinctionem fecit inter verum & falsum. Eo ipso die quo* Omar *Moslemus factus est, ad Islamismum conversi sunt triginta novem tam viri quam fœminæ in urbe* Mecca; *& ipse numerum quadraginta complevit.* Rationem cognominis *Al-Faruk*, seu *Divisoris*, quam hic obscure innuit *Al-Kodaius*, clarius exponit *Al-Tabarius*; quòd nempe *Moslemus* quidam lite contendens cum *Judæo*, à sententia *Mohammedis*, à quo condemnatus fuerat, ad *Omarum* provocavit. Tunc *Omar* arrepto gladio illum *Moslemum* scidit medium; eo quod sententiæ Judicis sui non steterit. Quod audiens facinus *Mohammed Omarum Al-Faruk*, seu *Divisorem* appellavit, quippe qui egregiè verum à falso novisset distinguere. Quidam volunt non à *Mohammede*, sed ab ipsis *Judæis* applaudentibus sic appellatum: Ita refert *Ebn Shehâb*, apud eundem *Al-Kodaium*. *Omar* conversus fuit triduo post *Hamzam*, Auctore Gjannabio, qui proinde amborum Conversionem ponit post Fugam in *Æthiopiam*, de qua in sequenti Cap.

b طه *TH.* His duabus literis designatur initium hujus Suratæ 20. Extant in universum in Al-Corano 29. Capita, sive Suratæ, quarum فواتح *Initia*, uti vocant, sunt characteres, seu literæ quædam dictæ, احروف المقطعة *Literæ separatæ & singulares*, quas pro totidem Dictionibus accipi volunt Interpretes, sive sint initiales, uti apud Hebræos ראשי תיבות *Capita dictionum*, sive Mediæ, sive Finales, quod Arabum est proprium. Quoad significationem hujusmodi Characterum, suam ignorantiam fatentur omnes, etiam doctissimi Interpretes Al-Corani; adeo ut illas literas prorsùs *Ignorabiles*, ut de *Palmyrenis* loquitur *Jos. Scaliger*, saltem quoad sensum appellare possimus. Ait enim *Al-Thaalebius* in genere de hujusmodi literis, انها من المتشابهات التي استاثر الله تعالي بعلمه فنحن نومن بتنزيلها ونكل الي الله تاويلها *Hos* (Characteres) *esse è numero rerum Mysticarum, quas reservavit Deus in scientia sua: Nos autem credimus illos cœlitùs demissos fuisse; & Deo ipsorum interpretationem relinquimus.* Ne tamen hæc Mysteria prorsùs ignorare videantur Interpretes, passim hariolantur circa earum explicationes. Zamachsharius ad Titulum hujus Suratæ 20. putat literam ط, esse Imperativum verbi طوي *compressit, calcavit*, quasi Angelus *Mohammedi*

aliquid

به اخفوا الصحيفة وسكتوا فسالهم عما سمعه فانكروه فضرب اخته فشجها وقال اريني ما كنتم تقراونه وكان عمر قاريا كاتبا فخافت اخته على الصحيفة وقالت تعذرنا فاعطاها العهد على انه يردها اليها فدفعتها اليه فقراها وقال ما احسن هذا واكرمه فطمعت في اسلامه

وكان خباب قد استخفى منه فلما سمع ذلك خرج اليه فسالهم عمر عن موضع رسول الله صلعم فقالوا له هو بدار عند الصفا وكان رسول الله صلعم هناك وعنده قريب اربعين نفسا ما بين رجال ونسا منهم حمزة وابو بكر الصديق وعلي بن ابي طالب فقصدهم عمر وهو متوشح بسيفه فاستاذن في الدخول فاذن له رسول الله صلعم

فلما دخل نهض اليه رسول الله صلعم واخذ بمجمع ردايه وجبذه جبذة شديدة وقال ما جاء بك يا ابن الخطاب او ما تزال حتى تنزل بك قارعة فقال يا رسول الله جيت لاومن بالله وبرسوله فكبر رسول الله صلعم وتم اسلام عمر

aliquid ex eâ. Ubi verò cognoverunt illum adesse, occultato protinùs Codice, quieverunt. Interrogavit de eo quod audierat. Cumque negarent, illicò Sororem suam inflicta alapa graviter vulneravit dicens: *Ostende mihi id quod legitis.* Erat autem *Omar* legendi & scribendi arte peritus. At Soror ejus metuens pro Codice dixit: *Excusatos nos habeto.* Tunc ille promissum dedit se Codicem ei redditurum. Porrexit itaque ei Codicem. Quem cum legisset dixit: *O quam pulchrum hoc mihi, videtur! & quantum illud veneror! Jam vehementer desidero istud Fide complecti.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6210.
A Nativitate Christi 625.
Ante Hegjram 9.
Ætatis Mohammedis 44.
Missionis ejus Propheticæ 4

Interea verò *Chabab* ab illo se absconderat: ut verò audivit ipsum ita loquentem, è latebra prodiens ad eum accessit. Interrogavitque illos *Omar* ubinam loci esset Apostolus Dei ... Dixerunt ei: *In hospitio, in (loco dicto)* Al-Safâ. Et revera Apostolus Dei ... illìc erat, & cum eo circiter quadraginta Animæ, tam viri quam mulieres; inter quos erant *Hamza*, *Abu-Becr Al-Seddik*, & *Alî Abu-Talebi* filius. Ad illos itaque perrexit *Omar*, ut erat gladio succinctus. Cumque introeundi facultatem postulasset, ultrò permisit Apostolus Dei...

Introeunti assurrexit Apostolus Dei... & apprehensa pallii ejus lacinia, illum intus validissimo nisu attraxit. Tum sic eum affatus est: *Quid venit tecum* (impedimenti) *O fili* Al-Chettâbi, *aut quid cessas, donec super te corruat impluvium Domus!* Cui ille, *O Apostole Dei, venio, ut credam in Deum, & in Apostolum ejus.* Et magnificavit (Deum) Apostolus Dei... Atque ita completus fuit Islamismus *Omari.*

## CAP. XI.

ذكر الهجرة الاولى وهي هجرة المسلمين الى ارض الحبشة

*De* [a] Hegjra *prima, nempe Fuga Moslemorum in terram* [b] Al-Habasha (sive in *Æthiopiam.*)

diceret: *Calca*, seu *comprime*: *Quia*, inquit idem Zamachsharius, كان النبي صلعم يقوم في تهجده على احدى رجليه فامر ان يطا الارض بقدميه معا *Stare solitus erat Propheta ... in vigilia sua nocturna super unum pedum suorum: Et præcipitur ei ut* (hac vice) *premat, seu calcet terram ambabus plantis suis simul.* Literam autem ه *H* esse pro ايها *heus tu*, Apostrophes nota. Alii utramque interpretantur, ita ut ط sit pro طوبى i. e. *Beatitudo*, & ه pro هوة i. e. *Præcipitium, imus locus, Infernus.* Marraccius ad hos Characteres, *quid verò significent*, inquit, Gelal *more suo relinquit Deo divinandum*; Jehias *Authore* Al-Hasan *exponit* يا رجل O vir, *sed ne vestigium quidem apparet hujusmodi expositionis.* Sed *Mohammed Abdo'l-Bâkii* filius, in Historia sua *Abassenorum*, ex Lingua Æthiopica hanc expositionem arcessit his verbis: عن عكرمة رضي الله عنه في قوله تعالى طه بالحبشية يا رجل i. e. *Ex* Acrema (Abu-Sofiani *filio*) *ubi ait Deus excelsus TH, in Lingua Abassenica idem est ac*, O vir. Ebn-Abbas verò ibidem contendit طه T H in eadem Lingua Æthiopica significare, O *Mohammed.* Multas porrò Arabicas voces in Al-Corano ex Lingua Æthiopica idem Auctor explicat. De his Abbreviaturis Al-Coranicis vide Cl *Jacobi Golii* Præfat. ad Caput Al-Corani 31 cui Titulus est *Locman*; Append. ad Grammat. Arab Th. Erpenii p. 180. ubi aliquot hujusmodi vocum compendia ingeniosè explicat.

a *Hegjra prima.* Hæc prima Moslemorum *Fuga* in *Æthiopiam* quamvis apud nos minus nota, tamen apud Mohammedanos celeberrima est. Tempus hujus *Fugæ* discimus ex *Gjannabio*, & *Al-Kodaio* his verbis: وهاجر المسلمون الى ارض الحبشة في رجب من سنة الخمسة من المبعث *Moslemi fugerunt in terram* Al-Habasha (Æthiopiæ) *mense* Regjeb *anni quinti* Missionis. Idem habet Mohammed *Abdo'l-Bâkii* filius in Libro suo de Excellentiis Habessinorum, Parte 1. cap. 2. ubi istius *Fugæ* luculentam habet Historiam.

b *Al-Habasha.* Sic appellant Arabes regionem illam *Africæ*, quæ veteribus *Æthiopia* dicta fuit. Duplex istius denominationis origo est. 1. apud Historicos, quam refert *Abu'l-Maala Alaeddin* Mohammed filius *Abdo'l-Bâkii*, in Libro singulari, quem scripsit: في محاسن الحبوش *De Excellentiis* Habessinorum, his

 Cum

Anno ab O.C. five à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6211.
A Nativitate Chriſti 626.
Ante Hegjram 8.
Ætatis Mohammedis 45.
Miſſionis ejus Propheticæ 5.

CUM autem *Koraïſhitæ* duriores evaderent, moleſtia afficiendo aſſeclas Apoſtoli Dei ... permiſit eis, qui non haberent familiam, quæ iis impedimento eſſet, ut fugerent in terram *Al-Habaſha* (*Habeſſiniam*, vulgò *Æthiopiam*,) Primi qui egreſſi ſunt, erant duodecim viri, & quatuor fœminæ. Hos inter fuit *Othmân Affâni* filius, & uxor ejus *Rakia* filia Apoſtoli Dei ... & *Zobaïr Awâmi* filius; & *Othmân Mat'ûni* filius; & *Abdo'llah Mas'ûdi* filius; & *Abdo'l-Rahman Anſi* filius. Qui omnes ad [a] *Al-Nagjâſhium* [b] per mare navigantes ſe contulerunt, atque apud illum manſerunt.

ولما اشتد اذاء قريش للصحاب
رسول الله صلعم اذن رسول الله صلعم
لمن ليس له عشيرة تجمعه في الهجرة
الي الارض الحبشة واول من خرج اذنا
عشر رجال واربع نسوة منهم عثمان
بن عفان ومعه زوجه رقية بنت
رسول الله صلعم والزبير ابن العوام
وعثمان بن مطعون وعبد الله بن
مسعود وعبد الرحمن بن عوف وركبوا
البحر وتوجهوا الي النجاشي واقاموا

verbis: اعلم ان الحبشة من نسل حبش كوش بن كنعان بن حام ابن نوح عليه السلام كما هو مصرح به في كتب الاحاديث والاخبار واورده الشيخ العلامة جلال الدين السيوطي في كتابه رفع شان الحبشان *Scito* Al-Habaſham *ſic denominari ab* Habaſho (qui idem eſt cum) Chuſho *filio* Canaani *filii* Hâmi, *filii* Nûhi, (ſeu Noachi) *cui Pax*: *quemadmodum diſertis verbis habetur in Libris Traditionum, & Hiſtoriarum*; *& citat vir doctiſſimus* Gelalo'ddinus Aſſoiû i *in Libro ſuo de Prærogativis* Habeſſinorum. 2. apud Grammaticos, quibus حبشة *Habaſha* ſignificat *Colluviem*, ſeu *mixturam* Tribuum, ſeu variarum Nationum; unde nomen Gentile حبشي *Habaſhi*, Græcis Scriptoribus Ἀϐασηνοὶ *Abaſſeni*; quaſi ἐπίμικτοι, *ſimul mixti*. Hi per Ægyptum in Auſtraliores *Africæ* partes penetrarunt, uſque in *Æthiopiam*; unde, trajecto mari, Rubro in *Arabiam* Meridionalem identidem Incurſiones fecerunt, ibique ſedes habuere. Stephanus de urbibus: Ἀϐασηνοὶ ἔθνος Ἀραϐίας, *Abaſſeni populus Arabiæ*: Addit ex Uranio μετὰ τοὺς Σαϐαίους Χαδραμῶται καὶ Ἀϐασηνοί, *Poſt Sabæos Chadramotæ, & Abaſſeni.* Eorum Metropolis fuit *Sanaa*, ex quo tempore *Arabiam* poſtremò invaſerunt annis 70. ante Mohammedem, ibique devicto *Dhû Nawaſo* ultimo *Hamyarenſium* Rege, ſedem regiam conſtituerunt; & anno, quo natus eſt Mohammed, *Abraha Al-Sabâhi* filius cognom. *Al-Aſhram* Regis *Æthiopiæ* Prorex bellum Elephanti adverſus Meccanos movit, quod ſupra pag. 2. Ex Abu'l-Feda retulimus. Unde factum eſt, ut ſequiores Græci, & Latini Partem illam *Arabiæ Æthiopiæ* nomine appellaverint, uti rectè obſervat Vir Cl. *Job. Ludolfus* Comment. ad Hiſt. Æthiop. pag. 233. At verò Mohammedis tempore non amplius ſic audiebat, neque ab ullis Arabum Hiſtoricis deinceps ſic dicta fuit: Et per *Al-Habaſham Æthiopiam Africanam*, non *Aſiaticam* ſemper intelligunt. Hinc omnes ejuſdem Cl. *Job. Ludofi* conjecturæ prorsùs evaneſcunt, quibus adſtruere conatus eſt opinionem ſuam, ſcilicet primos Mohammedis comites, non ad *Al-Nagjâſhium Æthiopiæ Africanæ* Regem, ſed ad quemdam *Æthiopiæ Aſiaticæ* Proregem, qui & titulo *Al-Nagjâſhii* etiam inſignitus erat, profugiſſe; uti mox videbimus.

a *Ad Al-Nagjâſhium.* Hujus nominis appellationem nemo melius expoſuit, quam Vir. Cl. *Jobus Ludolphus* Linguæ Æ hiopicæ apud Europæos magnus Inſtaurator. *Rex* Æthiopiæ, inquit ille Hiſt. Æthiop. lib. 2. cap. 1. n. 7. *apud veteres Arabes vocatur* النجاشي Al-Nagjâſhi; *ut olim Reges* Ægypti Pharaones. Quibus adſtipulantur Arabum Doctiores: Ait enim *Ebn Doraid* referente *Abdo'l-Bakide* ſupra laudato Part. 1. c. 2. انها حبشية وقال قتيبة انما اسمه الملك كقولك هرقل وقيصر ولست ادري اي العربية هو *Hæc vox eſt* Habeſſenica. *Et* Kotaiba, *Utique*, inquit, *nomen* Al-Nagjâſhi *idem eſt ac* Al-Malec, Rex, *ut cùm dicis*, Heraclius, *&* Cæſar; *neque, quod ſciam, eſt Arabica.* Quoſdam tamen laudat Auctores idem *Abdo'l-Bakides*, qui ex Arabica lingua illud nomen derivant, ſed non adeò feliciter; quare has derivationes conſultò omittimus.

b *Per mare navigantes.* Hinc liquidò patet Profugos illos, trajecto mari Rubro, in *Æthiopiam Africanam* tranſmeaſſe, non verò *Æthiopiam Aſiaticam*, ſeu *Arabiam felicem*, nullum enim mare *Meccam* inter & illam regionem intercedit. Audiamus tamen Cl. *Job. Ludolfum* contra ſentientem Comment. ad ſuam Hiſt. Æth. pag. 223. *Apud Scriptores Arabes*, inquit ille, *in hiſtoria Mohammedis legimus, quòd* Coreiſhitas *fugiens ſe receperit ad* النجاشي الحبشة Nagaſhium Regem Æthiopum, *uti habet Auctor Arabicus* Iſmael Shahinſhach *Parte* 1. *in capite quod agit* ذكر الهجرة الاولي de narratione Hegiræ (*ſeu fugæ*) *primæ Mubammedis.* Hoc ipſummet caput Hiſtoriæ Iſmaelis Abu'l-Fedæ noſtri, cognomento *Shabinſhah*, in quo verſimur, laudat Vir doctiſſimus; ſed alienis oculis, non ſuis legit illud; alioquin non dixiſſet, *Mohammedem* ipſum *fugientem ſe recepiſſe ad Regem Æthiopum.* Nempe legerat Abrahami Echellenſis Cenſuram in Hiſtoriam Orientalem Hottingeri, quæ Cenſura extat in Libro ejus, cui Titulus eſt *Eutychius vindicatus*, à pagina 283 ad p. 495. ubi Abr. Echellenſis partem hujus capitis Hottingero increpitans allegat, ut probet *Al-Nagjâſhium* fuiſſe regem *Æthiopum*, non *Aſſyriorum*, uti malè verterat Hottingerus, ex Giggæi Lexico Arabico, Hiſt. Orient. p. 282. Verba ejus pluſquam Thraſonica merentur hic apponi, tum quia optimo viro Jobo Ludolfo errandi anſam præbuerunt, tum ut hominis ingenium cognoſcatur, qui dum adverſarium errantem preſſius urget, & cauſa cadentem indignè calcat, ipſe in fœdum errorem impingit contrarium aſſerens ei Libro, quem habet præ oculis: *Ex qua Arabum hiſtoria*, inquit Abr. Echell. *ex quibus Scriptoribus, ex quibus monumentis habes* النجاشي *eſſe* regem Aſſyriorum? *Dic, loquere, profer; Quid ambigis? Legiſtine apud Arabum hiſtoricos Mohammedem prima vice fugam arripuiſſe in Æthiopiam, & ejus Regis* النجاشي Al-Nagjâſhii *imploraſſe auxilium contra ſuos hoſtes? Non? Audi ergò* Iſmaelem Schiahinſciach *in ſua hiſtoria parte* 1. *cap.* de Commemoratione primæ Hegiræ, ſeu fugæ. Tum citat locum: *Erant omnes &c.* Quo loco, vel toto hoc capite, ne ullum quidem extat veſtigium ipſius Mohammedis Fugæ in *Æthiopiam*, qui tunc neque loco movit, neque uſquam mare trajeciſſe dicitur. Poſſumus itaque viciſſim Echellenſem ipſiuſmet verbis interrogare: *Legiſtine apud Arabum hiſtoricos Mohammedem prima vice*, vel uſquam, *fugam arripuiſſe in Æthiopiam? &c.* ubinam? *Dic, loquere, profer, quid ambigis?* Sed pudet tam pueriliter cum iſto *Maronita* declamare.

عنده ثم خرج جعفر بن ابي طالب
مهاجرا وتتابع المسلمون اولا فاولا فكان
جميع من هاجر من المسلمين الى الارض
الحبشة ثلاثة وثمانين رجلا وثمانية
عشر نسوة سوى الصغار ومن ولد بها
فارسلت قريش في طلبهم عبد
الله بن ابي ربيعة وعمرو بن العاص
وارسلوا معهما هدية من الادم الى
النجاشي فوصلا وطلبا من النجاشي
المهاجرين فلم يجبهما النجاشي
فقال عمرو بن العاص سلهم ما
يقولون عن عيسى فسالهم النجاشي

manserunt. Deinde egressus fuit *Gjafar Abu-Tâlebi* filius profugus; quem postea sequuti sunt alii Moslemi, unus post alterum. Erant omnes, qui fugam arripuerunt ex Moslemis, in terram *Al-Habasha*, octoginta tres viri, & octodecim mulieres, præter parvulos, & eos qui ibi nati sunt.

Anno ab O C sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6208.
A Nativitate Christi 626.
Ante Hegiram 8.
Ætati Mohammedis 45.
Missionis ejus Propheticæ 5.

[a] Et miserunt *Koraïshitæ*, ad requirendum illos, *Abdo'llahum Abu-Rabiæ* filium, & *Amrûum Al-Asi* filium, quos cum munere ex Pellibus ad *Al-Nagjâshium* amandarunt. Venerunt itaque ambo ad *Al-Nagjâshium*, & ab illo Fugitivos istos repetierunt. Sed non acquievit eis *Al-Nagjâshius*. Dixitque *Amrû Al-Asi* filius: [b] *Interroga eos, quidnam dicturi sunt de* Isa (i. e. Jesu.) Interrogavit itaque illos *Al-Nagjâ*-

Non tamen hujus Echellensis ductum eo sequutus est Cl. Ludolfus, ut cum illo crederet Mohammedem in Æthiopiam transmeasse, sic enim pergit loco citato præconceptæ Hypothesi suæ serviens: *Quo loco*, inquit, *cave ne accipias de Imperatore Habessinorum in Africa, quo Mohammedes nunquam venit, sed de Rege Æthiopum Arabico, qui devictis Homeritis successit*. Hunc Regem *Æthiopum Arabicum* putat ex conjectura fuisse *Bâzenum*, de quo loquitur Cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 65. Sed infelici admodùm conjectura; nam ille *Bâzenus* erat natione *Persa*, pro Rege *Persarum Arabiæ felicis* Præfectus, & anno demùm Hegjræ septimo Mohammedi nomen dedit, uti infra videbimus. Porro ratio, cur vir alioquin Doctissimus, talem hanc Hypothesin de isto fictitio Rege *Æthiopum Arabico* commentus est, & ad conjecturas, ad illam stabiliendam confugit, non alia fuit, quam quod ex amore, quo *Æthiopes* suos prosequebatur, credebat illos à tempore primæ suæ conversionis, nusquam à Religione Christiana defecisse, idque, qui contra sentirent, subirascebatur. Unde Commentarii sui ad Hist. Æthiop. p. 284. habet *Additionem, de Duratione Religionis Christianæ in Æthiopia. Continuam fuisse*, inquit, *nemo dubitavit, donec Joh. Seldenus ex Mohammede Abdelbakide, autore Arabe MsS. locum produceret, quasi Atzhamus Habessinorum Nagashius Muhammedi ad Islamismum se invitanti nomen dederit. Etenim Colomesius* (in Observati facitis) *postquam dixerat*, Habessinos Religionem Christianam constanter coluisse, *addit*: Si intervallum illud intervallum excipias, quo Atzhamus a Religione Christiana defecit. *At nos*, pergit Ludolfus, *de Imperatore Africano id minimè accipi posse putamus, tanta enim, tamque gravis mutatio, alias utique mutationes post se traxisset, aliosque effectus perniciosos peperisset, quos Historiæ Patriarcharum Alexandriæ, Georgius Elmacinus, & alii Scriptores Historiæ Saracenicæ non siluissent, de quibus tamen nihil prorsùs in libris editis legitur, ut ipse Seldenus agnoscit*. Longe melius, mea quidem sententia, *Æthiopum* suorum honori consuluisset Cl. Ludolfus, si omissa sua Hypothesi, omnia quæ Scriptores Mohammedani de Rege *Æthiopum* ad Islamismum converso habent, tanquam meras fabulas explosisset, quemadmodum rotundè, ac sine ambagibus pronunciavit Marraccius Prodromi Parte 1. p. 45. c. 2. *hæc omnia falsa esse, & à Moslemis conficta. Neque ex ullis probatis historiis, neque ex peculiaribus Æthiopum monumentis rescitum esse ullum Æthiopiæ Regem Mahumeticam superstitionem amplexum fuisse*. Quidquid sit, certum est omnes Moslemos Historicos unanimi consensu referre Regem *Æthiopiæ* novam Mohammedis Religionem amplexum fuisse. Nos Historiam sequimur, non Refutationes scribimus. Unum pro omnibus, præter nostros Auctores, sistemus Mohammedem *Abdo'l Bakidem* à Seldeno primo allegatum in uxore Ebraic. pag. 533. & ex eo à Ludolfo Parte 2. cap. 1 Libri sui *de Excellentiis Habessinorum* واول ملك ارسل اليه رسول الله صلعم بكتاب يدعوه فيه الى الاسلام فاول من اسلم من الملوك كما في المواهب اللدنية *Primus fuit Regum, ad quem misit Apostolus Dei . . . Epistolam, ut vocaret eum ad Islamismum. primus fuit etiam ex Regibus, qui Islamismo nomen dedit, uti habetur in libro dicto* Dona Jucunditatis. Addit idem Auctor ex Ebn Malkam. وهو تابعي لانه امن وراى الصحابة ولم ير النبي صلعم *Fuit ille* Tâb'æus (i. e. ex classe *Tâb'æorum*, sive *Assectarum*.) *Nam credidit, viditque comites* (Mohammedis,) *sed ipsum Prophetam . . non vidit*. De variis Classibus, in quas distribuuntur primi Mohammedis Sectatores, tractat Al-Gjannabius in fine Libri sui de Vita Mohammedis.

a *Et miserunt Koraishitæ*. Abdo'l-Bakides in Historia sua Habessinorum Parte 2. cap. 2. asserit id contigisse anno Hegjræ secundo, post cladem à *Koraïshitis* acceptam in Prœlio *Bedrensi*. Unde patet Abu'l-Fedam nostrum, atque etiam Gjannabium, ordine temporis neglecto, omnia, quæ ad Hujus Fugæ Historiam pertinent, huc simul contulisse; *Abdo'l-Bakidem* vero, qui eandem Historiam ex professo narrat, eventus singulos suis temporibus assignare.

b *Interroga eos*. Auctor noster brevitati studens hoc unum tantùm totius Disputationis inter utramque partem coram *Al-Nagjâshio* habitæ caput attingit. Ut autem Altercationis hujus apud Mohammedanos celeberrimæ, qua audita tantus Rex Islamismum amplexus fuerit, pleniorem notitiam habeamus, ejus summa capita ex Mohammedis *Abdo'l-Bakidis* Libro, qui illius Historiam fuse describit, delibabimus. Ait itaque duos *Koraïshitarum* Legatos *Amrûum Al-Asi* filium, & *Amâram Abu-Moaiti* filium, vel, ut alii volunt, *Abdo'llahum Abu-Rabiæ filium Machzumitam*, statim atque transmisso mari in *Æthiopiam* appulerunt, omnibus Patriarchis munera obtulisse, videlicet pelles quas secum attulerant, ut ipsorum favore apud Regem gratiam sibi conciliarent: se quidem venisse ad repetendos quosdam Fugitivos homines stolidos, qui novam atque inauditam Religionem profiterentur. Deinde in conspectum Regis venientes, postquam illum proni ad terram adoraverunt, eloquenti habita oratione, ut sibi illos Fugitivos tradi jubeat enixe rogant. *Illi enim*, inquiunt, *hominis cujusdam Religionem amplexi sunt, qui se APOSTOLUM à Deo missum imaginatur, sed illum non sequitur ex nobis nisi fatuum & stolidum vulgus, aut ii qui fame & siti premuntur: cumque is tandem ad summas angustias redigeretur, misit ad te patruelem suum, qui Te, & regnum tuum corrumperet: stultitiæ autem illorum signum erit, quod coràm te admissi Te nequaquam adoraturi sint*. Et revera Mohammedis Legati coram Rege admissi, illum nequaquam adorarunt. Interroganti verò Regi, cur se non adorassent, responderunt: نسجد لله الذي خلقك وملكك وانما كانت تلك التحية لنا ونحن نعبد الاصنام فبعث الله فينا نبيا صادقا وامرنا بالتحية التي

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6208.
A Nativitate Christi 626.
Ante Hegjram 8.
Ætatis Mohammedis 45.
Missionis ejus Propheticæ 5

*shius.* Responderunt recitatis verbis, quæ dixit Deus excelsus; inter quæ est illa alloquutio, qua Deus (per Angelum Gabrielem) Mariæ Virgini occurrit. Quæ verba non negavit *Al-Nagjâshius*, quin vera essent. Manserunt itaque Profugi apud *Al-Nagjâshium* in securitate. *Amrû* autem *Al-Asi* filius, & *Abdollah Abu-Rabiæ* filius spe sua frustrati reversi sunt, postquam *Al-Nagjâshius* illis munera (quæ sibi obtulerant) reddidisset.

Quod cum vidissent *Koraïshitæ*, jam ut Islamismum opprimerent, inter Tribus Arabum foedus mutuum pepigerunt adversus filios *Hâshemi*, & filios *Al-Motallebi*, ne matrimonia cum illis inirent, neve quicquam eis venderent, aut ab illis emerent. Qua de re [*] *Diploma* scripserunt, illudque in interiore loco *Caabæ*, (seu Templi Meccani,) deposuerunt, quo illud firmius sibi redderent. Transfugerunt autem filii *Hâshemi*, tam Infideles, quam Moslemi, quotquot ex eis erant, ad *Abu-Tâlebum*, atque ingressi sunt cum eo in Pagum ipsius; nisi quod ex iisdem filiis *Hâshemi*,

[*] Hoc evenit secundùm Gjannabium anno Missionis Propheticæ septimo

فقالوا ما قاله الله تعالي من انه كلمة الله القاها الي مريم العذرا فلم ينكر النجاشي ذلك فاقام المهاجرون في جوار النجاشي امنين ورجع عمرو بن العاص وعبد الله ابن ابي ربيعة خايبين بعد ان رد النجاشي عليهما الهدية

واما رات قريش ذلك وان الاسلام قد يفشوا في القبايل تعاهدوا علي بني هاشم وبني المطلب ان لا يناكحوهم ولا يبايعوهم وكتبوا بذلك صحيفة وتركوها في جوف الكعبة توكيدا علي انفسهم وانحازت بنو هاشم كافرهم ومسلمهم الي ابي طالب ودخلوا معه في شعبه وخرج من بني هاشم ابو لهب

رب بها الله تعالي وهي السلام تحية اهل الجنة *Nos adoramus Deum illum, qui creavit te, & regnare te fecit. Et quidem morem illum salutandi per Adorationem nosmetipsi habuimus, tum cùm Idolis serviremus. Sed suscitavit Deus inter nos PROPHETAM veracem, qui præcepit nobis modum salutandi, qui Deo O. M. placeret*, videlicet, *PAX.* Al-Cor. Sur. 10. 11. & Sur. 14. 23. & Sur. 56. 28. *Atque ea est salutatio incolarum Paradisi.* Addit Historicus: فعرف النجاشي ان ذلك حق وانه في التوراة والانجيل *Et cognovit* Al-Nagjâshius *hoc esse veritatem*; *idque ita se haberet in Lege, & in Evangelio.* Hic sequitur inter utrosq; acerrima altercatio de novo PROPHETA, ejusq; Religione. Cumq; tandem *Gjafar* perorans tandem dixisset: واما به ومعه كتاب كريم مثل كتاب عيسي بن مريم موافقا به *Nos itaque in illum credidimus: Habet enim secum LIBRUM gloriosum similem LIBRO Isæ* (Jesu) *filii* Mariæ, *qui cum illo consentit.* Quibus permotus *Al-Nagjâshius* dixit: تكلمت بامر عظيم وعلي رسلك *Rem maximi momenti loquutus es: Meum est, cum bona tua venia, de illa inquirere.* Pergit Auctor: ثم امر النجاشي بضرب الناقوس فاجتمع اليه كل قس وراهب فلما اجتمعوا عنده قال لهم النجاشي انشدكم الله الذي انزل الانجيل علي عيسي هل تجدون بين عيسي بن مريم وبين يوم القيمة نبيا مرسلا قالوا اللهم نعم قد بشرنا به عيسي وقال من امن به فقد امن بي ومن كفر به فقد كفر بي. *Tunc jussit* Al-Nagjâshius *pulsari crepitaculum, ut ad se convenirent omnes Presbyteri, & Monachi*: *Quibus congregatis dixit* Al-Nagjâshius: Contestor vos per Deum, qui demisit *Evangelium* super *Isam* (*Jesum.*) An reperitis inter *Isam* filium *Mariæ*, & inter diem Resurrectionis PROPHETAM mittendum? *Dixerunt*: Imò, Per Deum! Jam enim prænunciavit nobis de illo *Isa* (Jesus;) siquidem dixit: *Qui crediderit in eum, jam credidit in me, & qui abnegaverit eum, jam abnegavit me.* Deinde rogat Rex *Giafarum*, ut istius hominis doctrinam sibi exponat, tum ut ex ejus Libro sibi aliquid legat. Tunc ille legit Suratam 29. cui Titulus est, العنكبوت *Aranea*, & Suratam 30. cui Titulus est, الروم *Al-Rum, Romani*, quibus auditis *Al-Nagjâshius* in lachrymas solutus est. Hic *Amrû* Coraishitarum Legatus invidia motus اراد ان يغضب النجاشي فقال يشتموا عيسي وامه *voluit* Al-Nagjâshium *contra illos ad iram provocare, & exclamavit*: At isti contumeliose loquuntur de ISA (Jesu,) & Matre ejus. Tum *Al-Nagjâshius* ad illos conversus, *Quidnam*, inquit, *dicitis de ISA* (Jesu) *filio* Mariæ, *& de Matre ejus*? Legit itaque *Gjafar* Suratam 19. cui Titulus est, مريم *Maria*: Qua audita uberius flevit *Al-Nagjâshius*, حتي اخضل لحيته وبكي اساقفته حتي اخضلوا مصاحفهم *adeo ut lachrymis barbam suam madefecerit. Fleverunt quoque Episcopi ejus in tantum, ut etiam codices suos* (Evangeliorum) *madefacerent.* Cum autem *Gjafar* legendo pervenisset ad Pericopam v. 16. ubi est mentio *Mariæ* & *Isæ* (Jesus,) dixit *Al-Nagjâshius* والله ما زاد المسيح علي ما تقولون علي هذا *Per Deum! Nihil amplius dixit MESSIA, quam id quod ea de re dixistis.* Deinde Rex *Gjafarum*, & socios ejus osculatus, bono animo esse jussit, & securitatem in suo regno promisit: Ac tandem ipse Islamismum professus est in manibus *Gjafari.* *Atque tunc*, inquit Abdo'l-Bakides, انزل قول الله تعالي في ذلك اليوم علي رسوله صلعم وهو حينين بالمدينة قوله تعالي ان اولي الناس بابراهيم الذين اتبعوه وهذا النبي والذين امنوا *Demissus fuit hic sermo Dei O. M. super Apostolum ejus . . . quo tempore ipse esset Medinæ*: Al-Cor. Sur. 3. v. 67. Utique Primarii hominum in Abrahamo (sunt) ii, qui sequuti sunt eum, ut & hic Propheta (Mohammed,) & qui crediderunt. Ubi per *Primarios hominum*, intelligit Regem Æthiopiæ & principes ejus, qui Islamismo nomen dederunt. Postea anno Hegjræ 6. vel potius 7. ut habet Abul'-Feda noster, Mohammed scribens Epistolas ad varios Reges & Principes, ut eos ad Islamismum vocaret, ea de re etiam ad *Al-Nagjâshium* Epistolam misit per *Amrûm Ommiæ* filium *Al-Dhamriensem*: Et ad illum respondit *Al-Nagjâshius*, uti suo loco videbimus, ut & de Obitu ejusdem Regis, qui evenit anno Hegjræ nono.

*Abu-*

عبد العزى بن عبد المطلب الي قريش مظاهرا لهم وكانت امراته ام جميل بنت حرب وهي اخت ابو سفيان علي رادة في عداوة رسول الله صلعم وهي التي سماها الله تعالي حمالة الحطب لانها كانت تحمل الشوك فتضعه في طريق رسول الله صلعم

واقامت بنو هاشم في الشعب ومعهم رسول الله صلعم نحو ثلاث سنين

وبلغ المهاجرين الذين في الحبشة ان اهل مكة اسلموا فقدم منهم ثلاثة وثلثون رجلا فلما قربوا من مكة لم يجدوا ذلك صحيحا فلم يدخلوا احد منهم مكة الا مستخفيا وكان من الذين قدموا عثمان بن عفان والزبير بن العوام وعثمان بن مظعون

[a] *Abu-Lahab Abdo'l-Uzza*, *Abdo'l-Mottallebi* filius ad *Koraishitas*, iis opem laturus, defecit. Hujus uxor erat *Omm Gemîl*, i.e. *Mater Pulchri Harbi* filia, eaque soror *Abu-Sofiâni*, ad cujus mentem illa inimicitiam gerebat adversus Apostolum Dei... Atque ipsa est, quam Deus Excelsus appellavit * *Portatricem lignorum*, propterea quod spinas portavit, easque posuit in via Apostoli Dei...

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6208. A Nativitate Christi 626. Ante Hegjram 8. Ætatis Mohammedis 45. Missionis ejus Propheticæ 5.

Porrò filii *Hâshemi*, & Apostolus Dei... cum illis, manserunt in Pago per tres circiter annos.

Interea Profugis, qui erant in terra *Al-Habasha*, rumor fuit allatus, *Meccenses* factos esse Moslemos. Quare ex illis triginta tres viri itineri se dederunt. At vero, ubi *Meccam* propius accessere, rem non esse veram deprehenderunt. Nemo itaque ex iis *Meccam* ingredi ausus fuit, nisi clanculum. Ex iis autem, qui in urbem evaserunt, fuit *Othmân Affâni* filius, & *Al-Zobair Awâmi* filius, & *Othmân Mat'ûni* filius.

## CAP. XII.

ذكر نقض الصحيفة

*De Rescissione, seu Abrogatione* Diplomatis.

روي ان رسول الله صلعم قال لابي طالب يا عم ان ربي سلط الارضة علي صحيفة قريش فلم تدع فيها غير اسما الله ونفت منها الظلم والقطيعة فخرج ابو طالب

Traditio est, Apostolum Dei... Abu-Tâlebo dixisse: *O Patrue, utique Dominus meus victoriam dedit Vermiculo corrodenti, in* Koraishitarum Diploma; *neque enim relictum est in eo* (scriptum quicquam) [b] *præter* Nomen Dei; *& erasum est ab illo quidquid erat injustitiæ, & anathematis.* Abiit itaque *Abu-Tâleb*

Anno Missionis Propheticæ decimo secundùm Gjannabium.

Hoc etiam anno decimo, ante *Abrogationem Diplomatis*, ponunt Gjannabius, cum aliis Historicis, Miraculum *Scissionis Lunæ*; sed plura de illo dubitant Sapientiores, fortè inde est quod Auctor noster nullam ejus mentionem fecit.

a *Abu-Lahab* Is erat unus e Patruis Mohammedis, ipsi, & Religioni ejus hostis infensissimus. Contra illum scripta est Al-Corani Surata centesima undecima, cui Titulus est nomen ipsius ابو لهب *Abu-Lahab*, i.e. *Pater flammæ*; ad quod alludit denuncians ei supplicium inferni his verbis: تبت يدا ابي لهب وتب ما اغني عنه ماله وما كسب سيصلي نارا ذات لهب *Pereat manus* Abu-Lahabi, *& pereat* (ipse. *Non proderunt ei opes ejus, & id quod acquisivit, siquidem descendet in ignem habentem flammam.* Occasionem hujus Suratæ refert Gelalo'ddinus his verbis لما دعا صلعم عمه وقال اني نذير لكم بين يدي عذاب قال له عمه ابو لهب تبا لك الهذا دعوتنا ونزل تبت يدا ابي لهب i. e. *Cùm vocaret* (Propheta.. ) *Patruum suum* (ad Islamismum) *aiebat* Utique ego sum commonitor vobis, priusquam adveniat punitio. *Dixit illi Patruus ejus* Abu-Lahab: Perditio tibi, An ad hujusmodi vocas nos? *Atque tunc demissa sunt hæc verba* Al-Cor. Sur. 111 Pereat manus Abu-Lahabi &c.

b *Præter nomen Dei*. Formula, qua nomen Dei exaratum erat in Diplomate, hæc fuit, باسمك اللهم In nomine tuo, O Deus. Atque hæc, cæteris a vermiculo corrosis, remansit intacta, uti refert *Abu-Zeid Seid Abdo'l-Rahman* in Libro dicto, الانوار في ايات النبي *Splendores, de Signis, seu Miraculis Prophetæ* Cui & addit aliud Miraculum his verbis: وكان كاتب الصحيفة منصور بن عكرمة فشلت يده *Notarius, qui scripserat Diploma, fuit* Mansûr Akremæ *filius, & exaruit manus ejus.* Contraria ratione prius Miraculum narrat *Ahmed Abdo'l-Rahîmi* filius, apud Marraccium Prodromi Parte 2. p. 36. affirmans Vermiculum corrosisse omnia nomina Dei, quæ erant in Diplomate, & cætera intacta reliquisse, atque *Abu-Tâlebum Koraishitis* ita dixisse: ان ابني اخبرني ولم يكذبني ان الله عز وجل بري من هذه الصحيفة التي في ايديكم ومحي كل اسم هو له فيها وترك فيها غدركم *Certè filius meus* (i. e. filius fratris mei) *narravit mihi, neque mihi mentitus est, Deum Potentem, Gloriosum, nullam habuisse partem in hoc Diplomate, quod ante vos est: ac proinde delevisse omnia nomina, quæ ad ipsum pertinent in eo; & in eodem reliquisse ea, quæ sunt nequitiæ vestræ.* Ex hac Auctorum contradictione sic infert Marraccius: *Cui ergò ex his credamus?* Respondet: *nulli.* At regerent Mohammedani primæ narrationi standum esse, quæ magis Authentica est, ut pote quæ Traditionibus *Al-Bochari* nititur, & revera magis congruit cum illa reverentia, qua nomina Dei, ubicunque scripta reperiant, prosequuntur, & ea delere apud ipsos sit grande piaculum. Urget Marraccius, *Sed hanc*, inquit, *esse fabulam probat, quod Corasini* (Koraishitæ) *Deos suos* اللات والعزي *Ellatam, & Ellozam adorabant: Quare non* الا i. e. Deus, *quem, illis contradicentibus, Mahumetus prædicabat; sed nomina Deorum suorum debuissent Decreto præfigere.* At possent respondere, Nomen



ad

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6213. A Nativitate Christi 628. Ante Hegjram 3. Ætatis Mohammedis 50. Missionis ejus Propheticæ 1.

ad *Koraishitas* atque hoc illis significans dixit: *Si quidem hoc verum est, ne amplius ira frematis, nos Anathemate percutiendo. Si autem sit mendacium, Ego vobis tradam filium fratris mei.* Cui illi acquievere. Mox inspexerunt; & ecce omnia congruebant cum iis, quæ dixerat Apostolus Dei... Quæ res illos admodùm attonitos reddidit. Concilium itaque habentes inter se *Koraishitæ* irritum fecerunt, & abrogarunt id quod *Diplomate* suo sanciverant de Anathemate percutiendis *Al-Motalleb* filiis.

الي قريش واعلمهم بذلك وقال ان
كان ذلك صحيحا ما انتهوا
عن قطيعتنا وان كان كذبا
دفعت اليكم ابن اخي فرضوا
بذلك ثم نظروا فاذا الامر كما
قال رسول الله صلعم فزادهم ذلك
شرا فاجتمع جماعة من قريش ونقضوا
ما تعاهدوا عليه في صحيفة من
قطيعة بني المطلب

## CAP. XIII.

### *De Obitu* Abu-Tâlebi.

ذكر وفاة ابي طالب

OBiit *Abu-Tâleb* [a] mense *Shawâl* anni Prophetici muneris decimi. Cumque morbus ejus ingravesceret, dixit ei Apostolus Dei... *O Patrue, Recita illam, qua quidem Beatitudinem in die Resurrectionis promereberis, nempe formulam Testationis* (seu Professionis Fidei, non est Deus, nisi Deus; & Mohammed Apostolus ejus.) Respondit ei Abu-Tâleb: *O fili fratris mei, Nisi obstaret dedecus,* (*id quidem facerem.*) *At verò,* (*si istam formulam recitavero,*) Koraishitæ *putabunt me illam metu mortis recitavisse.* Cum autem Abu-Tâleb morti jam esset proximus, cœpit labia sua motitare; hìc *Al-Abbâs* propius ad illum aurem suam inclinavit; tum (Mohammedem compellans) ait: *O fili fratris mei, Profecto illa verba, quæ recitare jussisti, recitavit.* Exclamavit itaque Apostolus Dei... *Laus Deo, O Patrue mi, qui te tali modo direxit.*

توفي في شوال سنة عشر من
النبوة ولما اشتد مرضه قال له
رسول الله صلعم يا عم قلها استحل
لك بها الشفاعة يوم القيامة يعني
الشهادة فقال له ابو طالب يا
ابن اخي لو لا مخافة السبة وان
تظن قريش انما قلتها جزعا
من الموت لقلتها فلما تقارب من
ابي طالب الموت جعل يحرك شفتيه
فاصغى اليه العباس باذنه وقال
والله يا ابن اخي لقد قال الكلمة
التي امرته ان يقولها فقال رسول
الله صلعم الحمد لله الذي هداك
يا عم هكذا

Traditur ex [b] *Ebn Abbâs*, communem esse Opinionem illum (*Abu-Tâlebum*) mortuum esse Infidelem; sed vel ex carmine ipsius *Abu-Tâlebi* evincitur illum fuisse Apostolo Dei... Testem veracem, ita enim ille:

روي عن ابن عباس المشهور انه
مات كافرا او من شعر ابي طالب
مما يدل على انه كان مصدقا لرسول
الله صلعم

*Et vocasti me, & cognovi te esse Veracem.*
*Et quidem jam testimonium verax perhibui, & factus sum tunc Fidelis.*
*Atque etiam cognovi Religionem Mohammedis*
*Esse Religionum Domini sui optimam.*

ودعوتني وعلمت انك صادق
ولقد صدقت وكنت ثم امينا
ولقد علمت بان دين محمد
من خير اديان البرية دينا

الله *Allah* jam pridem in Lingua Arabica usu fuisse receptum, neque à Mohammede de novo inventum cum sua Religione; ac proinde *Koraishitas* illud usurpasse, tanquam vocabulum commune ad exprimendum summum numen, quod æque colebant cum aliis Idolis, ut enim recte observat Cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 107. *Habebant* (Arabes ante Islamismum) Ἀλιλατ, Alilahat, *Deas, minorum gentium Deos, &* Allah taal ὀλοταλ Deum supremum. *Illas Dei supremi filias statuebant, ac pro ipsis apud eum intercedere, adeoque illis divinum cultum deberi, sub Deo tamen summo &c.* Et pag 110. *Ad Dei supra omnia excelsi rerum omnium conditoris cultum Arabes suos revocavit Mohammedes.* Viderit ergo Marraccius quàm caute adversarios suos confutet.

a *Mense Shawâl.* Gjannabius ait Abu-Tâlebum obiisse بثمانية اشهر واحد وعشرون يوما Elapsis octo mensibus, & 21. diebus, postquam Mohammed è Pago egredi permissus fuerat à Koraishitis. Alii dicunt, exactis sex mensibus & 3. diebus.

b *Ebn Abbâs.* Sic vulgo appellatur *Abdo'llah Al-Abbâsi* filius, cognatus Mohammedis germanus. Est unus ex Authenticarum Traditionum Auctoribus. Aiunt illi ætatis anno decimo *Gabrielem* apparuisse, eumque *Al-Corani* Mysteria docuisse, unde appellatus fuit ترجمان القران *Interpres Al-Corani.* Dictus enim fuit رباني Rabbani *Doctor,* Magister magnus Religionis, eodem sensu quo apud Judæos רבן Rabban, & רבנא Rabbana. Obiit anno Hegjræ 68.

فواللّه لم يصلوا اليك بجمعهم
حتي اوسد في التراب دفينا
وكان عمر ابي طالب بضعا
وثمانين سنة

*At verò per Deum! non ad te confluent universi,*
*Donec Ego in terra sepultus jaceam.*

Erat *Abu-Táleb* annos natus aliquot supra octoginta.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6213. A Nativitate Christi 628. Ante Hegjram 3. Ætatis Mohammedis 50. Missionis ejus Propheticæ 10.

## CAP. XIV.

ذكر وفاة خديجة رضي اللّه عنها

ثم توفت خديجة بعد ابي طالب
وكان موتها قبل الهجرة نحو ثلاث
سنين وتتابعت علي رسول اللّه صلعم
بموتها المصايب ونالت منه قريش
خصوصا ابو لهب بن عبد اللّه والحكم
بن العص وعقبة بن معيط بن
امية فانهم كانوا جيران النبي صلعم
ويوذونه بما يلعنون عليه وقت صلاته
في طعامه من العاذورات

*De obitu* Chadigjæ, *cui Deus sit propitius.*

OBiit *Chadigja* [a] post *Abu-Tálebum*, tribus ferme annis ante *Hegjram.* Mortuâ autem illâ, in Apostolum Dei . . . novi adversæ fortunæ casus ingruerunt; siquidem crudelius eum conviciati sunt *Koraïshitæ*; atque inter illos præsertim *Abu-Lahab Abdo'llahi* filius, & *Al-Hacam Al-Asi* filius, & *Okba* filius *Mo'aîti*, filii *Ommiæ*; qui quidem fuerant amici Prophetæ; sed postea illum molestia affecerunt, ipsi insultantes eo tempore, quo precationem peragebat in * convivio suo, præ illorum pravitate naturæ & pervicacia.

* V. supra p. 19.

## CAP. XV.

ذكر سفره الي الطايف

ولما نالت قريش من رسول
اللّه صلعم بعد وفاة عمه سافر الي
الطايف يلتمس من ثقيف النصرة
ورجاء ان يقبلوا ما جاء به من
اللّه فوصل الي الطايف وعمد الي
جماعة من اشراف ثقيف مثل
مسعود وحبيب ابني عمرو فجلس
اليهم ودعاهم الي اللّه
وقال له واحد منهم اما وجد اللّه
احدا يرسله غيرك وقال الاخر واللّه
لا اكلمك ابدا لان كنت رسولا من اللّه
لانت اعظم خطر من ان ارد عليك

*De itinere ejus ad urbem* Al-Tâïef.

CUM itaque *Koraïshitæ* Apostolum Dei . . . magis ac magis conviciarentur, post quam patruus ejus esset mortuus, *Tâïefum* iter suscepit, ut opem à *Thakîfitarum* Tribu imploraret; sperabat enim fore, ut illi ea, quæ à Deo ipsis (de Islamismo) afferret, prompte susciperent. Cùm itaque *Tâïefum* venisset, ad cætum nobiliorum inter *Thakîfitas*, quales erant *Masûd*, & *Habîb*, duo *Amrûi* filii, se contulit, ibique in medio eorum sedens, vocavit illos ad Deum.

Tunc unus ex eis dixit: *Annon alium præter te ad nos Deus missurus esset?* Alter quoque ait: *Per Deum! Nusquam tecum colloquar, si enim revera es APOSTOLUS à Deo missus, majori authoritate polles, quam ut audeam tecum dis-*

a *Post Abu-Tálebum.* Gjannabius ait: *triduo post, vel ut alii dicunt post unum mensem.* Additque Chadigjam obiisse anno ætatis suæ 65. confer quæ de illa supra diximus in Not. pag 12, & 13. Al-Kodaius, ubi de uxoribus Mohammedis, ولدت له اولاده كلهم الا ابرهيم عليه السلام *Peperit ei* (Chadigja) *omnes liberos ejus, excepto* Ibrahimo, *cui Pax.*

b *Al-Taïef.* Urbs est secundùm Geographum *Nubiensem*, vel potius *Al-Edrisium*, in Provincia dicta الحجاز *Al-Hegjâz* sita, ab Mecca distans 60. Miliaria ad Orientem ejus. Hanc ita describit Abu'l-Feda noster in sua Geogr. الطايف بليدة كثيرة الفواكه وهي علي ظهر جبل غزوان المذكور ازوان وهي ابرد مكان بالحجاز وربما جمد الماء في ذروة غزوان واكثر ثمرها الزبيب في طيبة الهوى Al-Taief *urbs parva, fructibus copiosa, ad austrum montis* Gazwân, *qui & vulgò pronunciatur* Aswân. *Est locus frigidissimus totius* Al-Hegjâz. *Sæpe aqua congelascit in fissuris* Gazwân. *Maxima pars fructuum ejus sunt uvæ passæ. Aer ibi salubris est.* De impositione nominis الطايف *Al-Taief*, i.e. *circumiens, gyrans*, variæ sunt rationes, quarum una est, quam affert Abu'l-Feda ibidem his verbis: قالوا وسميت تلك البقعة بالطايف لانها في طوفان نوح انقطعت من الشام وطافت وحملها الماء وانتهت انها جلست في موضعها فاستمر بها فواكه الشام نحو ذلك فسميت الطايف Quæ verba à Joh. Gravio in Versione sua Latina, & à D. De la Roque in Gallica Interpretatione omissa, sic reddimus: *Aiunt hunc terræ Tractum* Al-Tâief (i.e. Circumeuntem, Gyrantem) *appellatum fuisse, propterea quod tempore Diluvii* Noachi, *abscissus fuit è* Syria, *& circumeundo ab aquis abreptus, donec in loco, ubi nunc est consedit: Et in eo adhucdum remanent fructus similes iis qui, in* Syria *crescunt. Atque hinc dictus fuit* Tâief. Alias hujus appellationis rationes videbimus in Gjannabio.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6213.
A Nativitate Christi 628.
Ante Hegjram 3.
Ætatis Mohammedis 50.
Missionis ejus Propheticæ 10.

*putare: Si verò mentiris contra Deum, jam non operæ pretium est, ut tecum sermonem misceam.* Quibus auditis Apostolus Dei... ab eis discessit. Attamen illi, qui sinceriores erant ex optimis inter *Thakîfitas*, quamvis stultiores ipsi, & servi eorum, adversùs eum inimicitiam exercerent, nihilominùs ipsum benignè tractarunt, & incolumem præstiterunt; donec tandem in illum congregati homines usque ad murum civitatis vi compulerunt.

الكلام ولان كنت تكذب على الله فما ينبغي لي ان اكلمك فقام رسول الله صلعم من عندهم وقد يئس من خير ثقيف واغروا به سفهاءها وهم وعبيدهم يسبونه ويصيحون به حتي اجتمع عليه الناس والجاوه الى حايط

Postquam autem ab illo abstitere stultiores illi *Thakîfitæ*, dixit Apostolus Dei... (O Deus) *tibi attributuri sunt debilitatem virium mearum, & virtutis industriæque meæ paucitatem, & ignominiam meam inter homines; O misericordium misericordissime, tu es Dominus imbecillium, tu es Dominus meus: Quoad illum, qui modò ad me ita loquutus est, ne propterea in me sit iracundia tua: Ille enim noluit audire me.*

ورجع عنه سفهاء ثقيف فقال رسول الله صلعم اليك اشكوا ضعف قوتي وقلة حيلتي وهواني على الناس يا ارحم الراحمين انت رب المستضعفين وانت ربي الى من تكلني ان لم تكن علي غضبانا فلا ابالي

* Die 23. mensis Dhû'l-Ka'adæ secundùm Gjannabium.

Deinde Apostolus Dei *Meccam* * reversus est, ubi ægrè admodum tulerunt sui eam, quam passus erat repulsam.

ثم قدم رسول الله صلعم الى مكة وقومه اشد ما كانوا عليه من خلافه

## CAP. XVI.

*Quomodo Apostolus Dei... exponebat animam suam pro* Tribubus (Arabum) *convertendis.*

ذكر عرض رسول الله صلعم نفسه على القبايل

PORrò Apostolus Dei... animam suam pro *Tribubus Arabum* convertendis exponere sæpius non dubitavit in conventibus *Peregrinantium* solemnibus; eosque ad Deum excelsum vocabat dicens: *O Filii talis* Tribûs, *Ego sum Apostolus Dei, qui vobis præcipit, ut Deo serviatis, neque ipsi ullam rem associatis, & quidquid in cultu ejus infra illum est repudietis; tum ut in me credatis, & me Veracem esse testemini.* E contra verò patruus ejus *Abu-Tâleb* clamitare sic solebat: *Utique vos avocat, ne credatis in* [a] *Al-Lâtam, & Al-Uzzam, ut, iis rejectis, vos ad illam, quam de novo confinxit Hæresin, & impietatem attrahat. Neutiquam illi obediatis.* Atque ita *Abu-Tâleb* duo illa vana Idola deprædicans sese illi opponebat.

كان رسول الله صلعم يعرض نفسه على القبايل في مواسم الحج ويدعوهم الى الله تعالى فيقول يا بني فلان اني رسول الله يامركم ان تعبدوا الله ولا تشركوا به شيا وان تخلعوا ما يعبد من دونه وان تومنوا بي وتصدقوني وعمه ابو طالب ينادي انما يدعوكم الى ان تسلخوا اللات والعزى من اعناقكم الى ما جاء به من البدعة والضلالة فلا تطيعوه وكان ابو طالب احول له غربرتان

## CAP. XVII.

*De initio Historiæ* [b] Ansariorum (i. e. Adjutorum Mohammedis.)

ذكر ابتدا امر الانصار

CUM itaque tandem vellet Deus excelsus negotium Religionis suæ manifestare, & gloriosam reddere domum suam; prodiit Apostolus Dei... in conventum solemnem, ut

ولما اراد الله تعالى اظهار امر دينه واعزاز بيته خرج رسول الله صلعم في الموسم يعرض نفسه

a *Al-Lâtam, & Al-Uzzam.* De his duobus Arabum Numinibus, eorumque Idolis fusè differemus infra propriis locis, ubi de illorum destructione.

b *Ansariorum.* Ii sunt, qui Mohammedis partes, simul cum Islamismo primi Medinensium amplexi fuere; ac proinde الانصار *Al-Ansâr, Ansârii,* i.e. *Adjutores,* & *Fautores,* in honoris titulum, audierunt. Hìc vir Cl. Humphr. Prideaux in Vita Mohamm. p.63. anxiè quærit quinam fuerint isti *Ansârii,* an ex Judæis, vel ex Christianis? Qua de re nihil in ullo Authore ait se reperisse: Inclinat tamen ex conjectura, ut credat illos fuisse *Christianos,* ex magno scilicet affectu, quo *Mohammed* in *Christianos* ferebatur, & è contra ex odio infensissimo, quo *Judæos* prosequebatur. In cujus opinionis probationem locum ex Al-Corani Sur. 5. v. 91. adducit, unde is animi *Mohammedis* sensus erga utrasque satis apertè declaratur. Atque hinc vir doctus deplo-

animam

على القبائل كما كان يصنع فبينما هو عند العقبة اذ لقي رهطا من الخزرج من اهل يثرب فدعاهم الى الاسلام وكان الاوس والخزرج اخوين لاب واحد وهم يتعادون وبين القبيلتين حروب وهم حلفاء ملتمسين من اليهود يقال لهما قريظة والنضير وهم من نسل هارون من

animam suam pro convertendis *Tribubus Arabum* exponeret, quemadmodum antea solebat facere. Cumque esset in (loco dicto) [a] *Al Akaba*, occurrit aliquot viris ex *Al-Chazregjitis*, qui erant cives urbis [b] *Yatreb*. Illius autem urbis incolæ in duas Tribus dividebantur, *Awsitas* nempe, & *Chazregjitas*, [c] ex uno Patre oriundas Sed jurgiis dividebantur; & inter utramque Tribum bellum erat continuum. Isti porro (*Chazregjitæ*) fœdere conjuncti erant cum aliis duabus [d] *Judæorum* Tribubus, quarum una appellabatur *Koraidhitarum*, alia *Nadhîræorum*, quæ ambæ erant ex stirpe *Haro-*

Anno ab O. C. sive a Ipsius Adami, secundum Abu'l-Fedam 6214
A Nativitate Christi 629
Ante Hegjram 2
Ætatis Mohammedis 51
Missionis ejus Propheticæ 11

randum illorum temporum Ecclesiæ Orientalis statum Patheticis verbis lamentatur, quod tam facile *Christiani*, deserta Fide, Illiusmodi Imposturæ nomen dederint. Verum enim vero ex mera conjectura (quod pace summi viri, & tantopere de Ecclesia meriti dixerim) boni illi *Christiani Arabes* tantæ Apostasiæ criminis non erant tam facile accusandi, quum isti Medinenses primi Mohammedis Asseclæ in illa Urbe, neque *Christiani*, neque etiam *Judæi* fuerint, sed *Arabes Puri*, uti vocabantur, iique Idololatræ, e *Chazregitarum* Tribu oriundi, quod in Pocockio suo reperire poterat Specim Hist Arab p 41, & 42 qui habuit ex Abu'l-Feda nostro, ut mox patebit Quod autem *Christiani Arabes*, saltem quoad majorem partem, in Religione sua constanter perstiterint, luculentum habemus Testimonium Historici Mohammedani, videlicet *Al-Tabarii*, cujus verba hæc sunt apud Elmacinum p 3 واتاه النصارى من العرب وغيرهم فامنهم وكتب لهم كتابا *Et accesserunt ad eum*, inquit Al Tabarius, *CHRISTIANI ex Arabibus, aliique, & securitatem dedit illis, & scripsit eis Diploma* Eadem habet idem Elmacinus p 11 ex Historicis Christianis Atque illud est Diploma aut ei simile, sub titulo *Testamenti Mohammedis*, quod a Gabriele Sionita cum translatione Latina, & deinde à Joh Fabricio Rostochii prodiit an 1638 *In quo judicem Facultatibus, Fidei, & vitæ ita cavet, ut salvo hoc Testamento inter Arabes Christianam profiteri Religionem, sacra in locis publicis celebrare tuto licuerit* Sunt verba Hottingeri Histor Orient pag 237 Quod quidem Diploma seu Testamentum, quamvis Hug Grotio, aliisque *pro supposito a Christianis* habeatur, rem tamen ipsam aliunde tam firmis argumentis probavimus, ut nullus dubitem, quin *Christianis Medinensibus* a candido Lectore, imo ab ipso Cl viro Humphr Prideaux suus honos restituatur

a *Al-Akaba*, i e *Jugum montis*, quod difficile ascenditur, seu ejus *declivitas*, est clivus, seu collis extra Meccam ad septentrionem ejus Al Gjuzius Lib *de Ritibus Peregrinationis Meccanæ*, ubi de Locis insignioribus, ait ibi postea Templum extructum fuisse المكان الثالث عشر مسجد العقبة حيث بايع الانصار *Locus decimus tertius, est Templum* Al Akaba, *ubi Juramentum præstiterunt* Al-Ansârii

b *Iatreb* Hujus urbis mentio est Al-Corani Sur 33 13 يا اهل يثرب O *cives Yatrebi* Ubi Beidhavius *Idem est ac si dixisset* اهل مدينة *Cives Medinæ* Tum addit وقيل هو اسم ارض وقعت المدينة في ناحية منها *Alii dicunt, esse nomen terræ in cujus tractu sita sit* Medina. De ejus conditore Ahmed Ben Joseph Libro de Urbibus, & Regionibus, sic loquitur اول من بناها وسكنها وغرس نخلها العمالقة وقيل اول من سكنها وسمي بها يثرب بن قانية بن مهلايل بن ارم بن سام بن نوح عليه السلام *Primi, qui illam ædificarunt, colueruntque, & ib. palmas plantarunt, fuere* Amalecitæ *Et juxta alios primus, qui illam habitavit, & nomine suo appellavit, fuit* Yathreb, *filius* Kâbiæ, *filii* Mahlaleelis, *filii* Arami, *filii* Semi, *filii* Noachi, *cui Pax* Idem Auctor situm Urbis sic eleganter describit المدينة المنورة على ساكنها افضل التحية والتسليم وفي ارض مستوية ...بالعصمة محصنة من حصاتها ان من دخلها يشم رائحة الطيب *MEDINA tota luce splendida, cujus incolis sit omnimoda salus, & incolumitas, sita est in solo glorioso, candido instar argenti propter singulares ejus perfectiones, adeo ut qui illam ingreditur, statim odorem suavissimum, & fragrantium aromatum auram respiret* Jam observavimus hanc urbem amisso prisco nomine *Yathrebi*, nunc appellari per Antonomasiam مدينة النبي *Medinato l Nabi*, i e *Civitas Prophetæ* (nempe Mohammedis) & simpliciter *Medina*, a tempore *Hegjræ*, seu *Fugæ* ejus celeberrimæ

c *Ex uno patre* Is fuit الازد *Al-Azd*, filius كهلان *Cahlân*, filii سبا *Sabæ*, filii يشجب *Yashgjabi*, filii يعرب *Yaarabi*, filii قحطان *Kahtâni* (qui Mosi Gen 10 25 יקטן *Yoktan*,) filii عابر *Eberi*, &c. Ita Abu l-Feda noster in Parte 1 Historiæ suæ, ubi de *Arabum* Origine, & Genealogiis, deinde hæc habet ومن الازد الاوس والخزرج اهل يثرب والمسلمون منهم هم الانصار رضي الله عنهم *Ex* Al-Azdo *oriundi sunt* Al-Awsitæ, *&* Al-Chazregjitæ Yathrebi *incolæ, & qui ex eis Islamismum amplexi sunt*, Al Ansârii, *i. e.* Adjutores, *appellati sunt*

d *Judæorum Tribubus*. Occasionem, qua *Judæi* in *Arabia* sedem fixerunt à prima origine docet nos Abu l Feda Hist. Parte 1 cap *de Amalecitis*, quod nempe *Moses*, dum *Israelitas* per Desertum in *Palæstinam* duceret, exercitum misit adversus *Amalecitas*, qui *Yathrebum*, & *Chaibarum*, aliasque urbes in Provincia *Al-Hegjaz* occupabant, jussitque ut illos ad internecionem delerent Quibus devictis *Israelitæ*, & eorum Rege occiso, filium ejus in captivitatem secum abduxerunt in *Palæstinam* Deinde iidem in *Arabiam* reversi easdem civitates incolis vacuas habitarunt Tum addit, واستمر اليهود تملك البلاد حتى نزلت عليهم الاوس والخزرج لما تفرقوا من اليمن بسبب سيل العرم وقهروهم *Et manserunt* Judæi *in illa regione usque dum in illos irruerunt* Awsitæ, *&* Chazregitæ, *quando propter inundationem* Al-Arem *ex* Al Yemen, *seu* Arabia felice *dispersi sunt, eosque subjugarunt* Alii volunt *Judæos* tum demum in *Arabia* sedes fixisse, postquam a *Nebucadnesare*, vastatis *Hierosolymis* devicti sunt, alii post desolationem Templi secundi per *Titum*



nus

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215.
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegjram 1.
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12

*nis Amr ïni* filii. His ergò se comiter insinuans Apostolus Dei ... Islamismum prædicavit, legitque eis Al-Coranum. Erant autem sex viri; & crediderunt in eum, & testimonium verax illi perhibuerunt. Qui postquam ab eo *Yatrebum* discessissent, popularibus suis hæc narrarunt, eosque ad Islamismum vocarunt. Quæ res inter illos adeò divulgata fuit, ut nulla esset domus, in qua Apostoli Dei...crebra mentio non fieret.

عمران فعرض رسول الله صلعم الاسلام
عليهم وتلي عليهم القران وكانوا
ستة رجال فامنوا به وصدقوه ثم
انصرفوا الي يثرب وذكروا ذلك
لقومهم ودعوهم الي الاسلام حتي فشا
فيهم فلم تبق دار الا فيها ذكر
لرسول الله صلعم

## CAP. XVIII.

*De* Itinere-nocturno (Mohammedis *in Cœlum.*)

ذكر الاسرا

Refert Auctor *Al-Sairat*, [a] Iter-nocturnum contigisse ante obitum *Abu-Tâlebi*; sed *Ebn Al-Gjuzi* ait illud evenisse post obitum *Abu-Tâlebi*, [b] anno duodecimo Muneris Prophetici; de quo est etiam controversia: Dicunt nonnulli Iter-nocturnum factum fuisse nocte *Sabbati*, quæ fuit nox decima septima mensis *Ramadhân* anni decimi tertii: Alii volunt illud contigisse mense *Rabî'o* priore, alii denique [c] mense *Regjeb.*

ذكر صاحب السيرة ان الاسرا كان
قبل موت ابي طالب وذكر ابن الجوزي
انه كان بعد موت ابو طالب في سنة
اثني عشر للنبوة واختلف فيه فقيل
كان ليلة السبت لسبع عشر ليلة
خلت من رمضان في السنة الثلاثة
عشرة وقيل كان في ربيع الاول وقيل
كان في رجب

Rursus inter Doctores controvertitur, an in corpore suo Iter illud peregerit, an verò solummodo fuerit Somnium, seu Visio-nocturna verax? Sententia, quam pars illorum maxima sequitur, est Iter-nocturnum peractum fuisse in corpore ejus; alii opinantur illud nihil aliud fuisse quam Somnium, seu Visionem-nocturnam veracem; & Traditionem afferunt ab *Aiësha* receptam: Nempe aiebat illa: *Nequaquam movit se corpore Apostolus Dei... Sed ad Deum Iter-nocturnum habuit duntaxat in Spiritu suo.* Adducunt etiam Authoritatem ex *Mo'awia*, qui dicebat; *Iter-nocturnum nihil aliud fuisse quam Somnium, seu Visionem-nocturnam veracem.*

وقد اختلف اهل علم فيه هل
كان بجسده ام كان رويا
صادقة والذي عليه الجمهور انه
كان بجسده وذهب اخرون انه
كان رويا صادقة ورووا عن
عايشة رضي الله عنها انها كانت
تقول ما فقد جسد رسول الله
صلعم ولكن لله اسري بروحه
ونقلوا عن معاوية انه كان
يقول ان الاسرا كان رويا
صادقة

Nonnulli contendunt Iter-nocturnum fuisse quidem (ab *Mecca*) ad Domum sanctam (*Hierosolymorum*) reali corporis translatione; sed inde usque ad septem cœlos, & ad **Sedrat* (seu arborem) *Loti Termini*, Spirituali (ascensione)

* Al-Cor. Sur. 53. 14.

ومنهم من جعل الاسرا الي
بيت المقدس جسدانيا ومنه الي
السموات السبع وسدرة المنتهى
روحانيا

a *Iter nocturnum.* الاسري *Al-Asra*, vel مسري *Mesra.* Gelalo'ddinus interpretatur سير الليل *Iter noctis*: Et verbum in 4. Conjug. اسري *noctu-transtulit.* Hoc est omnium Mohammedis Miraculorum maximum, de quo paucis verbis mentio est Al-Cor. Sur. 17. cui Titulus est الاسري *ITER-NOCTURNUM.* Tum versu primo Deus sic introducitur loquens: سبحان الذي اسري بعبده ليلا من المسجد الحرام الي المسجد الاقصا الذي باركنا حوله من اياتنا انه هو السميع البصير i. e. *Laus illi, qui noctu-transtulit servum suum à Templo* Al-Harâm (i. e. à Templo sacro Meccano) *ad Templum* Al-Aksa (i. e. remotum, seu Hierosolymitanum,) *cui benediximus in circuitu ejus, ut ostenderemus ei signa nostra. Ille enim* (Deus) *est Auditor, Inspector.* Modestè admodum de hoc Miraculo loquitur Abu'l-Feda, Doctorum varias sententias referre contentus, nullibi suam ipsius opinionem interponens de modo quo peractum sit, quamvis de re ipsa, ut bonus Moslemus, nullatenus dubitaverit; utpote quæ ipsis Al-Corani verbis nititur, & Authenticis Traditionum testimoniis confirmatur.

b *Anno duodecimo.* Hæc communis omnium ferè Historicorum, & Interpretum sententia. Quo ætatis Mohammedis anno sic refert Ahmed Ben Joseph Hist. cap. 40. وهو ابن احدي وخمسين سنة وثمانية اشهر وعشرين يوما *Erat tunc annos natus* 51. *cum octo mensibus, & viginti diebus.*

c *Mense Regjeb.* Videlicet nocte vicesima ejusdem mensis, quo hoc Festum à Turcis celebrari etiamnum hodie Constantinopoli ait testis oculatus vir Cl. *Tho. Smith*, Libro *de Moribus & Institutis* Turcarum, p. 49.

## CAP. XIX.

باب حديث المعراج

ثنا هدبة بن خالد قال ثنا همام بن
يحيى قال ثنا قتادة عن انس بن
مالك بن صعصعة ان النبي صلعم
حدثهم عن ليلة اسري به

بينما انا في الحطيم وربما
قال في الحجر مضطجعا اذ
اتاني ات فقد قال وسمعته
يقول فشق ما بين هذه
الى هذه فقلت للجارود وهو
الى جنبي ما يعني به قال
من ثغرة نحره الى شعرته
وسمعته يقول من قصه الى
شعرته

### [a] *Historia* [b] Ascensionis (ex Al-Bochario.)

NArrabat *Hodba Châledi* filius, inquiens: Narrabat *Hammâm Yahiæ* filius, inquiens: Narrabat *Kottada* ex *Anaso* filio *Mâleki*, filii *Se'sa'æ*, Prophetam Dei... illis Historiam noctis, qua iter habuit in cœlum, his verbis retulisse:

*Cum essem* [c] *intra septum* (Caabæ, seu Templi Meccani) vel, ut aliquoties dicebat, *in lapide recubans, ecce venit ad me aliquis*, (nempe Gabriel) *cum alio quodam.* Sic porrò aiebat (Anas:) Eumque audivi dicentem: [d] *Et scidit id quod est inter hanc & istam partem.* Hic dixi Ego (Anas) ad (Cottadam cognomento) *Al-Gjârûd*, qui quidem lateri meo adsidebat: *Quid sibi volebat per hæc verba?* Respondit: *A fovea juguli usque ad pubem.* (Ita est inquiebam,) audivi enim illum dicentem: *A sterno pectoris usque ad pubem.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215.
A Nativitate Christi 630
Ante Hegjram 1.
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

a *Historia.* Dictio Arabica الحديث *Al-Hadith* in genere est *Historia*, *Narratio* alicujus rei dictæ vel factæ, continens sensum Mysticum, & Moralem, qualis est Græcis μῦθος *Fabula*, *Ænigma*; a Rad. *de novo extitit* res, ab Hebr חדש *Innovavit*, mutato ש in ث: sed peculiari modo الحديث *Al-Hadith* accipitur apud Legisperitos pro Dicto vel Facto Mohammedis per Traditionem ex ore ejus recepto, sive sit كلمة *Effatum*, Γνώμη, *Sententia* brevis & moralis, cujus generis multæ circumferuntur sub Titulis *Quadraginta Sententiarum*, de variis subjectis ad mores informandos spectantibus; sive sit السنة *Al-Sonna*, cujus significatio eadem est cum Judæorum משנה *Mishna*, Δευτέρωσις, *Lex secundaria*, & תורה שבעל פה *Lex ore tenus tradita*, quæ in Talmude continetur. Eadem ratione *Al-Sonna* apud Mohammedanos omnes Juridicas & ceremoniales Leges, atque etiam Historias, & Narrationes de Mohammede continet, quæ non ita clare in Al-Corano habentur; sed tantæ sunt Authoritatis, ac ipse Al-Coranus. Harum Traditionum Authenticarum sex potissimum Auctores memorant, qui illas ex ore Mohammedis acceptas posteris transmiserunt. Primum locum obtinet *Aiesha* uxor ejus, *Abu-Becri* filia, quæ marito annos circiter 50 supervixit: Secundus fuit *Abu-Horaira* familiaris & amicus Mohammedis: Tertius *Ebn-Abbas*, de quo supra diximus: Quartus *Ebn-Omar*, illius *Omari* filius, qui in *Chalifatum* successit: Quintus *Gjâber Abdo'llahi* filius: Sextus denique *Anas Mâleki* filius: Is illas *Shapheio*, & *Cottadæ* transmisit, qui & *Ahmedi Hanbali* filio tradiderunt; à quibus accepit *Zoharius*, qui & eas cæpit primus colligere & scriptis mandare anno Hegjræ 124. Hunc excepit celeberrimus Auctor Al-Sonnæ *Al Bocharius*, qui anno Hegjræ 224. illas Traditiones in amplissimum Pandectarum corpus redegit in Libro dicto, الصحيح *Al-Sahih*, i. e. *Sincerus*, *Purus*, quia Authenticas & genuinas a spuriis distinxit.

b *Ascensionis.* Hæc dicitur المراج *Al-Me'rag'.* Propriè *Ascensio per Scalam*, seu *Gradus*, quòd ab uno cœlo ad aliud gradatim ascendendo usque ad Thronum Dei ad distantiam duorum Arcuum pervenerit. Extat in Biblioth. Bodleiana inter Codices MSS. ex dono Rev. *Narcissi Marsh* Archiepisc. Armach. Liber singularis de Ascensione Moham. sub eodem Titulo, in quo tota hæc Historia fusissimè describitur ex Traditione, quæ ad *Abu Horeiram*, Mohammedis familiarem, refertur accepta. Continet etiam idem Codex Historiam Miraculi *Scissionis Lunæ*. Hæc quidem a nobis descripta prælo parata sunt; sed nimis longum foret illa huic Historiæ inserere: seorsim prodibunt, vel Appendicis loco ad calcem hujus operis adjicientur, ان شاء الله σὺν Θεῷ. Ea tantùm, quæ ad propositum faciunt, passim adducemus.

c *Intra Septum Caabæ.* Hinc, ut & ex ipsius Al-Corani verbis supra adductis mendacii arguitur Auctor Libri *Agar*, quem tamen Philippus Guadagnolus, Apologiæ suæ p. 165. magnæ esse Authoritatis apud Mohammedanos asserit, quod vix crediderim; ait enim ille initio historiæ hujus Itineris-nocturni, præter alia multa Authenticis Traditionibus contraria: *Dum esset Mahomet* (sunt verba Latina Guadagnoli ibid.) Al-Medinæ, *seu* Tribic, *nocturno tempore pulsatum est ad ejus januam.* Atqui *Meccæ*, non *Medinæ* erat tunc Mohammed. Hunc crassum errorem videtur observasse Cl. Humphr. Prideaux Vitæ Moham, pag. 46. ubi totam Narrationem Libri *Agar* ex Latina versione Philippi Guadagnoli Anglice reddidit: Nam pro verbis mox allatis hæc vernaculo Idiomate de suo substituit: *At Night, as he lay in his bed with his best beloved wife* Ayesha, *he heard a kocking at his door*, sed dum unum scopulum vitare satagit, in duos impingit: Nam neque Mohammed in lecto suo jacebat, sed sub dio intra Septum Caabæ excubabat, vel intra duos colles *Al-Safà*, & *Merwa*, *Meccæ* vicinos, uti habetur ex Traditione *Abu-Horairæ*; neque cum *Aïesha* dilectissima conjuge concumbebat, quæ tunc adhuc erat septennis, quamvis ei jam nupta; non enim simul concubuere, nisi post Hegjram octavo mense, cùm jam illa esset annos novem nata, uti suo loco videbimus. Quoad vocem *Tribic*, pro *Yatreb*, prorsùs insulsa est, sive sit Auctoris Libri *Agar*, sive Interpretis ejus Ph. Guadagnoli, non enim exhibuit Textum Arabicum; neque in suæ Apologiæ Arabica versione à se adornata comparet.

d *Et scidit.* De hac, & prima *Scissione* pectoris Mohammedis, quæ contigit anno ætatis ejus tertio, v. quæ supra dicta sunt ad pag. 8, & 9.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6215.
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegjram 1.
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

(*Quo facto*, pergit Mohammed,) *extraxit cor meum: Et statim allata est juxta me Pelvis aurea plena* (*aqua*) *Fidei: Et abluit cor meum, tum infercivit illud, & in locum suum restituit. Postea adductum fuit ad me Jumentum album minus Mulo, & majus Asino.* Hìc dixit (*Cottada* cognomento) *Al Gjârûd* ad (*Anasum*:) Hoc erat [a] *Al-Borâk*: Itane, O *Abu-Hamza*? Respondit *Anas*: Ita est: Tam velox est hoc Jumentum, ut (in nictu oculi) ponat passum ultimum circuitionis suæ. [b] *Tum Ego* (inquit Mohammed) *eo vectus sum.*

*Deinde mecum processit* Gabriel, *donec pervenit* [c] *ad Cœlum mundi* (*primum.*) *Et pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respon-*

فاستخرج قلبي ثم اوتيت
بطست من ذهب مملوة ايمانا
فغسل قلبي ثم حشي ثم اعيد
ثم اوتيت بدابة دون البغل
وفوق الحمار ابيض فقال له
الجارود هو البراق يا ابا حمزة
قال انس نعم يضع خطوه عند
اقصى طرفه فحملت عليه
فانطلق بي جبرئيل حتى اتى
السماء الدنيا فاستفتح قيل من هذا

a *Al-Borâk* البراق quasi *Fulgurans*, tum ab albedine, tum ab incredibile velocitate, Mira istius Jumenti descriptio habetur ex Traditione *Abu-Horaïra* in Historia *Ascensionis*; cujus hæc sunt summa capita: وجهها كوجه الادميين وخدها كخد الفرس ... عينيها من الياقوتين مثل الكوكب الدري لهما شعاع الشمس ... لها جناحان كجناح النسر ... لها نفس كالنفس الادميين تسمع وتعقل ولا تقدر تجيب *Facies ejus est sicut facies hominis: Maxillæ ejus ut Maxillæ equi: Oculi ejus ex duobus Hyacinthis instar stellarum firmamenti radiis Solaribus fulgentium. Alas duas habet instar Aquilæ. Anima rationali præditum est, ut homines; audit, intelligit; sed non potest loquelam exprimere*, (natura sua, nisi per miraculum, uti mox audiemus.)

b *Tum Ego eo vectus sum.* At non sine multimoda prævia difficultate, uti rectè observat D. Humphr. Prideaux, sed non omninò propter rationem, quam affert, ex longa scilicet desidia a tempore Christi, quo intervallo non fuerit Propheta, quem veheret *Al-Borak.* Audiamus igitur, hujus reluctantiæ causam ex ipso Mohammede, narrante *Abu-Horaïra* loco citato: قال النبي صلعم فلما مدت يدي اليها لاركبها اضطربت بين يدي كما اضطرب الحوش في الشبكة فقال لها جبريل اسكني يا براق اما تستحيين تنبري من محمد فوالله ما ركبك احد اكرم على الله منه فقالت البراق يا جبريل او ليس قد ركبني ابراهيم الخليل حين زار ولده اسمعيل يا جبريل فلعل هذا صاحب الحوض والشفاعة صاحب شهادة ان لا اله الا الله قال جبريل اسكني يا براق فهذا محمد بن عبد الله قبيلته اليمانية وملته الحنيفة سيد ولد ادم اول النبيين والمرسلين خاتمهم والي الجنة كل الخلايق يرجون شفاعته يوم القيمة الجنة عن يمينه والنار عن شماله من صدق قوله دخل الجنة ومن كذب قوله دخل النار فانطقه الله تعالي فقالت يا جبريل سالتك بالعهد الذي بينك وبينه الا ما سالت محمد ان يدخلني في شفاعته يوم القيمة قال النبي صلعم فقلت لها اسكني يا براق فانت في شفاعتي معي في الجنة فلما ضمننا لها ذلك دنت مني لاركبها فارتفعت بي في الهوي Inquit Propheta ... *Cumque manum extendissem, ut illud conscenderem, recalcitravit coram me, quemadmodum recalcitrat Admissarius intra cancellos. Tunc Gabriel*, Sistito, *inquit*, O Borâk: Annon disces morem gerere Mohammedi? Enimverò, Per Deum! Nemo illo honoratior coram Deo usquam te conscendit. *Dixit Al-Borâk*: O Gabriel, nonne jam olim me conscendit *Ibrahim*, amicus Dei, quo tempore filium suum *Ismaelem* visitavit? O Gabriel, forte an is est Mediator, & Intercessor, & Auctor Testationis-Fidei videlicet: NON EST DEUS, NISI DEUS? *Respondit* Gabriel: Sistito, inquam, O Borâk: Hic est MOHAMMED, *Abdo'llahi* filius. Tribus ejus est Yemanitica, & Religio ejus orthodoxa. Ipse est Princeps filiorum Adami, Primus inter Prophetas, & Legatos, & illorum sigillum. Omnes creaturæ per intercessionem ejus in Paradisum ingredi sperant. A dextris ejus est Paradisus, & à sinistris ejus Ignis-Gehennæ. Quicunque sermonem ejus esse veracem professus fuerit, in Paradisum intrabit; & quisquis illum mendacii arguerit, in ignem-Gehennæ detrudetur. *Dixit Jumentum, Deus enim excelsus ei loquendi facultatem dederat*: O Gabriel, rogo te per fœdus, quod est inter te & inter illum; non enim audeo ipsum MOHAMMEDEM interpellare, ut me in Intercessionem suam admittat in die Resurrectionis. *Hic Ego dixi ei*, inquit Propheta ... Sistito, O Borâk; Tu per Intercessionem meam eris mecum in Paradiso. *Quod statim atque promisimus ei, protinùs ad me accessit: Ego illud conscendi, & evestigio in aera me sublimem sustulit.*

c *Ad cœlum.* Hoc loco narrationis suæ, Mohammed in cœlum tam rapidè fertur, ut de adventu suo ad Templum Hierosolymitanum nullam faciat mentionem, adeò ut videatur cum suo Jumento ad septem cœlos rectà ascendere. Quare necesse est, ut ad ejusdem Narrationem, quam refert *Abu-Horaïra*, revertamur, cujus hæc sunt verba: فلما جزت الي بيت المقدس فنزلت عن البراق وربطتها بالحلقة التي كانت الانبياء تربطها قبلي فدانت ودخلت الي بيت المقدس واذا انا بابراهيم وموسي وعيسي قد مثلوا لي مع انبياء كثيرة فلما رايتهم فصليت بهم *Cumque Domui sanctæ jam essem proximus ex* Al-Borâk *Jumento descendi, illudque alligavi ad annullos, ad quos Prophetæ ante me illud alligabant; inde accedens Domum sanctam ingressus sum: Et ecce Ego cum* Ibrahimo, *&* Musa (Mose,) *&* Isa (Jesu,) *qui mihi obviam facti sunt, cum magna Prophetarum multitudine, interfui: Quos cum vidissem, Precationem simul cum illis persolvi.* Ubi observandum quod dicat بهم *cum illis*, non verò عليهم *pro illis*, ut videtur legisse Guadagnolus in Libro suo *Agar*, si modo rectè interpretatus est; & ex eo vir Cl. Humphr. Prideaux, *Rogaverunt eum*, inquit, *ut pro ipsis oraret.* At in nostra Narratione nihil tale occurrit, præter faustam acclamationem, & mutuam salutationem.

dit:

قال جبريل قيل ومن معك قال
محمد قيل وقد ارسل اليه قال نعم
قيل مرحبا به فنعم المجي جا ففتح
فلما خلصت فاذا فيها ادم فقال هذا
ابوك ادم فسلم عليه فسلمت عليه
فرد السلام ثم قال مرحبا بالابن
الصالح والنبي الصالح

ثم صعد بي حتى اتى الى السماء
الثانية فاستفتح قيل من هذا
قال جبريل قيل ومن معك
قال محمد قيل وقد ارسل اليه
قال نعم قيل مرحبا به فنعم المجي
جا ففتح فلما خلصت اذا يحيى
وعيسى وهما ابنا خالة قال هذا
يحيى وعيسى فسلم عليهما فسلمت
عليهما فردا ثم قال مرحبا بالاخ
الصالح والنبي الصالح

dit: GABRIEL. *Dictum fuit* ei: Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. Dictum fuit: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat; jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem; & ecce ibi ADAM. Dixitque* (*mihi* Gabriel:) Hic est pater tuus ADAM; saluta illum. *Et salutavi eum*; *& ille salutem reddit dicens*: Quod feliciter vortat filio optimo, & Prophetæ optimo.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Feda, 6215.
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegiram 1.
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

*Deinde ascendit mecum ad Cœlum secundum; & pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*: Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. *Dictum fuit*: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat; jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem, ecce* YAHIA (Johannes,) & [1] ISA (Jesus,) iique ambo filii materteræ. *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Ii sunt YAHIA, & ISA; saluta illos. *Et salutavi eos. Et ambo salutem reddiderunt dicentes*: Quod feliciter vortat fratri optimo, & Prophetæ optimo.

1 *Isa.* Hic ponitur *Jesus* simul cum *Johanne* in secundo cœlo; Idem fit in alia Narratione ex Traditione Abu-Horairæ. At in Libro *Agar* ex Interpretatione Philippi Guadagnoli, ambo ab invicem separantur, ita ut *Johannes* ponatur in cœlo sexto, JESUS autem in cœlo omnium supremo, nempe septimo, collocetur, quæ sedes in prædictis Narrationibus Abrahamo assignatur. Præterea apud nostros Auctores modus, quo Mohammed *Jesum*, & *Johannem* salutat, & ambo illum vicissim salutant, idem prorsus est, qui in antecedentibus & subsequentibus usurpatur, in quibus nihil aliud observatur præterquam faustæ acclamationes pro læto adventu. At vero Guadagnolus ex Libro *Agar*, pag. 160. *Hìc autem*, ait, *non inquiunt Christum Mahometi orationibus se commendasse*; *sed econtra Marometum Christo.* Quæ verba vir cl. Humphr. Prideaux, postquam vernacule fideliter reddidit, p.53. recte omnino concludit, quod Mohammed JESUM CHRISTUM *seipso majorem certissimè agnoverit*; addit que *eum ita fecisse, ut Christianis, pro more suo, per totam Imposturæ suæ scenam, assentaretur* Ego vero hanc piam fraudem ipsi Auctori Libri *Agar* attribuerim; qui, ut placeret Christianis, JESUM non solum in septimo cœlo collocavit, sed & Mohammedem ejus orationibus se commendantem, contra suorum hominum sententiam, repræsentat. Certum est enim Mohammedem nullam creaturarum sibi superiorem agnovisse. Debuerat profecto Guadagnolus ipsa verba Arabica, quæ sunt tanti momenti, prout in Libro *Agar* extant, in medium proferre, unde melius de toto hoc negotio judicaremus: sed neque illa habet in Apologia sua Latina, quæ prodiit Romæ A. D. 1631. neque, quod mirum est, in ejusdem Apologiæ suæ Arabica versione a se adornata an. 1637. Quid? quod ipsa Historia *Ascensionis* ex Libro *Agar* ibi non comparet, quamvis is esset proprius locus, nisi quod summa ejus capita perfunctorie, & stylo plane barbaro, ut est reliquum Operis, decem linearum compendio, attingere contentus fuit. An veritus est Guadagnolus, si Textum Arabicum apposuisset, virgulam censoriam Antagonistæ, viri acutissimi judicii, Ahmedis Ebn-Zin Alabeddini Persæ? de quo v. cl. Humphr. Prideaux ad calcem Vitæ Moham. Edit. 6. p. 261. Quidquid sit, contrarium evincitur ex Narratione *Abu-Horairæ* in Libro de *Ascensione* Mohammedis in cœlum. Nam in colloquio, quod habuit Mohammed cum Deo, inter alia multa, hæc notatu digna habentur: فقلت الهي فلا اسلك شيا فقال الله تعالى سل فاني اليت على نفسي من قبل ان اخلق ادم بالفي عام ان اعطيك الرضى *Dixi Ego* (Mohammed) O Deus meus! Nonne aliquid rogabo te? *Respondit Deus O. M.* Roga: Ego enim mille annis antequam Adamum crearem, per memetipsum juravi me tibi gratiam daturum. Pergit Mohammed: الهي وسيدي خلقت ادم بيدك ونفخت فيه من روحك واسجدت له ملايكة , O Deus meus, & Dominus meus: Creasti Adamum formans eum manibus tuis; insufflasti in eum de Spiritu tuo, & præcepisti Angelis, ut eum adorarent &c. Tum postquam Abrahami, Mosis, Davidis, Henochi, & Salomonis prærogativas descripsit, hæc habet: وخلقت عيسى من روحك وكلمتك وهل فضلتني كما فضلتهم وهل اعطيتني كما اعطيتهم Et creavisti ISAM (Jesum) de Spiritu tuo, & Verbo tuo. Annon mihi excellentiam contulisti, quemadmodum contulisti eis? Nonne dedisti mihi, quemadmodum dedisti eis? Hìc postquam Deus Mohammedis prærogativas declaravit majores esse Prærogativis Adami, Abrahami, Mosis, &c. jam comparationem instituit Jesum inter & Mohammedem his verbis: وان كنت خلقت عيسى من روحي وكلمتي فقد انت محمد فقرنت اسمك مع اسمي فلا اذكر في السماء ولا في الارض الا ذكرت معي ولا اقبل من مومن ولا من مصل صلاة الا ان يشهد ان لا اله الا الله وانك رسول الله لانا محمود وانت محمد وامتك الحامدون Quod si ISAM (Jesum) creavi de Spiritu meo, & Verbo meo: At vero tu es MOHAMMED: Nomen tuum exarasi cum Nomine meo: Neque mentio fit in cœlis, aut in terra, quin tui mecum fiat etiam mentio: Neque suscipiam sive præconis ad preces populum vocantis, sive ipsius precantis precationem, nisi Testationem hanc pronunciet; Non esse Deum nisi Deum, teque esse APOSTOLUM DEI. Ego sum nomine meo MAHMUD (i. e. *Laudatus*,) & Tu MOHAMMED (i. e. *Laudatissimus*;)

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215.
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegjram 1.
Ætatis Mohammedi, 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

*Deinde ascendit mecum ad cœlum tertium; & pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*: Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. *Dictum fuit*: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat, jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem, ecce* JOSEPH. *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Hic est JOSEPH; saluta illum. *Et salutavi eum. Et ille salutem reddidit dicens*: Quod feliciter vortat fratri optimo, & Prophetæ optimo.

ثم صعد بي الي السما الثالثة فاستفتح فقيل من هذا قال جبرديل قيل ومن معك قال محمد وقيل وقد ارسل اليه قال نعم قيل مرحبا به فنعم المجي جاء ففتح فلما خلصت اذا يوسف قال هذا يوسف فسلم عليه فسلمت عليه فرد ثم قال مرحبا بالاخ الصالح والنبي الصالح

*Deinde ascendit mecum ad cœlum quartum; & pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*: Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. *Dictum fuit*: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat, jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem*, & ecce EDRIS (Henoch.) *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Hic est EDRIS; saluta illum. *Et salutavi eum. Et ille salutem reddidit dicens*: Quod feliciter vortat fratri optimo, & Prophetæ optimo.

ثم صعد بي حتى اتى الى السماء الرابعة فاستفتح قيل من هذا قال جبرديل قيل ومن معك قال محمد قيل وقد ارسل اليه قال نعم قيل مرحبا به فنعم المجي جاء ففتح فلما خلصت فاذا ادريس قال هذا ادريس فسلم عليه فسلمت عليه فرد ثم قال مرحبا بالاخ الصالح والنبي الصالح

*Deinde ascendit mecum ad cœlum quintum; & pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*: Quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. *Dictum fuit*: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat; jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem, & ecce* AHARON. *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Hic est AHARON: saluta illum. *Et salutavi eum. Et ille salutem reddidit dicens*: Quod feliciter vortat fratri optimo, & Prophetæ optimo.

ثم صعد بي حتى اتى السماء الخامسة فاستفتح قيل من هذا قال جبرديل قيل ومن معك قال محمد قيل وقد ارسل اليه قال نعم قيل مرحبا به ونعم المجي جاء ففتح فلما خلصت فاذا اهرون قال هذا اهرون فسلم عليه فسلمت عليه فرد ثم قال مرحبا بالاخ الصالح والنبي الصالح

*Deinde ascendit mecum ad cœlum sextum; & pulsavit januam. Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*: Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED. *Dictum fuit*: Jamne missus est APOSTOLUS? *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat; jam gratissimus advenerit. *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem, & ecce* MUSA (Moses.) *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Hic est MUSA; saluta illum. *Et salutavi eum. Et ille salutem reddidit dicens*: Quod feliciter vortat fratri optimo, & Prophetæ optimo.

ثم صعد بي حتى اتى السماء السادسة فاستفتح قيل من هذا قال جبرديل قيل ومن معك قال محمد قيل وقد ارسل اليه قال نعم قيل مرحبا به ونعم المجي جاء ففتح فلما خلصت فاذا موسى فقال هذا موسى فسلم عليه فسلمت عليه فرد ثم قال مرحبا بالاخ الصالح والنبي الصالح

*Cumque Ego propiùs accessissem, cœpit flere. Dixerunt ei*: Quare fles? *Respondit*: Eo quod Puer post me missus sit, ex cujus gente plures

فلما تجاوزت ابكي فقيل ما يبكيك قال لان غلاما بعث بعدي يدخل الجنة

& Gens tua AL-HAMEDUN (i. e. *Laudantes*.) Quærat fortè aliquis an omnes Mohammedani, ita sentiant de suo Propheta? Respondeat pro omnibus unus Kessæus in vitis Prophetarum, qui Deum sic cum Mose colloquentem inducit: يا موسى لم اخلق خلقا اكرم علي منه وان جميع المرسلين قبلك امنوا به وهو اول نبي يذكر واخر نبي يقبر واول نبي يحشر وهو افضل الانبياء واسمه محمد واسمي المحمود وقد شققت اسمه من اسمي O Musa, *creaturam eo* (Mohammede) *apud Me honoratiorem creavi nullam: Legati omnes ante te in illum crediderunt. Primus ille est Propheta, qui memoratus sit; & ultimus Propheta, qui sepeliendus est: Primus est etiam Propheta, qui resuscitandus est: Ille est Prophetarum præstantissimus: Nomen ejus est MOHAMMED; & Nomen meum est MAHMUD: Ac proinde Nomen ejus à Nomine meo derivavi.*

Para-

من امتى اكثر ممن يدخلها من امتي

Paradisum ingredientur, quam qui ex gente mea ingressuri sunt

ثم صعد بي حتى اتى الى السماء السابعة فاستفتح جبريل فقيل من هذا قال جبريل قيل ومن معك قال محمد قال وقد بعث اليه قال نعم قيل مرحبا به فنعم المجي جاء ... فلما خلصت فاذا ابرهيم قال هذا ابوك ابرهيم فسلم عليه ... فرد السلام ثم قال مرحبا بالابن الصالح والنبي الصالح

*Deinde ascendit mecum ad cœlum septimum, & pulsavit januam* Gabriel. *Dictum fuit ei*: Quis est hic? *Respondit*: GABRIEL. *Dictum fuit ei*. Et quis est tecum? *Respondit*: MOHAMMED *Dictum fuit* Jamne missus est APOSTOLUS?[1] *Respondit*: Etiam. *Dictum fuit*: Quod ei feliciter vortat, jam gratissimus advenerit *Et aperta fuit janua. Cumque introgressus essem, & ecce* IBRAHIM (Abraham) *Dixit* (*mihi* Gabriel:) Hic est pater tuus IBRAHIM, saluta illum. *Et salutavi eum. Et reddidit salutem dicens*: Quod feliciter vortat filio optimo, & Prophetæ optimo.

Anno ab O C sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6215
A Nativitate Christi 630
Ante Hegjram 1
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12

ثم رفعت الى سدرة المنتهى فاذا نبقها مثل قلال هجر واذا ورقها مثل اذان الفيلة قال هذا سدرة المنتهى واذا اربعة انهار نهران باطنان ونهران ظاهران فقلت ما هذان يا جبريل قال اما الباطنان فنهران في الجنة واما الظاهران فالنيل والفرات

*Deinde sursum elevatus fui ad Arborem dictam* [a] Sedrat (*seu* Lotum) Termini, (i. e. *ultra quam nefas est progredi.*) *cujus fructus sunt sicut Hydriæ* Hagjrenses, *& folia instar auricularum* Elephantis Hæc est, *inquit*, Arbor *Loti termini. Ibi etiam erant* [b] *quatuor Fluvii, quorum duo sunt interiores, & duo exteriores. Et dixi*: Quinam sunt illi Fluvii, *O Gabriel*? *Respondit* Et quidem duo Fluvii Interiores in Paradiso decurrunt, Exteriores autem sunt *Nilus*, & *Euphrates*

ثم رفع لي البيت المعمور يدخله كل يوم سبعون الف ملك

*Deinde sustulit me* [c] *ad Domum* Al Ma'mur, i. e Visitatam, *in quam intrant qualibet die septuaginta millia Angelorum.*

a *Sedrat Termini* Hujus mentio est Al Cor Sur 53 v 14 In Historia Ascensionis majore ex Traditione Abu-Horairæ, Ebn Abbas, qui Narranti Mohammedi præsens aderat, hoc loco Prophetam interpellans, *Et quænam est*, inquit, *Arbor* Sedrat? Respondit O Ebn Abbas, *Arbor* Sedrat اصلها من ... ولبن ... العسل لو اجتمع عليها ... من ثمارها ... *Duo ... est Lacte, & ... Melle si ad eam omnes creaturæ Dei congregarentur, unum ex ejus fructibus, illis sustentandis, ... operante Dei O M potentia, sufficeret* Gelalo'ddinus loco A Cor citato, ... العرش ... Sedrat, inquit, *est Arbor* Nebec (Lotus) *a dextris Throni, ultra quam ullum Angelorum aliorumve progredi nefas* Quare ibi reliquit Mohammedem Angelus Gabriel, postquam tamen ostendit ei quatuor flumina, & *Domum Visitatam*

b *Quatuor Fluvii* Fons, e quo emanant isti fluvii, sub arbore *Sedrat* scaturit, Ejus nomen discimus ex Al Cor Sur 76 v 18, ... *Fons est in eo* (Paradiso,) *qui nominatur* Salsabil Composita dictio, ex سلسال *effudit cum impetu*, & ... *mictus, mingendi actio* Estque ... *vehementissimus cursu*, inquiunt Interpretes Hic tantum habemus nomina duorum fluviorum, sed Narratio ex Traditione Abu Horairæ omnes quatuor recenset, explicante Angelo Asrafiele, qui in Gabrielis locum successerat اما النهر الاول فهو الكوثر واما الثاني فنيل مصر واما الثالث فسيحان واما الرابع فجيحان *Primus fluvius est* Al-Cawther, *secundus* Nilus Ægypti, *tertius* Sihân, *quartus* Gjihân Hos ait يجري من تحت العرش *fluere de subtùs Throno* (Dei)

c *Ad Domum Al Ma'mûr*, i e *Visitatam*, propter multitudinem Angelorum, qui eam quotidie visitant. Alterum ejus nomen discimus ex Traditione Ebn-Abbas, quam refert Al Gjuzi de Ritibus Peregrinationis Meccanæ cap 77 قال رسول الله صلعم البيت الذي في السماء يقال له الضراح وهو بمثل البيت الحرام لو سقط سقط عليه *Aiebat Apostolus Dei* Domus illa, quæ in cœlis est, appellatur *Al-Dhorâh* (i e *Longe-dissita*) Ædificata est ad instar ædificii Domûs *Al-Harâm* (i e Templi sacri Meccani) Quod si illa (quæ in cœlo est caderet, in hanc (quæ in terra est,) perpendiculariter caderet. Ex Narratione Abu-Horairæ sic illam describit Mohammed هو من الياقوت الاحمر والقناديل من حوله مسرجة ورايت الملايكة يطوفون من حوله فطفت معهم اسبوعا فقالت لي الملايكة اتدري منذ كم نحج هذا البيت ... قالوا من قبل ان يخلق الله تعالى ابوك ادم بالفي سنة من طاف به من هذا العالم لم يطف حوله والى يوم القيامة

*Domus* Al Ma'mûr *ædificata est ex* Hyacinthis rubris *sunt circa illam innumeræ Lampades, seu Candelæ continuò ardentes Cumque vidissem Angelos circa illam circuitiones sacras peragentes, cœpi & Ego cum illis circuitiones septenas peragere Tunc dixerunt mihi Angeli* Nostine à quo tempore cæpimus ad hanc Domum Peregrinationis causa ventitare? *Respondi* Nequaquam *Dixerunt*. Mille annis antequam Deus O M. *Adamum* patrem tuum crearet Quisquis ex nobis circuitiones circa illam peregerit, is illam non est circumiturus

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6215
A Nativitate Christi 630
Ante Hegjram I
Ætatis Mohammedis 52
Missionis ejus Propheticæ 12

*Ibi allata sunt ad me* [a] *tria Vasa, unum* Vini, *alterum* Lactis, *& tertium* Mellis. (*Ego vero Lac bibi*) *Et dixit* (*mihi* Gabriel:) Hæc est auspicatior forma, quæ tibi & Genti tuæ incumbit. *Denique*, [b] (*cum ad Thronum Dei accessissem*,) *præscriptæ sunt mihi quinquagenæ Precationes quolibet die. Cumque* (*a Throno Dei*) *reverterer, transivi juxta* Mûsam (Mosem,) *qui dixit mihi*. Quidnam jussus es? *Respondi*. Jussus sum persolvere quolibet die quinquaginta Precationes. *Tum ille*, scilicet, *inquit*, poteris quinquaginta Precationes quolibet die complere? Ego verò, Per Deum! jam talem experientiam feci in hominibus ante te, nam tentavi filios *Israelis*, sed irritus fuit conatus: Revertere igitur ad Dominum tuum, & roga imminutionem pro Gente tua. *Redii itaque, & (Deus) mihi decem Precationes detraxit. Cumque reversus essem ad* Mosen, *dixit mihi eundem in modum. Redii igitur (ad Deum) Et mihi decem (Precationes) detraxit. Cumque reversus essem ad* Mosen, *dixit mihi eundem in modum. Quare redii (ad Deum.) Et mihi decem Precationes detraxit. Cumque reversus essem ad* Mosen, *dixit mihi eundem in modum. Redii ergo (ad Deum) Et jussus sum decem Precationes quolibet die persolvere. Cumque reversus essem ad* Mosen, *dixit mihi eundem in modum. Redii igitur (ad Deum) Et jussus sum quinque Precationes complere unoquoque die. Cumque reversus essem ad* Mosen, *dixit mihi*: Quidnam jussus es? *Respondi*. Jussus sum [c] quinque Precationes complere unoquo-

ثم اتيت باناء من خمر واناء من
لبن واناء من عسل فقال هي الفطرة
التي انت عليها وامتك
ثم فرضت علي الصلوة خمسين
صلوة كل يوم فرجعت فمررت
علي موسى فقال بم امرت قال
امرت بخمسين صلوة كل يوم
قال ان امتك لا تستطيع خمسين صلوة
كل يوم واني والله قد جربت
الناس قبلك وعالجت بني اسرائيل
اشد المعالجة فارجع الى ربك
فسله التخفيف لامتك فرجعت
فوضع عني عشرا فرجعت الى موسى
فقال مثله فرجعت فوضع عني
عشرا فرجعت الى موسى فقال مثله
فرجعت فوضع عني عشرا فرجعت
الى موسى فقال مثله فرجعت
فامرت بعشر صلوات كل يوم
فرجعت الى موسى فقال مثله
فرجعت فامرت بخمس صلوات كل
يوم فرجعت الى موسى فقال بما امرت
قلت امرت بخمس صلوات كل يوم

usque ad tempus Resurrectionis. Haud à proposito alienum fuerit, si observemus Ecclesiæ primitivæ Christianos, de situ *Jerusalem* cœlestis respectu *Jerusalem* terrestris, eandem fovisse opinionem cum Mohammedanis. Nam in Libro Apocrypho *Revelationis S. Petri*, cujus versio Arabica extat in Biblioth. Bodleiana, cap. 27. postquam JESUS *Petro* de creatione septem cœlorum, & Angelorum mentionem fecit, Jerusalem cœlestis descriptionem inchoans sic loquitur. وجاعلها اورسالم العالية فوق الماء الذي فوق السماء الثالثة معلقة على اورسالم السفلى وادها فوقها فعلها وبناها من نور وقرنها من نار *Et creavimus* Jerusalem *superiorem supra aquas, quæ sunt supra cœlum tertium, suspensam super* Jerusalem *inferiorem. Illa enim supra hanc perpendiculariter imminet. Ædificium ejus ex Luce, Bases ejus ex Igne.* &c.

a *Tria Vasa*. In alia Traditione ex Abu-Horairâ apud Al Bocharium, duo tantum vasa ponuntur, ثم اتيت باناءين في احدهما لبن وفي الاخر خمر فقال اشرب ايهما شئت فاخذت اللبن فشربته فقيل اخذت الفطرة اما انك لو اخذت الخمر غوت امتك *Deinde allata sunt mihi duo vasa, in quorum uno erat* Lac, *in altero autem* Vinum. *Dixit mihi* (Gabriel.) Utrumvis bibito. *Et accepi* Lac, *& bibi. Dictum fuit mihi*, Auspicato cepisti, si enim *vinum* accepisses, à recto trami e deviasset Gens tua.

b (*Cum ad Thronum Dei accessissem.*) Hæc in Parenthesi apposuimus, ad supplendum Narrationi defectum, quæ hoc loco ex Traditione *Abu-Horairæ* amplissima est. Ne verò modum excedamus, contenti erimus, hæc pauca, quæ ad propositum faciunt ex illa excerpere. Postquam igitur ultra Arborem *Loti Termini*, & *Domum Visitatam* per immensa spatia processisset, *Tandem*, inquit Mohammed, فادناني ربي منه فذلك قوله تعالى فكان قاب قوسين او ادنى فاوحى الى عبده ما اوحى ما كذب الفؤاد ما راى *Accedere me fecit Dominus meus ad se, juxta hæc verba ipsius Dei O. M.* (Al-Cor. Sur. 53. v. 9. & seqq.) Tum fuit vicinus (Mohammed Throno Dei) ad intervallum duorum arcuum (sive duorum cubitorum) vel eo propior. Et revelavit (Deus) servo suo id, quod revelavit. Non finxit-mendaciter cor (Mohammedis) id, quod vidit. *Deinde* pergit Mohammed, ووضع ربي احدى يديه على صدري والاخرى على كتفي حتى وجدت بردهما على فؤادي ووجدت عند ذلك حلاوة وطيبا من لذاذة وريحه *Posuit Dominus meus unam manuum suarum super pectus meum, & alteram super humerum meum, & illicò sensi illarum frigiditatem usque ad præcordia mea penetravisse, atque inde incredibilem dulcedinem, & fragrantiam ex suavitate præsentiæ ejus propinquiorus percepi.* Sequitur longissimum, Deum inter & Mohammedem, Colloquium, à quo impræsentiarum abstinemus.

c *Quinque precationes*. Hæc est prima Institutio Liturgiæ Mohammedanorum quotidianæ, qua quidem nulla potest esse nobilior, utpote quæ à Throno ipsius Dei immediatè processisse creditur. Sunt autem Quinque numero, non Formulis Precandi diversæ, quum una eademque sit Formula pro omnibus toties repetita, sed statis diei, ac noctis temporibus persolvendæ, juxta illud Al-Corani Sur. 5. v. 7. ان الصلوة كانت على المومنين كتابا موقوتا *Precatio est Fidelibus Præscriptum suis temporibus statutum.* Quinque Preca-

que

قال ان امتك لا تستطيع خمس صلوات كل يوم واني قد جربت الناس قبلك وعالجت بني اسرايل اشد المعالجة فارجع الى ربك فسالة التخفيف لامتك قلت سالت ربي حتي استحييت ولكني ارضى واسلم

que die. *Tum ille*: Profectò Gens tua non poterit quinque Precationes absolvere unoquoque die: Ego enim jam experimentum feci in hominibus ante te, & tentavi filios *Israelis*, sed irrito conatu: Revertere igitur ad Dominum tuum; & roga illum ut adhuc Genti tuæ imminutionem faciat. *Respondi*: Toties jam rogavi Dominum meum, ut me tandem pudeat. *Atque his dictis valedixi, & salutem ei apprecatus sum.*

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215. A Nativitate Christi 630. Ante Hegjram 1. Ætatis Mohammedis 52. Missionis ejus Propheticæ 12.

قال فلما جاوزت ناداني مناد امضيت فريضتي وخففت عن عبادي

*Cumque ulteriùs progressus essem, vocavit me Præco. Et mecum attuli præstitutum mihi Precationum numerum; sicque hominibus meis* [a] *onus levius feci.*

ثنا الحميدي قال ثنا سفيان قال ثنا عمرو عن عكرمة عن ابن عباس في قوله وما جعلنا الرويا التي اريناك الا فتنة للناس

Narrabat *Al-Homaidi* inquiens: Narrabat *Safein* inquiens: Narrabat *Amrû* ex *Acrema*, ex *Ebn-Abbas* exponens hoc dictum (Al-Corani:) **Non posuimus Visionem-nocturnam, quam ostendimus tibi, nisi* [b] *ad disceptationem hominibus.*

*Al-Cor. Sur. v 16.

tiones hoc ordine recensentur: 1. صلوة الفجر *Precatio Auroræ*, Sur. 24. v. 59. Turcice صباح نمازی *Precatio Matutina*; cujus tempus est illucescente Aurora, quamdiu non ortus fuerit Sol. 2. صلوة الظهر *Precatio Meridiei*, Sur. 24. v. 59. Turcice اويله نمازی *Precatio Meridiana*, cujus tempus est, cum Sol incipit a Meridiano circulo declinare ad occasum, donec umbra cujuslibet rei sit duplo major quam ipsa res 3. صلوة العصر *Precatio Pomeridiani-temporis*, Sur 103. Titulo, & v. 1. Turcice ايكندي نمازی *Precatio Pomeridiana*; cujus tempus est post declinationem Solis, quamdiu non occubuerit. 4. صلوة المغرب *Precatio Occasûs*, vel زلفا من الليل *primæ-partis noctis*, i. e. post occasum Solis, & antequam Cœna sumatur. Surat. 11. v. 115. Turcice اخشام نمازی *Precatio Serotina*; cujus tempus est, cum occidet Sol, usque ad finem crepusculi. 5. صلوة العشاء *Precatio Vesperæ*, Sur. 24. v. 59. Turcice ياتسي نمازی *Precatio decubitûs*, seu antequam eant cubitum; cujus tempus est a fine crepusculi, usque ad primam vigiliam noctis. Additur Sexta, quæ non est ex præcepto, sed supererogationis, nempe صلوة وتر *Precatio singularis*; cujus tempus est à prima vigilia noctis, usque ad Auroram. His omnibus præmitti debet الطهارة *Purificatio*, cujus ritus his verbis præscribitur Al-Cor. Sur. 5. v. 8. يا ايها الذين امنوا اذا قمتم الى الصلوة فاغسلوا وجوهكم وايديكم الى المرافق وامسحوا بروسكم وارجلكم الى الكعبين *O vos, qui credidistis; cum steteritis ad* Precationem, *abluite facies vestras, & manus vestras usque ad cubitum, & perfricate capita vestra, & pedes vestros usque ad talos, &c.* Deinde ipsæ Precationes cum variis ceremoniis, & ritibus persolvuntur, quæ non sunt hujus loci. Vid. Hadrian. Reland. de Relig. Moham. cap. 8, & 9. & Auctores, quos laudat p. 86 Edit. 2. an. 1717.

a *Onus levius feci.* In alia Narratione *Ascensionis*, quæ extat Al-Bocharii Tomo I. circa finem Titulo *de Angelis*, adduntur hæc verba: واجري الخمسة عشرا *Adeo ut una quælibet, ex quinque, decem* (Precationibus) *æquivaleat.*

b *Ad disceptationem hominibus.* فتنة *Tentatio*; sed hoc loco magis propriè, *Contentio, rixa, discordia, jurgium, disceptatio*, qualis exorta fuit Mohammedem inter & Koraishitas statim atque ex Itinere nocturno reversus visiones suas illis narravit. Cujus rei satis sibi conscius Gabrielem, qui ipsum *Meccam* ab *Hierosolymis* jumento *Al-Borak* vectum reduxerat, sic alloquutus est, ex Traditione *Abu-Horairæ*: يا جبريل ان قومي لا يصدقونني فقال يا محمد ان كذب قومك صدقك ابو بكر وهو الصديق الاكبر O Gabriel, *certè populus meus mendacii me arguet, neque mihi fidem adhibituri sunt.* Sed respondit Gabriel: *Si te mendacii arguat populus tuus, at vero* Abu-Becr *te veracem prædicaturus est. Ille enim est* Al-Seddik, *Testis fidelis magnus.* Quibus verbis confirmatus visionem suam in cœtu publico palàm evulgavit; & revera *Abu-Becr* omnia, & singula, quæ Mohammed narrabat, vera esse asseruit, atque hæc, quidquid *Abu-Gjehel*, aliique adversarii contra obniterentur, authoritate sua, & testimonio comprobavit. Quod ut ita faceret, ne omninò bardus, & nimium credulus videretur, insigni miraculo eo inductum ferunt *Abu-Becrum.* Cum enim urgeret *Abu-Gjehel*, ut Mohammed, si quidem Templum Hierosolymitanum se vidisse jactabat, illud quale erat, præsentibus omnibus describeret; hic hærenti Mohammedi, quippe qui Templum tantùm noctu viderat, opportune adfuit *Gabriel*, & ipsi ante oculos Typum, in quo Templi forma porticus, adyta, fores, & candelabra graphice depicta erant, cujus ope omnibus illorum quæstionibus prompte, ac nullo negotio satisfecit. Sed audiamus ipsum Mohammedem tantum miraculum narrantem, uti habetur in Al-Bocharii Sonna sub Titulo حديث الاسراء *Historia Itineris-nocturni*: لما كذبتني قريش قمت في الحجر فجلى الله لي بيت المقدس فطفقت اخبرهم عن اياته فانا انظر اليه i. e. *Dum* Koraishitæ *mendacii me arguerent, Ego stabam in petra: Et tunc Deus Typum Domus sanctæ*, (Templi Hierosolymitani *per* Gabrielem) *mihi repræsentavit. Atque illius ope cæpi illis ad amussim omnia Domus Sanctæ signa, (quæ ad formam & structuram ejus pertinebant,) describere, interea dum oculos ad Typum illum intentos haberem.* Eadem paulo fusiùs habet Narratio ex Abu-Horaira, additque, فقال القوم ان هذا الهو العجب اصاب في كلما قال فطابت نفس ابي بكر وقال صدقت يا محمد يا رسول الله ثم قال

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegjram 1.
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

Innuit (Deus) Visionem-nocturnam, quam ostendit Apostolo Dei... eâ nocte, qua translatus, est [a] ad Domum sanctam (seu Templum Hierosolymitanum.) Tum addit: *Et Arborem maledictam in Al Corano.* Hæc est Arbor [b] *Al-Zakkûm.*

قال هي رويا عين اريها النبي رسول الله صلعم ليلة اسري به الي بيت المقدس قال والشجرة الملعونة في القران هي شجرة الزقوم

## CAP. XX.

De Obedientia (*seu* Inauguratione) *prima-vice facta* (Mohammedi) *in* (*loco dicto*) Al-Akaba.

ذكر بيعة العقبة الاولى

CUM itaque adesset [c] Annus acceptus, turba [d] duodecim virorum ex *Ansariis*, (seu *Adjutoribus* ab *Medina Meccam*) accessit. Atque Obedientiam & Fidem Apostolo Dei...

فلما كان العام المقبل وافى الموسم ادنا عشر رجال من الانصار فبايعوا رسول الله صلعم

ابو بكر انك لرسول الله حقا وانك لصدوق فقال رسول الله صلعم وانت الصديق الاكبر

*Tunc exclamavit populus*: Res hujusmodi ad Miraculum proxime accedit, in omnibus quæ ille dixit. *Et bono animo esse cæpit* Abu-Becr *dixitque*: Verax es tu, O MOHAMMED, O APOSTOLE DEI! Tu dignus es, qui sis APOSTOLUS Dei verus, Te, inquam, SADIK, i. e. *Veracem* prædico. *Respondit Apostolus Dei*... Et Tu es, O *Abu-Becre*, *Al-Seddik*, i. e. Testis verax magnus. *Nihilominus tamen*, inquit Abu-Horaira, ارتد دعر من الناس ممن كان امن ودخل في الاسلام ويدين ممن لم يكن امن في فتنة وذلك قول الله تعالى, *Nonnulli homines à Fide resilierunt, qui quidem jam crediderant, & Islamismum amplexi fuerant, cæteri autem, qui non crediderant, in disceptatione pertinacius persistere, juxta illud Dei O. M. dictum* (Al Cor. Sur. 17. v. 61.) Non posuimus Visionem-nocturnam, quam ostendimus tibi, nisi ad Disceptationem hominibus.

a *Ad Domum Sanctum.* Iter-nocturnum Mohammedis ad Templum Hierosolymitanum non fuit incognitum ipsi Patriarchæ Hierosolymitano, idque nec sine Miraculo, quod sic narrat Ahmed Ben Joseph, Histor. Parte 1 cap. 40. لما بعث رسول الله صلعم دحية الكلبي الي قيصر يدعوه لتوحيد الله تعالي كان بطريق بيت المقدس واقفا عند راسه فذكر قصة الاسرا فقال البطريق قد علمت به تلك الليلة فنظر اليه قيصر فقال ما اعلمك بهذا قال كنت لا انام كل ليلة حتي اغلق ابواب المسجد فلما كانت تلك الليلة اغلقت الابواب كلها غير باب واحد فلم استطع ان احركه فدعوت النجارين فنظروا اليه فقالوا هذا باب سقط عليه النجاف والبنيان فلا نستطيع ان نحركه فتركت الباب مفتوحا فلما اصبحت غدوت اليه واذا الحجر الذي من زاوية المسجد مثقوب واذا فيه اثر مربط الدابة فقلت لاصحابي ما حبس هذا الباب الليلة الا لاجل نبي دصلي فيه *Quo tempore* (videlicet anno Hegjræ septimo) *misit Apostolus Dei*... Rahiam Al-Calbitam *ad* Cæsarem, (Heraclium,) *ut illum ad unius Dei O. M. Professionem invitaret*, *ibi tunc fortè aderat Patriarcha Hierosolymitanus stans ad caput ejus*, *interea dum ille Historiam Itineris-nocturni Cæsari narraret*. *Dixit Patriarcha*. Ego istud novi illa nocte factum. *Hunc intuitus* Cæsar, unde, *inquit*, hujusmodi novisti? *Respondit* Ego nulla nocte somnum capiebam, quin prius Templi portas clausissem. Cum autem illa nocte portas omnes de more clauderem, una tantum fuit, quam nullo modo potui movere. Advocavi igitur Fabros lignarios, qui, cum Portam inspexissent, dixerunt: super hanc Portam subsidit superliminare, & ipsum ædificium, adeo ut nobis impossibile sit illam movere. Quare coactus sum eam apertam relinquere. Mane autem facto, ad illam summo diluculo me contuli: & ecce Lapis, ab angulo Templi positus, erat perforatus, & in eo vestigium loci, quo alligatum fuerat Jumentum apparuit! Dixi itaque iis, qui præsentes aderant: Hæc Porta nusquam cohibetur, nisi ob eam rationem, quòd aliquis Propheta ibi precatus fuerit.

b *Al Zakkûm.* Est arboris spinosæ species ferentis fructus *Amygdalæ* forma, & amarissimos, ex quibus *Butyro* & *Dactylis* commixtis sit cibi Arabici genus. Hujus arborem similem esse in Gehenna aiebat Mohammed, Al-Cor. Sur. 37. v. 65. الزقوم انها شجرة تخرج من اصل الجحيم طلعها كانه روس الشياطين فانهم لاكلون منها فمالون منها البطون Al-Zakkûm, *est arbor, quæ egreditur ex imo Gehennæ, cujus fructus sunt sicuti capita Diabolorum. Atque illi* (Impii) *vescentur ex eis, & ex eis implebunt ventres.* De hac Arbore etiam magnæ inter Koraishitas ortæ sunt contentiones: Aiebant enim, referente Gelalo'ddino: النار تحرق الشجر فكيف تنبته *Ignis consumit arbores; quomodo igitur potest illam Arborem producere?* Idcircò inquit Deus Ibid. v. 64. جعلناها فتنة للظالمين *Posuimus illam disceptationem Iniquis.*

c *Annus acceptus.* Videlicet Missionis Propheticæ duodecimus. مقبل *Acceptus*, sic dicitur, tum quia tunc accesserunt Ansarii, & prima vice Mohammedi Juramentum obedientiæ solemniter præstiterunt, atque Inaugurarunt in Principem, tum quia ille juramentum illorum suscepit. Quæ quidem solemnitas postea majori cum apparatu facta est secunda vice. Denique eadem tertia vice cum omni pompa celebrata fuit post Expugnationem Meccæ, uti suis locis videbimus.

d *Duodecim virorum. Ex his*, inquit Al-Kodaius, *erant.* عشرة من الخزرج ورجلان من الاوس *decem* Chazregjitæ, *& duo* Awsitæ. Inter Chazregjitas fuerunt sex illi, qui prius Mohammedem convenerant in *Al-Akaba*, referente *Ebn-Ishak* in Libro dicto الانوار *Splendores &c.* Auctore *Abu-Zeid*, videlicet

præsti-

بيعة النساء وذلك قبل ان يعرض
عليهم الحرب وبيعة النساء في المبايعة
على ان لا يشركوا بالله شيئا ولا
يسرقوا ولا يزنوا ولا يقتلوا اولادهم
وبعث معهم [illegible] مصعب
[illegible]
[illegible] لمعلمهم شرائع
الاسلام والقران

præstiterunt; Obedientiam scilicet Fœminarum, idque absque eo quod belli gerendi necessitas tunc eis imponeretur. [a] Juramentum autem Fœminarum, quæ obedientiam præstiterunt, in eo consistebat. *Ne Deo rem ullam associarent: Ne furarentur Ne fornicarentur. Neve proprios liberos necarent.* Quibus ita peractis, misit cum eis Apostolus Dei . . . *Mosa abum* filium *Omairi*, filii *Hâshemi*, filii *Abd-Menâfi*, filii *Abdo l-Dâri*, qui illos Leges, & Ritus Islamismi doceret, & Al-Coranum prælegeret.

Anno ab O. C. sive [illegible] Ipsius Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215
A Nativitate Christi 630
Ante Hegjram 1
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12

ولما قدم مصعب المدينة نزل
على اسعد بن زرارة وهو احد الستة
الذين بايعوا رسول الله صلعم في
العقبة [illegible] حائط من حوائط بني ظفر
وكان سعد بن معاذ سيد الاوس
ابن خالة اسعد بن زرارة وكان اسيد
بن حضير ايضا سيدا

Statim atque *Mosa'ab Medinam* venit, ad illum accessit *Asa'ad Zararæ* filius; qui quidem unus erat ex illis sex, qui antea Obedientiam, & Fidem Apostolo Dei . . . præstiterant in *Al Akaba*, qui erat unus ex hortis, seu prædiis filiorum *Tafri*. Erat autem *Sa'ad Mo'adhi* filius *Awsitarum* princeps, idemque filius materteræ *Asa'adi Zararæ* filii. Erat autem *Osaid Hodhairi* filius, & is quoque princeps.

فاخذ اسيد بن حضير حربته
ووقف على مصعب واسعد وقال ما
جاء بكما تسفهان ضعفاءنا اعتزلا ان
كان لكما بانفسكما حاجة فقال له
مصعب او تجلس فتسمع فجلس اسيد
واسمعه مصعب القران وعرفه الاسلام
فقال اسيد ما احسن هذا كيف
تصنعون اذا اردتم الدخول في هذا
الدين فعلمه مصعب فاسلم وقال وراءي
رجل ان اتبعكما لم يتخلف عنه احد

Tunc *Osaid Hodhairi* filius, arrepta lancea sua, coràm *Mosa'abo*, & *Asa'ado* constitit dicens *Quid huc venistis, virium nostrarum imbecillitatem exploraturi? Hinc protinus facessite, si animarum vestrarum saluti vultis consulere.* Respondit ei *Mosa'ab*: *Modò sedeas, & audi.* Sedit ergo *Osaid*. Tum *Mosa'ab* Al-Coranum prælegit, simulque Islamismum ei exposuit. Exclamat *Osaid*: *O quam bonum est hujusmodi! Quomodo verò facitis, quando ad hanc Religionem aditum habere vultis?* [b] Edocuit itaque illum *Mosa'ab*. Et ille statim Islamismum professus est. Tum ait: *Animo meo recogito virum, qui vos certe sequuturus est, cui nemo alter comparari potest.*

من بني النجار اسعد بن زرارة وهو ابو امامة وعوف بن الحارث ومن بني زريق رافع بن
مالك ومن بني سلمة قطبة بن عامر وعقبة بن عامر بن نابي وجابر بن عبد الله بن رئاب
رضي الله عنهم *E filiis* Al Najjari, 1 Sa'ad Zararæ *filius*, *qui fuit pater* Amamæ, 2 Awf Al Harethi *filius* *E filiis* Zoraik, 3 Rabe' Malki *filius* *E filiis* Salamæ, 4 Kotba Amami *filius*, 5 Okba *filius* Amiri, *filii* Nabi, 6 Gjâber *filius* Abdo'llahi, *filii* Riabi, *quibus Deus sit propitius*

a *Juramentum Fœminarum* Nullæ tunc aderant Fœminæ, sed Viri tantum, qui tum pro seipsis, quam pro Fœminis absentibus, Juramentum præstitere, (quale postea, præsertim post Expugnationem Meccæ, ipsæ Fœminæ coram Mohammede præstiterunt,) teste Abada Al-Samæ filio, uno ex iis, qui præsentes aderant, uti habetur in Libro dicto الانوار *Splendores* فبايعنا رسول الله صلعم ليلة العقبة الاولى *Juramentum præstitimus*, inquit ille, *Apostolo Dei in* Al-Akaba *prima vice*. Formulam ipsam pleniorem habemus in Al-Corani Sur 60 v 12 à Deo præscripta in hunc modum يا ايها النبي اذا جاءك
المؤمنات يبايعنك على ان لا يشركن بالله شيئا ولا يسرقن ولا يزنين ولا يقتلن
اولادهن ولا ياتين ببهتان يفترينه بين ايديهن وارجلهن ولا يعصينك في معروف
فبايعهن واستغفر لهن الله ان الله غفور رحيم *O Propheta, quando venerint ad te Fœminæ Fideles, Juramentum præstabunt tibi*, Ne Deo rem ullam associent Ne furentur Ne fornicentur Ne liberos suos occidant, (*metu paupertatis*, uti habetur Sur 6 v 151 ) Ne veniant cum calumnia, quam commentæ fuerint inter manus suas, & pedes suos (i e intra semetipsas ) Neque inobedientes sint tibi in eo, quod jussum est *Deinde tu ipse juramentum eis vicissim præsta, & veniam precare pro illis. Nam Deus est Indulgens, Misericors* Confer Sur 6 v 151 Tum pergit *Abada* prædictus. *Deinde dixit Propheta* Quod si pro[n] illis vestris steteritis, erit vobis PARADISUS Sin vero minimum quid ex his violaveritis, etiamsi munificentiam à Deo perceperitis in hoc mundo, erit tamen vobis grande piaculum in die Resurrectionis De cætero, Ego vos Deo glorioso commendo, sive velit vos punire, sive velit vobis condonare

b *Edocuit* Nempe morem seu ritum, qui a novæ Religionis Proselytis observari debebat, cum ad Islamismum profitendum admitterentur Dixit itaque illi *Mosa'ab* referente Ebn Ishak, in Libro dicto الانوار *Splendores* ( يغتسل ويطهر ثوبيه ثم يشهد شهادة الحق ثم يصلي ركعتين i e *Aqua te abluito, & duas vestes tuas mundato, tum recita Testationem veram*, (seu Professionem Fidei NON EST DEUS, NISI DEUS, MOHAMMED APOSTOLUS DEI ) *Denique Precare cum duabus Incurvationibus*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6215.
A Nativitate Christi 630.
Ante Hegjram 1
Ætatis Mohammedis 52.
Missionis ejus Propheticæ 12.

*Hunc Ego ad vos protinùs missurus sum.* Innuebat *Sa'adum Mo'ádhi* filium. Accipiens igitur *Osaïd* lanceam suam, ad *Sa'adum Mo'adhi* filium rectà se contulit, eumque ad *Mosa'abum*, & *Asa'adum* misit.

Cumque ille adveniret, dixit *Asa'ad* ad *Mosa'abum*: *Venit quoque ad te, Per Deum? ipse Osaïd ponè illum!* Ut autem coram illis adstitit *Sa'ad Mo'âdhi* filius, ad eum conversus *Asa'ad* sic ultro alloquutus est: *Nisi affinitate mecum conjunctus esses, nusquam committerem, ut tu nobiscum simul versareris in hospitio nostro circa rem, quæ tibi ingrata foret.* Tum eundem compellans *Mosa'ab*, *Modò*, inquit, *audito, si fortè res, quam affero, tibi placuerit; sin minus; à te protinus absistimus, siquidem ingrata videatur.* Respondit: *Ego præsto sum lubentissimè.* Quare *Mosa'ab* cæpit illi Islamismum proponere; tum pælegit Al-Coranum. Hìc ille exclamans, *Per Deum!* inquit, *jam novimus Islamismi faciem nativam, ut non amplius opus sit verbis. Quomodo verò facitis*, pergit ille, *quando Islamismum profitemini?* Cumque id ei ambo notum fecissent, statim Islamismum ipse amplexus est. Et evestigio ad locum Consessûs abiit, ibique constitit, secum habens *Asadum Hoseini* filium. Cumque sui illum adventantem salutassent, dixerunt: *Per Deum juramus! Proh quam vultu revertitur* Sa'ad *dissimili ab eo quo abierat!* Tunc ille sic eos alloquutus est: *O filii* Abdo'l-Ashhali, *quomodo jam inter vos negotium meum noverunt?* Responderunt acclamando: *O Domine noster! O Princeps noster præstantissime!* Quibus ille, *Profectò*, inquit, *sermo virorum vestrorum, & fœminarum vestrarum reatui obnoxius erit, donec in Deum credatis, & Apostolum ejus.* Nemo itaque in domo filiorum *Abdo'l-Ashhali*, vel uno excepto, ad vesperam moratus est, qui Islamismum non profiteretur.

Porrò autem *Sa'ad Mo'âdhi* filius, & *Mosa'ab* in hospitio *Asa'adi Zerâræ* filii diversati sunt, hominesque ad Islamismum vocabant, tantoque cum successu, ut nulla *Ansariorum* domus relinqueretur, in qua non essent Moslemi, exceptis iis solummodò, qui erant è domo *Ommiæ Zeidi* filii.

وسار اليهما يعني سعد بن
معاذ اخذ اسيد حربته وانصرف الى
سعد بن معاذ وبعثه الى
مصعب واسعد

فلما اقبل قال اسعد لمصعب
جاءك والله اسيد من وراءه فلما
وقف عليهما سعد بن معاذ تهدد
اسعد وقال لولا قرابتك مني ما
صبرت علي ان تغشانا في دارنا
بما تكره فقال له مصعب او
ما تسمع فان رضيت امرا قبلته
والا عزلنا عنك ما تكره فقال
انصفت فعرض عليه مصعب الاسلام
وقرا عليه القران قال فعرفنا
والله في وجهه الاسلام قبل ان
يتكلم ثم قال كيف تصنعون
اذا انتم اسلمتم فعرفاه ذلك فاسلم
فانصرف الى النادي حتى وقف
عليه اسيد بن حضير فلما راه
قومه مقبلا قالوا نحلف بالله لقد
رجع سعد بغير الوجه الذي
ذهب به فقال يا بني عبد الاشهل
كيف تعلمون امري فيكم
قالوا سيدنا وافضلنا قال فان
كلام رجالكم ونسائكم علي
حرام حتى تؤمنوا بالله ورسوله فما
امسى في دار بني عبد الاشهل احد
حتى اسلم

ونزل سعد بن معاذ ومصعب في
دار اسعد بن زرارة يدعوان الناس الى
الاسلام حتى لم يبق دار من دور
الانصار الا وبها مسلمون الا ما كان
من دار امية بن زيد

## CAP. XXI.

### *De Obedientia secunda vice præstita in* Al-Akaba.

### ذكر بيعة العقبة الثانية

Facta fuit anno Missionis decimo tertio in hunc modum. Cum enim *Mosa'ab Omaïri* filius *Meccam* esset reversus, eumque comitarentur ex illis, qui Islamismo nomen dederant, tres & septuaginta viri, & mulieres duæ; quorum alii ex *Awsitis*, alii ex *Chazregjitis*, & simul Infideles aliquot ex ipsorum populatibus, qui ab Infidelibus clàm se subduxerant; statim atque *Meccam* pervenere, Apostolo

وكانت في سنة ثلاثة عشر من
المبعث وذلك ان مصعب بن عمير عاد
الى مكة من الذين اسلموا ثلاثة
وسبعون رجالا وامرتان بعضهم من
الاوس وبعضهم من الخزرج من كفار
من قومهم وهم مستخفون من الكفار
فلما وصلوا الى مكة واعدوا رسول الله

Dei...

صلعم ان يجتمعوا به ليلا في اوسط ايام التشريق بالعقبة

وجاءهم رسول الله صلعم ومعه عمه العباس وهو مشرك الا انه احب ان يتوثق منهم لابن اخيه وقال العباس يا معشر الخزرج ان محمدا منا حيث علمتم وقد منعناه من قومنا وهو في عز ومنعة في بلده وانه قد ابى الا الانحياز اليكم واللحوق بكم فان كنتم ترون انكم وافون له بما دعوتموه اليه ومانعوه ممن خالفه فانتم وما تحملتم من ذلك وان كنتم ترون انكم مسلموه وخاذلوه فمن الان فدعوه فقالوا قد سمعنا

فتكلم العباس يا رسول الله فخذ لنفسك ولربك ما احببت

فتكلم رسول الله صلعم وتلى القران ثم قال ابايعكم على ان تمنعوني مما تمنعون منه نسائكم واولادكم ودار الكلام بينهم استوثق كل فريق من الاخر ثم سالوا رسول الله صلعم فقالوا ان قتلنا دونك ما لنا قال الجنة قالوا

Dei ... polliciti sunt, se illum noctu conventuros post medium dierum sacrificii victimalis in (loco dicto) *Al-Akaba*.

Venit itaque ad illos Apostolus Dei ... & cum eo patruus ipsius *Al-Abbâs*; qui quidem tunc erat Idololatra, nihilominus tamen filii fratris sui rebus consulere studebat. Tunc ita pro concione dixit *Al-Abbâs*: O Chazregjitarum *cœtus. Mohammedem nostis undenam sit. Et quidem eum à populo nostro jam seclusimus: Ille enim in se habet ea, ob quæ à patria sua exulare mereatur. Quare nihil aliud ei opportunius venit, quam ut ad vos confugiat, vobisque adhæreat. Si igitur probè ac sincerè egistis, dum illum invitastis, vos eundem ab adversariis ejus defendere oportet: vos, inquam, ea, quæ in vos suscepistis, præstare tenemini. Quod si econtra illius proditores, ac desertores fieri intenditis; vos hic & nunc ipsum a vobis amandate.* Responderunt: *Nos probè* [a] *audivimus*.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216. A Nativitate Christi 631. Ante Hegjram °. Ætatis Mohammedis 53. Missionis ejus Propheticæ 13.

Deinde *Al-Abbâs* ad Mohammedem conversus ait: *O Apostole Dei, consule tibi ipsi, & Domino tuo, prout tibi opportunius videbitur.*

Tum Apostolus Dei ... præmissa Al-Corani lectione, ita loquutus fuit: *Ego vobis Juramentum præsto, ea conditione, ut Me ab omni insultu* [b] *defendatis, prout uxores vestras & liberos vestros defendere soletis.* Quibus ita dictis loquendi facultatem eis concessit, illosque, qui ab invicem diffidebant, reconciliavit. Tum illi rogaverunt Apostolum Dei ... dicentes: *Si tui causa occisi fuerimus, quid ergo erit nobis?* Respondit: [c] PARADISUS. *Extende igitur manum*

a *Audivimus*. Hujus secundæ Inaugurationis, in qua responderunt: *Audivimus*, mentio est in Al-Cor Sur. 5. v. 8. ubi Deus sic loquitur: واذكروا نعمة الله عليكم وميثاقه الذي واثقكم به اذ قلتم سمعنا واطعنا واتقوا الله ان الله عليم بذات الصدور *Et mementote Gratiæ Dei super vos, & Pacti ejus, quod pepigit vobiscum; cum dixistis AUDIVIMUS, & OBEDIEMUS: Timete itaque Deum: Nam Deus novit essentiam*, (seu interiora) *pectorum*.

b *Defendatis*. Nempe Bello gerendo in defensionem Mohammedis: ut enim observat Ebn Ishâc, وكان النبي صلعم قبل بيعة العقبة لم يؤذن له في القتال وانما امر بالدعاء الى الله تعالى والصبر على الاذى والصفح عن الجاهل فلما عتت قريش على الله تعالى وكذبوا نبيه وعذبوا من عبده ووحده من المؤمنين اذن الله لرسوله في القتال والامتناع والانتصار ممن ظلمهم فبغى عليهم فكانت اول اية نزلت في اذنه له في الحرب فيما بلغني عن عروة بن الزبير وغيره من العلماء قول الله عز وجل اذن للذين يقاتلون بانهم ظلموا وان الله على نصرهم لقدير الى قوله ولله عاقبة الامور Propheta ... *ante hanc Inaugurationem factam in* Al-Akaba, *Licentiam non habuerat bellum gerendi; sed tantummodò jussus erat, ut homines ad Deum O. M. vocaret, & nihil aliud persequutioni opponeret, præter patientiam, & condonationem insipientium. At vero, ubi* Koraishitæ *adversus Deum O. M. injuriosis verbis debacchari cœperunt, & Prophetam ejus mendacii insimulare, atque quotquot ex Fidelibus, qui ei servire, & unitatem ejus profiteri volebant, cruciatibus afficere; tunc Deus Apostolo suo Licentiam dedit belli gerendi, sese eis opponendo, & opem & auxilium contra eos, qui sibi injuriam facerent, implorando, atque illis resisteret. Primus* (Al-Corani) *versiculus cœlitùs demissus, quo Licentia belli gerendi ei concessa fuit, de quo quidem certior factus sum ab* Arva Al-Zobairi *filio, aliisque Doctoribus, fuit illud Dei potentis ac gloriosi verbum Sur.* 22. *v.* 41. Licentia data fuit iis, qui pugnarent adversus eos, qui se injuria afficerent: Et quidem Deus ad auxilium eorum est sane Potens; *usque ad hæc verba*: v. 42. Nam ad Deum pertinet finis rerum. Deinde innumeris locis pugnare jubetur Mohammed pro sua Religione contra Infideles, ut Sur. 9. v. 75. & Sur. 66. v. 9. يا ايها النبي جاهد الكفار والمنافقين واغلظ عليهم وماواهم جهنم *O Propheta, bellum-sacrum gere contra Infideles, & Incredulos, & durus esto contra eos; nam receptaculum eorum erit Gehenna.* Et Sur. 8. v. 39. præcipitur suos sic adhortari: وقاتلوهم حتى لا تكون فتنة ويكون الدين كله لله فان انتهوا فان الله بما يعملون بصير *Pugnate contra eos, donec non sit disceptatio, sed sit Religio tota Dei. Quod si abstinuerint ab Infidelitate, professò Deus in id, quod facturi sunt, intuebitur.*

c *Paradisus*. Hæc merces promittitur ab ipso Deo, Al-Cor. Sur. 47. v. 5. والذين قتلوا في سبيل

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Ante Hegjram o.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13.

*tuam*, inquiunt: Extenditque manum suam. Atque illi Obedientiæ juramentum præstitere.* [a] Quibus ita peractis *Medinam* reversuri discesserunt.

فابسط يدك فبسط يده وبايعوه ثم انصرفوا راجعين الي المدينة

Postea Comitibus suis jussit Propheta . . . ut Fuga *Medinam* se reciperent. Quare illi dicto obedientes egressi sunt. Ipse autem Apostolus Dei . . . *Meccæ* substitit, ut præstolaretur, donec Dominus suus *Meccâ* exeundi sibi licentiam daret. Et simul cum Propheta . . . remansere *Abu-Becr*, *Al-Seddik*, & *Ali Abu-Tâlebi* filius, ambobus Deus sit propitius.

وامر النبي صلعم اصحابه بالهجرة الي المدينة فخرجوا ارسالا واقام رسول الله صلعم بمكة ينتظر ان ياذن له ربه في الخروج من مكة وبقي مع النبي صلعم ابو بكر الصديق وعلي بن ابو طالب رضي الله عنهما

الله فلن يضل اعمالهم سيهديهم ويصلح بالهم ويدخلهم الجنة عرفها لهم *Illi porrò, qui occisi fuerint pro via*, (seu Religione) *Dei*, *nullo modo aberrare faciet Deus opera eorum*, *sed diriget eos*, *& prosperare faciet intentionem eorum*; *& introducet illos in PARADISUM*, *cujus jam eis notitiam dedit*. Quo verò magis ad bellum gerendum animi illorum accendantur, Promissiones in Al-Corano factæ, etiam Legis & Evangelii Authoritate confirmantur, Sur. 9. v. 113. his verbis: ان الله اشتري من المومنين انفسهم واموالهم بان لهم الجنة يقاتلون في سبيل الله فيقتلون ويقتلون وعدا عليه حقا في التوراة والانجيل والقران ومن اوفي بعهده من الله فاستبشروا ببيعكم الذي بايعتم به وذلك هو الفوز العظيم *Utique Deus emit à Fidelibus animas eorum*, *& facultates eorum*, *ut sit illis PARADISUS*; *ea conditione*, *ut pugnent pro via* (Religione) *Dei*, *sive occidant*, *sive occidantur*. *Quæ de re Promissio vera est in LEGE*, *& in EVANGELIO*, *& in AL-CORANO Et quis est magis pacto suo stans*, *quam Deus? Hilares igitur estote pro venditione*, *quam stipulati estis*: *Hoc est Præmium omnium maximum*.

* Hoc loco rem notatu dignissimam omisit Abu'l-Feda noster, quam tamen Gjannabius, & cæteri Historici referunt, videlicet Electionem duodecim Principum ex Ansariis ad instar duodecim Apostolorum Christi. Hanc itaque adducemus verbis Ebn Isshâki; prout extant in Libro dicto الانوار *Splendores*: وقد قال رسول الله صلعم اخرجوا الي منكم اثني عشر نقيبا يكونون علي قومهم بما فيهم فاخرجوا منهم اثني عشر نقيبا تسعة من الخزرج وثلاثة من الاوس فمن الخزرج ابو امامة واسعد بن زرارة وسعد بن الربيع وعبد الله بن رواحة ورافع بن ملك والبراء بن معرور وعبد الله بن عمر بن حرام وعبادة بن الصامة وسعد بن عبادة والمنذر بن عمر ومن الاوس اسيد بن حضير وسعد بن خيثمة ورفاعة بن عبد المنذر قال ابن هشام واهل العلم يعدون فيهم ابا الهيثم بن التيهان ولا يعدون رفاعة قال ابن اسحاق حدثني عبد الله بن ابي بكر ان رسول الله صلعم قال للنقباء انتم علي قومكم بما فيهم كفلاء ككفالة الحواريين لعيسي ابن مريم وانا كفيل علي قومي قالوا نعم *Proinde dixit Apostolus Dei* . . . Producite mihi ex vobis duodecim Principes, qui populo suo præsint in iis, quæ ad ipsorum regimen spectant. *Et produxerunt ex seipsis duodecim Principes*, *videlicet novem è* Chazregjitis, *& tres ex* Awsitis. *Et quidem è* Chazregjitis *fuerunt*, 1. Abu-Amama, *nempe* Asa'ad Zararæ *filius*, 2. Sa'ad Al-Raba'i *filius*, 3. Abdo'llah Rawahæ *filius*. 4. Rabe' Maleki *filius*, 5. Al-Berâ Ma'rûri *filius*, 6. Abdo'llah *filius* Omari, *filii* Harâmi, 7. Abâda Al-Sâmæ *filius*, 8. Sa'ad Abâdæ *filius*, 9. *&* Al-Mondhar Omari *filius*. Ex Awsitis *autem* 1. Osaïd Hodhairi *filius*, 2. Sa'ad Chaïthamæ *filius*, 3. Rafâ'a Abdo'l-Mondhari *filius*. *Inquit Ebn-Heshâm*: Docti quidam hos inter annumerant *Abu-Haithamum Al-Tothâni* filium, & omittunt *Rafâ'am*. Inquit Ebn-Isshâk: *Narravit mihi* Abdo'llah Abu-Becri *filius*, *Apostolum Dei* . . . *dixisse ad illos Principes*: Vos constituti estis super populum vestrum *Fidejussores* eadem Authoritate, qua pollebant Apostoli Isæ (Jesu) filii Mariæ: Ego verò sum *Fidejussor* super populum meum. *Responderunt*: Etiam.

a *Quibus ita peractis*. Priusquam inde discederent, rem portentosam prorsus evenisse perhibet Ebn-Isshâk verbis *Caabi Malki* filii, unius ex *Ansariis*, qui præsens aderat: فلما بايعنا رسول الله صلعم صرخ الشيطان من راس العقبة فانفذ صوت سمعته قط يا اهل الجباجب المنازل هل لكم في مذمم والصباء معه قد اجتمعوا علي حربكم فقال رسول الله صلعم هذا ازب العقبة هذا ابن ازيب قال ابن هشام ويقال ابن ازيب اتسمع اي عدو الله ام والله لا فرغن لك ثم قال رسول الله صلعم ارفضوا الي رحالكم فرجعنا الي مضاجعنا *Postquam Juramentum Apostolo Dei* . . . *præstitimus*, *exclamavit* Satan *de vertice collis* Al-Akabæ, *& vocem emisit*, *quam & ego audivi ita sonantem*: O incolæ *Al-Gjebâgjeb*, *i. e. Diversoriorum*, annon vobis est solicitudo de Mohammede *Sâbio* (i. e. *Sâbiorum* Religioni addicto?) Jam enim *Sâbii* cum illo sunt: Jam congregati sunt ad bellum vobis inferendum. *Tum dixit Apostolus Dei* . . . Hic est Pumilio collis *Al-Akabæ*; is est filius Leporis, vel ut ait Ebn-Hesham, filius *Aziab*, i. e. *Obtrectatoris*, (ipse *Diabolus*.) Quin tu audi, O inimice Dei . . . nihil, Per Deum! trahet rete tuum, (i. e. nihil proficient Incantationes tuæ.) *Deinde ad suos conversus*, discedite, *ait*, ad diversoria vestra. *Reversi sumus itaque ad cubilia nostra*. Quod Mohammed *Sâbius* audierit, testis est Ebno'l-Athir Historicus, referente Cl. Pocockio, Specim. Hist. Arab. p 138. *Quod*, scilicet, *Religionem Koraïshitarum Islamismo commutavit*. At verò Mohammed hoc probrum non semel à se amoliebatur, contestando se Abrahami Religionem Orthodoxam sequi, ut supra pag. 14. ostendimus. *Sâbiorum* mentio est in Al-Corano, Sur. 2. v. 62. Porrò de *Sâbiis* sive *Sabæis*, vel *Sabaïtis*, v. quæ fusiùs scripsere Hottingerus Histor. Orient. Lib. 1. cap. 8. & Abr. Echellensis Eutych. vindic. parte 2. cap. 27.

CAP.

## CAP. XXII.

ذكر الهجرة النبوية علي صاحبها
افضل الصلاة والسلام

وهي ابتداء التاريخ الاسلامي
اما لفظ التاريخ فانه محدث في
لغة العرب لانه معرب من ماه روز
وبذلك جاءت الرواية روي ابن
سلمان عن ميمون بن مهران
انه رفع الي عمر بن الخطاب في
خلافته رضي الله عنه صك محله
شعبان فقال اي شعبان هذا هو
الذي نحن فيه او الذي هو
ات ثم جمع وجوه اصحابه وقال
ان الاموال قد كثرت وما قسمنا
منها غير موقت فكيف التوصل
الي ما نضبط به الاموال فقالوا
يجب ان نتعرف ذلك من رسوم
الفرس فعندها استحضر عمر
الهرمزان وساله عن ذلك فقال
ان لنا حسابا نسميه ماه روز
ومعناه حساب الشهور والايام
فعربوا الكلمة فقالوا مورخ ثم جعلوا
اسمه التاريخ وارخه ثم طلبوا وقتا
يجعلونه اول التاريخ دولة الاسلام
واتفقوا الي ان يكون المبدا
سنة هذه الهجرة

وكانت الهجرة من مكة الي المدينة
شرفها الله تعالي من شهور هذه السنة
واياما المحرم وصفر وثمانية ايام من
ربيع الاول علي تاسيس الهجرة رجعوا
القهقري ثمانية وستين يوما وجعلوا
مبدا التاريخ اول المحرم من هذه السنة
ثم احصوا من اول يوم في المحرم الي
اخر يوم عمر النبي صلعم فكان عشر
سنين وشهرين واما اذا حسب عمره من
الهجرة حقيقة فوجد انه قد عاش بعدها

### *De* [a] HEGIRA (*seu* FUGA) *Propheticâ; Auctori ejus præstantissimo sit Benedictio, & Pax.*

Anno ab O.C sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13.

ILla FUGA est initium ÆRÆ Islamiticæ. Dictio autem *Al-Tarîch*, i. e. *Æra*, nova est in Linguâ Arabicâ; est enim facta Arabica à Persico *Mah-ruz* (i. e. *Luna diei*, & Kalendarium, Ephemeris, Æra.) Qua de re extat Traditio, quam *Ebn Selman* ex *Maimone Maharâni* filio acceptam refert ad *Omarum Al-Chettâbi* filium, tempore *Chalifatûs* sui, cui Deus sit propitius. Nempe *Omar* sententia quadam sua mensem *Sha'abân*, ut esset solutionis terminus, definierat. Ait autem: *Ecquis erit iste mensis* Sha'abân? *An is in quo nunc sumus, an ille, qui anno proximo futurus est?* Tunc comitum suorum principes congregavit, eosque sic alloquutus est: *Opes jam multiplacatæ sunt; neque quicquam ex eis dividere possumus, quin priùs aliquis certum tempus definierit. Quomodo igitur de aliquo termino conveniemus, in quo opes nostras colligamus?* Dixerunt: *Id nos rescire oportet ex Persarum monumentis, illi enim talia apud se habent.* Accersivit itaque *Omar Al-Harmodhânum*, eumque ea de re interrogavit; qui respondit: *Habemus rationem computandi, quam appellant* Mah-Ruz, *id est*, Computum *mensium, atque dierum.* Tum illi hanc dictionem *Mah-Ruz*, fecerunt Arabicam dicendo, *Mowarrach*, i. e. *Rem certo tempore notatam*; atque hinc nomen derivatum AL-TARICH, & *Archa*, i.e. *Æra, Epocha.* Deinde disquisierunt quodnam temporis punctum facerent ÆRÆ Imperii Islamitici principium; atque in eo consenserunt, ut initium ejus esset annus hujus FUGÆ.

FUGA autem ab *Mecca Medinam*, quam Deus O. M. illustrem reddat, evenit per menses & dies istius anni, videlicet *Al-Moharram*, & *Safar*, cum octo diebus mensis *Rabi'i* prioris, prout demonstratur ex descriptione & circumstantiis istius *Fugæ.* Quare retro eundo & numerando dies octo & sexaginta, initium *Æræ* statuerunt primum diem mensis *Moharram* ejus anni. Tum numerarunt à primo die mensis *Moharram* usque ad diem ultimum vitæ Prophetæ . . . & reperti sunt anni decem cum duobus mensibus. Verùm quando computatur ejus ætas à *Fugâ* verâ, invenitur

a *Hegjra.* Conveniunt omnes Historici tam Mohammedani, quam Græci, Fugam Mohammedis ab *Mecca Medinam*, incidere in annum duodecimum Heraclii Imperatoris. E Mohammedanis Abu'l-Feda noster, cap. de Romanorum Imperatoribus, ubi de *Heraclio* sic loquitur: وكانت الهجرة في السنة الثانية عشر من ملكه *Contigit* Hegjra, (*seu* Fuga Mohammedis) *anno regni ejus* (Heraclii) *duodecimo.* Idem habet Abu'l-Faragjus in Libro *Demonstrationis* inedito, Syriace scripto. E Græcis Theophanes *Chronographiæ* pag. 256. ad annum Heraclii 12. *τούτῳ τῷ ἔτει Μαμὲδ ἐφάνη Ἀμηρᾶς. ἔτη θ'. ιγ' ἔτος Ἡρακλείου ἐξουσίας.* *Hoc anno* (12.) Mamed *conspici cæpit cum* Emiri *imperio*: *Annis* 9. *regnavit à collatæ* Heraclio *imperii potestatis anno* 13. Vox Græca *Ἀμηρᾶς*, quam retinuit Latinus Interpres, respondet *τῷ* Arabico, امير *Emir*, i. e. *Imperator*; quamvis propriè Mohammedi non competeret, sed successoribus ejus, quorum primus *Omar* salutatus fuit Titulo امير المومنين i. e. *Imperator Fidelium.*

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13.

eum vixisse post illam annos novem, menses undecim, & dies viginti duos.

تسع سنين واحد عشر شهرا واثنان وعشرون يوما

Hoc itaque posito fundamento, jam colligi potest annorum numerus, qui intercedit inter *Hegjram*, & inter *Epochas* annorum antiquas (i.e. ante Islamismum) celebriores.

وقد وضعت يتضمن ما بين الهجرة وبين التواريخ القديمة المشهورة من السنين

Si enim cupis cognoscere spatium temporis quod effluxit inter duas *Epochas* quascunque volueris, observa numeros, qui sunt inter utramque & inter *Hegjram*, & minorem à majori subducito; residuum erit spatium temporis quod inter utramque *Epocham* effluxit; quod est quod quærebas.

فاذا اردت ان تعرف ما بين اي التاريخين شيت منهما فانظر الى ما بينهما وبين الهجرة وانقص اقلهما من اكثرهما فيهما بقي يكون ذلك هو ما بينهما تسأله

Exempli gratia, quando volumus cognoscere tempus, quod elapsum est inter Nativitatem Messiæ, & Nativitatem Apostoli Dei, Benedictiones Dei, & Pax sint super utrumque; subducimus numerum, qui est inter Nativitatem Apostoli Dei... & inter *Hegjram*, nempe annos quinquaginta tres, menses duos & dies octo, à numero, qui est inter Nativitatem Messiæ, & inter *Hegjram*, videlicet annos sexcentos triginta & unum, residui erunt anni quingenti septuaginta & octo; omissis mensibus duobus, & diebus octo.

اذا اردنا ان نعرف ما بين مولد المسيح ومولد رسول الله صلوات الله وسلام عليهما نقصنا ما بين مولد رسول الله صلعم وبين الهجرة وهو ثلاث وخمسون سنة وشهران وثمانية ايام من ستمائة وواحدى وثلاثين سنة يبقى خمسمائة وثمان وسبعون سنة بنقص شهرين وثمانية ايام

Atque hæc est summa annorum, qui effluxerunt inter Nativitatem Apostoli Dei, & inter Nativitatem Messiæ filii *Mariæ*; Benedictiones Dei, & Pax ejus sint super utrumque.

هي جملة ما بين مولد رسول الله وبين مولد المسيح بن مريم صلوات الله وسلامه عليهما

Eodem modo calculos subduces circa duas quascunque Epochas volueris, ex iis, quæ in [a] Circulo sequente adnotatæ sunt.

وكذلك اي تاريخين اردت من هذه الدايرة

## CAP. XXIII.

*Epochæ celebriores annorum antiquæ*, (*i.e.* ante Hegjram.)

التواريخ القديمة المشهورة من السنين

INter *Hegjram*, & *Adamum*, [b] ex Computo *Legis Græcæ*, & secundùm placitum Chronologorum, anni 6216.

بين الهجرة وبين ادم على مقتضى التوراة اليونانية واختيار المورخين ستة الاف ومايتان وستة عشر سنة

a *Circulo sequente*. Hoc loco in MSS. Codice extat *Circulus*, in cujus centro scriptum est, بين الهجرة *Inter Hegjram.* Quæ duo verba *circello* comprehenduntur, a quo ad Peripheriam majoris *Circuli* ducuntur lineæ 24. quæ totidem divisiones constituunt. Harum singulæ *Epochas* varias continent cum numeris annorum, qui inter illas *Epochas* & *Hegjram* intercedunt. Sed quia hæc omnia confusè, & fugitivis characteribus scripta sunt, nec facile æri incidi potuerunt, nos *Circulum* ipsum, ad Lectoris commodum, in consuetam columnæ formam evolvimus, ut videre est in sequenti capite.

b *Ex Computo Legis Græcæ*. Hunc Computum Translationis Septuaginta duorum Interpretum, Abu'l-Feda potissimum sequitur, ut pote quem à corruptione immunem putavit in iis, quæ ad Chronologiam spectant. Nam in Præfatione ad Historiam suam Generalem, postquam Hebræorum, & Samaritanorum Codices circa Chronologiam corruptos esse probare conatus est, de LXXII. Interpretum calculo sic loquitur: واما التوراة اليونانية فهي التوراة التي اختارها المحققون من المورخين وليس فيها ما يقتضي الانكار من جهة الماضي من عمر الزمان وهي توراة نقلها اثنان وسبعون حبرا قبل ولادة المسيح بتقريب ثلثمائة سنة لبطلميوس اليوناني الذي كان بعد الاسكندر *At vero* Lex Græca *ea est quam potissimùm delegerunt veraciores Chronologi: Enimverò in iis, quæ computat de duratione temporis, nihil ei unquam absurdi objici potest. Illa est quam* LXXII. Viri *trecentis fermè annis ante Nativitatem* Messiæ *in gratiam* Ptolemæi Græci, *qui post* Alexandrum (*in* Ægypto) *regnavit, transtulere.* Et paulo post: فيكون بين الهجرة وبين هبوط ادم ستة الاف ومايتان وستة عشر سنة وهذا القدر هو المختار وعليه بني الكتاب *Juxta illorum computum inter* Hegjram, *&* lapsum Adami *effluxerunt anni* 6216. *Atque is calculus optimus est, & nos juxta illum Librum nostrum digessimus.*

Verùm

وعلي مقتضي التوراة اليونانية
واختيار المنجمين حسبما اثبتوا في
الزيجات خمسة الاف وتسعماية وسبع
وستون سنة

Verùm ex Computo ejuſdem *Legis Græcæ*, & ſecundùm placitum Aſtronomorum, prout definiunt in Tabulis Aſtronomicis, ([a] detrahendo ſcilicet annos 249.) anni 5967.

Anno ab O.C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Chriſti 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Miſſionis ejus Propheticæ 13.

وعلي مقتضي التوراة العبرانية
واختيار المورخين اربعة الاف وسبعماية
واحدي واربعون سنة

Ex Computo, *Legis Hebraicæ*, & ſecundùm placitum Chronologorum, anni 4741.

واما علي اختيار المنجمين ينقص
عنه مايتان وتسع واربعون سنة

Verùm, ſecundùm placitum Aſtronomorum, detrahendi ex hac ſumma anni 249. (Et ſic remanent anni 4492.)

وعلي مقتضي التوراة السامرية
واختيار المورخين خمسة الاف وماية
وسبع وثلثون سنة

Ex Computo *Legis Samaritanæ*, & ſecundum placitum Chronologorum anni 5137.

واما علي اختيار المنجمين فينقص
ما ذكر

Verùm, ſecundùm placitum Aſtronomorum, detrahendi ſunt ex hac ſumma iidem (anni 249. Et ſic remanent anni 4888.)

وكذلك الامر جاء في جميع
التواريخ التي قبل بختنصر

Atque eodem modo res procedere debet in omnibus *Epochis* ante *Bocht-Naſerum* (i. e. *Nebucadnezarem.*)

بين الهجرة وبين الطوفان علي
اختيار المورخين ثلثة الاف وتسعماية
واربع وسبعون سنة

Inter *Hegjram*, & *Diluvium*, ſecundùm placitum Chronologorum, anni 3974.

وكان الطوفان لستماية سنة مضت
من عمر نوح وعاش نوح بعده ثلثماية
وخمسين سنة

Diluvium autem accidit anno vitæ *Noachi* ſexcenteſimo, vixitque *Noach* poſt illud annos tercentum & quinquaginta.

وعلي اختيار المنجمين ثلثة الاف
وسبعماية وخمس وعشرون سنة
حسبما قرره ابو معشر وكوشيار
وغيرهما في الزيجات والتقاويم

Verùm, ſecundùm placitum Aſtronomorum (detrahendi ſunt ex ea ſumma anni 249. Et ſic remanent) anni 3725.
Quemadmodum ſtatuerunt *Abu-Maaſhar*, & *Cûſhiâr*, aliique, in Tabulis-Aſtronomicis, & Ephemeridibus.

بين الهجرة وبين التبلبل الالسن
علي اختيار المورخين ثلثة الاف
وثلثماية واربع سنين

Inter *Hegjram*, & *Confuſionem Linguarum*, ſecundùm placitum Chronologorum, anni 3304.

واما علي اختيار المنجمين فينقص
عنه مايتين وتسعا واربعين سنة حسبما
تقدم ذكره

Verùm, ſecundùm placitum Aſtronomorum, detrahendi ſunt ex hac ſumma anni 249. uti ſupra dictum eſt. (Et ſic remanent anni 3055.)

بين الهجرة وبين المولد ابرهيم
الخليل علي اختيار المورخين الغان
وثمان ماية وثلاثة وتسعون سنة

Inter *Hegjram*, & *Nativitatem Ibrahimi* (Abrahami) Amici Dei, ſecundùm placitum Chronologorum, anni 2893.

a *Detrahendo.* Cur Aſtronomi à Chronologis differant in omnibus Epochis ab Orbe condito uſque ad Initium regni Bocht-Naſeri, (ſeu Nebucadnezaris,) detrahendo ubique annos 249. rationem reddit Abu'l-Feda in Præfatione ad Hiſtoriam ſuam Generalem his verbis: وسبب هذا الاختلاف ان من هبوط ادم الي وفاة موسي عليه السلام لا نعلم الا من التوراة والتوراة مختلفة علي ثلاث إنسخ علي ما ستقف علي ذلك واما بين وفاة موسي عليه السلام الي ابتداء ملك بختنصر فنعلم من المنجمين قال ابو عيسي ونعلم من قرانات زحل والمشتري في الثلثات وهم ايضا مختلفون في ذلك ونعلم ايضا من سفر قضاة بني اسراييل فهو ايضا غير محسن
i. e. *Hujus diſcrepantiæ cauſa oritur ex eo quod à* Lapſu Adami *ad* Obitum Moſis, *cui Pax*, *Intervalli nihil cognoſcimus*, *niſi ex* Lege; *quæ quidem* Lex *ſecundùm tria Exemplaria inter ſe pugnantia circumfertur*, *quemadmodum mox oſtendemus.* *At verò quoad Intervallum, quod excurrit inter* Obitum Moſis, *cui Pax*, *&* Initium *regni* Bocht-Naſeri, *illud ex Aſtronomis diſcimus.* *Inquit* Abu-Iſa: Id cognoſcimus ex Conjunctionibus *Saturni*, & *Jovis* in Triangulis. *Sed illi rursùs ea de re inter ſe differunt.* *Cognoſcimus etiam ex* Libro Judicum *filiorum* Iſraelis; *ſed & ille caret certitudine.*

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13.

Verùm, secundùm placitum Astronomorum, detrahendi sunt ex hac summa anni 249. (Et sic remanent anni 2644.)

واما على اختيار المنجمين فينقص عنه مايتين وتسعا واربعين سنة

Inter *Hegjram*, & *Ædificium Caabæ*, (seu Domûs quadratæ Templi Meccani,) per manum *Ibrahimi* Amici Dei, & filii ejus *Ismaelis*, anni circiter 2793.

بين الهجرة وبين البنيا الكعبة على يد ابرهيم الخليل وولده اسمعيل الفان وسبعماية ونحو ثلث وتسعون سنة

Quod quidem factum est post elapsum ætatis *Ibrahimi* annum centesimum: Atque hoc proximè ad veritatem accedit; sed Deus novit.

وكان ذلك بعد مضي ماية سنة من عمر ابرهيم وهو لتقريب والله اعلم

Inter *Hegjram*, & *Obitum Mûsæ* (Mosis,) secundùm placitum Chronologorum, anni 2348.

بين الهجرة وبين الوفاة موسى على اختيار المورخين الفان وثلثماية وثمان واربعون سنة

Verùm, secundùm placitum Astronomorum, detrahendi sunt ex hac summa anni 249.) Et sic remanent anni 2099.)

واما على اختيار المنجمين فينقص عنه مايتين وتسعا واربعين سنة

Inter *Hegjram*, & *Ædificium Domûs Sanctæ*, (seu Templi Hierosolymitani,) secundùm placitum Chronologorum, anni 1800. cum duobus fermè annis.

بين الهجرة وبين العمارة بيت المقدس على اختيار المورخين الف وثمانماية وقريب سنتين

Et perfectum fuit anno regni *Salomonis* undecimo; & ab Obitu *Mosis* anno 546

وكان فراغه لمضي احد عشر سنة من ملك سليمان ولمضي خمسماية وست واربعين سنة لوفاة موسى

Verùm, secundùm placitum Astronomorum, detrahendi sunt ex hac summa anni 249. (Et sic remanent anni 1553.

واما على اختيار المنجمين فينقص عنه مايتين وتسعا واربعين سنة

Inter *Hegjram*, & *Initium* regni *Bocht-Naseri*, anni 1369.

بين الهجرة وبين ابتداء ملك بختنصر الف وثلثماية وتسع وستون سنة

Atque ea de re [a] nulla est Controversia (Chronologos inter & Astronomos.)

وليس فيه خلاف

Inter *Hegjram*, & *Excidium Domûs Sanctæ*, (seu Templi Salomonis,) anni 1350.

بين الهجرة وبين الخراب بيت المقدس الف وثلثماية وخمسون سنة

Accidit autem anno decimo nono currente regni *Bocht-Naseri*, (Nebucadnezaris.) Et remansit Templum desolatum annis septuaginta. Deinde reædificatum est; & reversi sunt (Judæi.)

وكان لمضي تسعة عشرة سنة لبختنصر واستمر خرابا سبعين سنة ثم عمر وتراجعوا

Inter *Hegjram*, & *Victoriam Alexandri* de *Dario Persarum* rege reportatam, anni 934.

بين الهجرة وبين الغلبة الاسكندر على دارا ملك الفرس تسعماية واربع وثلثون سنة

Fuit etiam Initium regni ejus super *Persas*. Et supervixit *Alexander* post victoriam suam de *Dario* annos ferè septem.

وكانت ايضا ابتداء ملكه على الفرس وبقي الاسكندر بعد غلبته على دارا نحو سبع سنين

Inter *Hegjram*, & *Philippum*, (qui & Aridæus,) anni 927.

بين الهجرة وبين فيلبس تسعماية وسبع وعشرون سنة

Is fuit frater *Alexandri*, eo natu minor annis duodecim; & regnavit post eum in *Macedonia*. Ejus meminit Ptolemæus.

وهو اخو الاسكندر اصغر منه باثني عشر سنة وملك بعده على مقدونية ذكره بطلميوس

Inter *Hegjram*, & *Victoriam Augusti* de *Cleopatra Ægypti* regina, anni 652.

بين الهجرة وبين غلبة اغسطس على قلوبطرا ملكة مصر ستماية واثنان وخمسون سنة

[a] *Nulla est controversia.* Auctor noster in prædicta Præfatione ad Historiam suam Generalem, hujus consensûs hanc rationem reddit: لان بطلميوس اثبته في المجسطي وارخ به رصده *Ita enim definivit Ptolemæus in Almagesto suo, & juxta hunc computum observationes suas instituit.* Atque Abu'l-Feda intervallum illud Hegjram inter, & Initium regni Bocht-Naseri esse præcise annorum 1369. cum diebus 17.

Quæ

وكانت بسنة اثني عشر من ملك
اغسطس

ومن الهجرة ومن مولد المسيح عليه
السلام ستمائة واحدى وثلثون سنة

وكان بسنة الاربع والثلثمائة لغلبة
الاسكندر والحدي وعشرين سنة مضت
من غلبة اغسطس على قلوبطرا

ومن الهجرة ومن الخراب الثاني
للقدس المادى خمسمائة وثمان
وخمسون سنة

وكان لمضى اربعون سنة من رفع
المسيح عليه السلام وهو تاريخ لشتة
اليهود الى الان

ومن الهجرة ومن الاول ملك
ادريانوس خمسمائة وسبع سنين

ومن الهجرة ومن القيام اردشير
بن بابك اربع مائة واثنان وعشرون سنة
وهو انقضا دولة الطوائف ملوك
[illegible]

ومن الهجرة ومن اول ملك
دقلطيانوس ثلثمائة وتسع وثلثين
سنة

Quæ Victoria parta fuit anno regni ipsius *Augusti* duodecimo.

Inter *Hegjram*, & *Nativitatem* MESSIÆ, super illum Pax, anni 631.

Quæ Nativitas contigit post victoriam *Alexandri* anno trecentesimo quarto; & post Victoriam *Augusti* de *Cleopatra* anno vicesimo primo.

Inter *Hegjram*, & *Excidium Domûs sanctæ secundæ*, (seu Templi Hierosolymitani secundi, per Titum,) anni 558.

Quod quidem accidit [a] post Elevationem MESSIÆ, cui Pax, anno quadragesimo. Et est *Epocha* Dispersionis *Judæorum* usque in hodiernum diem.

Inter *Hegjram*, & *Initium* regni *Adriani* Imperatoris, anni 507.

Inter *Hegjram*, & *Insurrectionem Ardeshiri Bâbeki* filii, anni 422.

Quæ est etiam *Epocha* finis Regum *Al-Tawaif*, (i. e. *Circuituum*, seu *Provinciarum* Orientis, quibus imperarunt *Alexandri* Successores.)

Inter *Hegjram*, & *Initium* regni *Diocletiani* anni 339.

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegiræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Prophetica 13

a *Post Elevationem Messiæ* Mohammedani, cum de *Ascensione* CHRISTI in cœlum loquuntur, usurpant vocem رفع, quæ *Elevationem* significat, seu *Assumptionem*, (qualis fuisse creditur B. V. Mariæ per Angelos, vel Henochi, aut raptus Eliæ in curru.) idque juxta illud Al-Corani Sur. 4. v 157 بل رفعه الله اليه *Sed elevavit illum Deus ad se* At vero Christiani Arabes utuntur vocabulo صعد, quod proprie *Ascensionem* significat, nempe illius, qui cum Deus esset, nullius opis, aut adminiculi indigens, proprii virtute in cœlum ascendit Ita enim in Symbolo Nicæno, quod Arabice refert Abu'l-Feda noster in Hist Generali, Cap. de Gente Christianorum, habetur وصعد الى السماء *Et ascendit in cœlum.* Et ipse Abu'l-Feda ex Shahrestanio ibidem, Christianorum de Christo Fidem referens hæc habet. واجمعت النصارى على ان المسيح قتلته اليهود وصلبوه ويقولون ان المسيح بعد ان قتل رجع حيا ولقيه شمعون الصفا وكلمه واوصى اليه ثم فارق الدنيا وصعد الى السماء *Unanimi consensu tenent* Al-Nassara (Christiani) *MESSIAM occisum, & crucifixum fuisse a* Judæis *Tum illum, postquam occisus, crucifixus, & mortuus est, revixisse, & apparuisse* Simoni Cephæ, *& cum eo collocutum fuisse, & præcepta ei tradidisse, ac postea mundum reliquisse, & in cœlum ascendisse* At vero idem Abu'l Feda in Capite, cui Titulus est, ذكر عيسى بن مريم عليه السلام *De ISA* (Jesu) *filio* Mariæ, *cui Pax.* Postquam Historiam *Christi* ex suis Auctoribus retulit, duplicem ponit *Elevationem*, seu Assumptionem *Messiæ*, quarum primam fuisse contendit ante Passionem ejus: *Cum enim*, inquit, *quærerent illum* Judæi, *accessit unus ex Apostolis ad* Herodem, *qui* Judæis *imperabat*, *& ad Concilium* Judæorum, *dixitque illis* Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam *Messiam. Et obtulerunt ei triginta* Drachmas *Quibus ille acceptis eum illis indicavit At vero* رفع, elevavit *Deus O. M* Messiam *ad se.* (Quæ sunt verba Al Corani supra allata,) *& alium ei similem, quem indicaverat Proditor, ejus loco objecit*, juxta illud Al-Cor Sur. eadem 4 v 156 وقولهم انا قتلنا المسيح عيسى ابن مريم رسول الله وما قتلوه وما صلبوه ولكن شبه لهم *Hoc est dictum eorum* (Judæorum ) Nos certe occidimus Messiam *Isam* Jesum) filium *Mariæ* Apostolum Dei. *Nec tamen occiderunt eum, neque crucifixerunt eum, sed objecta fuit eis similitudo* (*ejus* ) Secunda *Elevatio* ea est, quæ *Epocham*, de qua hic agitur, constituit Supponunt enim Mohammedani, Deum post Passionem, & Sepulturam supposititi illius Messiæ, verum Messiam e cœlo demisisse, ac tum demum post 40 dies eum in cœlum rursus ad se elevasse Quæ omnia fuse narrat Auctor noster loco citato An Christus mortuus fuerit inter se disputant Mohammedani, referente Ebno l-Athir in Historia sua الكامل *Al-Câmel* dicta وقد اختلف العلماء في موته قبل رفعه فقيل وقد رفع ولم يمت وقيل بل توفاه الله ثلث ساعات وقيل سبع ساعات ثم احياه ... وقال ذا قوله تعالى يا عيسى اني متوفيك ورافعك الي - *Controversia est inter Doctores de morte ejus ante* Elevationem *suam*: *Aiunt quidam* Elevatus fuit, & non mortuus est. *Alii dicunt* Quin imò, illum mortem subire fecit Deus per tres horas, *vel ut nonnulli volunt*, per septem horas, deinde illum resuscitavit *Quæ posterior sententia cum verbo Dei O M consentit*, Al Cor Sur 3 v 54 O Isa (Jesu Ego fato fungi te faciam, & Elevabo te ad me. Ait porro ibidem Abu'l-Feda *Elevationem Messiæ* contigisse post victoriam *Alexandri M.* de *Dario*, anno 336. & inter eandem *Elevationem Messiæ*, & *Nativitatem* Prophetæ. fuisse annos circiter 544.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13.

Is fuit ultimus Regum *Romanorum* Idolorum cultor.

Inter *Hegjram*, & *Nativitatem* APOSTOLI Dei . . . anni 53.

Cum mensibus 2. & diebus 8.

Inter *Hegjram*, & *Missionem* APOSTOLI Dei . . . anni 13.

Cum mensibus 2. & diebus 8.

Inter *Hegjram*, & *Obitum* APOSTOLI Dei . . . anni 9.

Cum mensibus 11. & diebus 22. scilicet post *Hegjram*.

وهو اخر عبدة الاصنام من ملوك الروم

بين الهجرة وبين المولد رسول الله صلعم ثلثة وخمسون سنة

وشهرين وثمانية ايام

بين الهجرة وبين المبعث رسول الله صلعم ثلثة عشر سنة

وشهران وثمانية ايام

بين الهجرة وبين الوفاة رسول الله صلعم تسع سنين

واحد عشر شهرا واثنان وعشرون يوما وهي بعد الهجرة

## CAP. XXIV.

### *Historia* Fugæ.

JAM verò quod FUGÆ historiam spectat: Statim atque resciverunt *Koraïshitæ* Apostolum Dei . . . jam nactum esse *Ansarios* (sive *Adjutores Medinenses*;) atque etiam Socios ejus *Meccæ* firmiter ipsi adhærere; cæperunt timere, ne Apostolus Dei . . . *Medinam* se proriperet.

Quare, [a] concilio inter se habito, deliberarunt, ut ex omnibus Tribubus singulos viros deligerent, qui illum gladiis suis confoderent ictu ab unoquoque viro inflicto; qua quidem ratione sanguis ejus in omnes Tribus dispergeretur. Quòd cùm ad Prophetam . . . nunciatum esset, præcepit *Ali*, ut in suo lecto dormiret, seque veste sua viridi involveret: Et insuper juramento eum adstrinxit, ut Deposita, quæ apud se haberet Apostolus Dei . . . ea ille dominis eorum redderet. Mox Infideles ad ostium Prophetæ . . . congregati sunt, ut observarent eum, (donec dormiret,) atque tunc in eum insilirent.

At Apostolus Dei . . . pugillum pulveris (manu sua) collegit, & initium (Suratæ, cui Titulus est) [b] Ye, Sin, vel Y. S. recitans, pulverem illum in Infidelium capita cæpit dispergere. Quo facto non videre illum potuerunt. Venit autem aliquis ad eos dicens: *Utique Mohammed jam evasit; atque insuper capitibus ve-*

### حديث الهجرة

واما ما كان من حديث الهجرة فانه لما علمت قريش انه قد صار لرسول الله صلعم انصار وان اصحابه بمكة قد لحقوا انهم خافوا من خروج رسول الله صلعم الي المدينة

فاجتمعوا واتفقوا علي ان ياخذوا من كل قبيلة رجلا ليضربوه بسيفهم ضربة رجل واحد ليضيع دمه في القبايل وبلغ ذلك النبي صلعم فامر عليا ان ينام علي فراشه وان يتسجي ببردة الاخضر وان يتخلف عنه ليودي ما كان عند رسول الله صلعم من الودايع الي اربابها وكان الكفار قد اجتمعوا علي باب النبي صلعم يرصدونه ليثبوا عليه

فاخذ رسول الله صلعم حفنة تراب وتلا اول يا سين وجعل التراب علي روس الكفار فلم يروه فاتاهم ات وقال ان محمدا خرج ووضع علي

a *Concilio inter se habito.* Hic Auctor noster brevitati studens, ea quæ in illo concilio acta fuerunt, silentio prætermisit; quæ pluribus narrat Ebn-Ishak, & ex eo Gjannabius, uti suo loco videbimus. Nos Narrationis argumentum hoc loco tantùm apponemus: Aiunt itaque Diabolum, (qui paulo ante irrito conatu Mohammedi in colle Al-Akaba, se infensum præbuerat,) assumpta decrepiti cujusdam senis forma se in Koraishitarum concilium insinuasse sub prætextu audiendi ea, quæ pro Reipublicæ bono illi inter se deliberarent. Cumque variæ propositæ essent sententiæ adversùs Mohammedem, is illas omnes suo judicio sufflaminavit, quippe quæ non essent peremptoriæ; donec tandem *Abu-Gjebel* illam sententiam, quam Auctor noster refert, pronunciavit: atque hanc Diabolus cum magnis laudibus auctoritate sua comprobavit. Sed & Diabolus adhuc ipse sua frustratus est, nam eo ipso momento Gabriel Angelus Mohammedi inimicorum consilia & technas Diaboli revelans, ut sibi caveret admonuit.

b *Ye, Sin.* Hæc Surata 36. una est e 29. quæ sive initialibus, sive separatis & singularibus Literis, in modum Tituli, insigniuntur, de quibus egimus supra pag. 22. Hæ duæ Literæ ي, & س, secundùm Beïdhavium, aliosque Interpretes, sunt Initiales duarum Dictionum يا انسان *O homo.* Porrò Mohammed Initium hujus Suratæ recitavit usque ad hæc verba inclusivè: v. 9. . . فاغشيناهم فهم لا يبصرون *Et cooperuimus eos* (pulvere,) *& non potuerunt videre.*

*stris*

رؤسكم التراب وجعلوا ينتظرون فيرون عليا عليه برد النبي صلعم فيقولون محمد نايم فلم يبرحوا كذلك حتى اصبحوا فقام علي فعرفوه

واقام علي بمكة حتى ادى ودايع النبي صلعم وقصد النبي صلعم لما خرج من داره دار ابي بكر رضي الله عنه واعلم بان الله قد اذن بالهجرة فقال ابو بكر الصحبة يا رسول الله قال الصحبة فبكى ابو بكر رضي الله عنه فرحلا واستاجرا عبد الله بن اريقط وكان مشركا ليدلهما على الطريق ومضى النبي صلعم وابو بكر الى غار ثور وهو جبل اسفل مكة فاقاما فيه ثم خرجا من الغار بعد ثلاثة ايام وتوجها الى المدينة ومعهما عامر بن فهيرة مولى ابي بكر الصديق وعبد الله بن اريقط الدليل وهو كافر

وجدت قريش طلبه وتبعه سراقة بن ملك المدلجي فاحقق النبي صلعم فقال ابو بكر يا رسول الله ادركنا الطلب فقال له النبي صلعم لا تحزن ان الله معنا

*stris* [a] *pulverem injecit.* Tunc cæperunt explorare (per rimam januæ,) & viderunt *Alîm* veste Prophetæ . . . coopertum; & secum dixerunt: *Mohammed dormit.* Neque destiterunt ita (illum observare,) donec illis mane factum esset, quo tandem *Alî* surrexit, eumque illi agnoverunt.

Mansit autem *Alî Meccæ*, ut Prophetæ . . . Deposita restitueret. Jam verò Propheta . . . quam primum è domo sua egressus est, ad *Abu-Becri*, cui Deus sit propitius, domum se contulit; atque illum certiorem fecit Deum sibi permisisse, ut Fugam capesseret. Dixit *Abu-Becr*: *An comitabor?* Respondit: *Comitare.* Flevitque *Abu-Becr*, cui Deus sit propitius. Profecti sunt ambo igitur, & mercede conduxerunt *Abdo'llahum Oraïkati* filium, qui quidem erat Idololatra, ut viam sibi monstraret. Et pervenit Propheta . . . *Abu-Becro* comitante, [b] ad Speluncam *Thûr*, qui est mons infra *Meccam*, ibique substiterunt. Deinde post trium dierum moram e Spelunca egressi *Medinam* contenderunt, habentes secum *Amerum-Fohairæ* filium *Abu-Becri Al-Seddik* (i. e. Testis fidelis) famulum, & *Abdo'llahum Oraikati* filium, itineris ducem, qui quidem erat Infidelis.

Interea vero *Koraishitæ* summa diligentia in investigando illo utebatur; eum autem pressius insequebatur *Soraka* filius *Malki Al-Madlehitæ.* Cumque jam propiùs instaret Prophetæ, exclamans *Abu-Becr*, *O Apostole Dei*, inquit, *jam attigit nos Persecutor.* Dixit ei Propheta: [c] *Ne contristeris; nam Deus est nobiscum.*

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegiræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
Missionis ejus Propheticæ 13

a *Pulverem injecit.* Koraishitæ ignorabant quid sibi à Mohammede factum esset: Rem totam clarius explicat Ebn-Ishak hoc modo: فاتاهم ات ممن لم يكن معهم فقال ما تنتظرون هاهنا قالوا محمدا قال خيبكم الله قد والله خرج عليكم محمد ثم ما ترك منكم رجلا الا وقد وضع على راسه ترابا فانطلق لحاجته فما ترون ما بكم قال فوضع كل رجل يده على راسه فاذا عليه تراب فانزل الله تعالى في ذلك وان يمكر بك الذين كفروا ليثبتوك او يقتلوك او يخرجوك ويمكرون ويمكر الله والله خير الماكرين

i. e. *Venit autem ad eos aliquis, qui non erat cum illis, dicens:* Quid hic circumspicitis? *Responderunt.* Mohammedem quærimus: *Quibus ille*, utique Deus reos vos peragit; Per Deum! jam evasit à vobis Mohammed: Præterea nemo vestrûm est, cujus capiti non injecerit pulverem, tum abiit in viam suam: vos verò non videtis quid vobis acciderit. *Quibus auditis, unusquisque manum ad caput suum apposuit; & ecce pulvere conspersum erat. Atque ea de re Deus O. M. hæc verba cælitùs dimisit* Al-Cor. Sur. 8. v. 29. Et cùm dolos machinabantur contra te ii qui erant Infideles, ut comprehenderent te, aut occiderent te, aut e Mecca ejicerent. Et quidem illi dolos machinabantur: at verò dolos ipse Deus machinabatur: est enim Deus machinantium dolos optimus. Hac Phrasi sæpe utitur Al-Coranus de Deo loquens; v. & Sur. 13. v. 44. & alibi passim.

b *Ad Speluncam Thûr.* Abu'l-Feda in Descriptione Arabiæ, de hac Spelunca hæc habet: والغار الذي اوى اليه رسول الله صلعم وابو بكر رضي الله عنه في جبل ثور وهو مطل مكة من الجنوبها *Spelunca autem, in quam se recepit Apostolus Dei . . . comitante* Abu-Becro, *cui Deus sit propitius, est in monte* Thûr, *qui* Meccæ *imminet ab Austro ejus.* Assohailius autem ait hunc montem situm esse, في غربي مكة *ad Occidentem* Meccæ. Quæ duæ sententiæ, si inter se concilientur, dicendum Montem *Thûr* situm esse media distantia inter Austrum & Occidentem. Nam Mohammed in fuga sua non rectam tenuit viam, sed illam obliquam per montes, & oram maritimam, quam describit Edrisius, videlicet ab *Mecca* ad *Batn-Mar*, inde ad *Osfân*, & *Kodaïd*, &c. Ita enim expressis verbis Ebn-Ishak: وانطلق معه عامر بن فهيرة والدليل واخذ بهم طريق الساحل *Et ivit cum eo* Amer Fohairæ *filius, & dux itineris, & arripuit viam maritimam.* Mons *Thûr* ab *Mecca* distat unius horæ itinere. De Miraculis, quæ in ista Spelunca facta sunt, altum silet Auctor noster: sed a Gjannabio aliisque Historicis descripta sunt, uti suo loco videbimus.

c *Ne contristeris.* Hæc sunt eadem verba, quæ Mohammed ad Abu-Becrum dixerat, dum ambo essent in Spelunca; illaque huc videtur perperam transtulisse Abu'l-Feda, nisi dicamus hæc bis à Mohammede prolata fuisse. Verba Al-Cor. hæc sunt Sur. 9. v. 42. اذ هما في الغار اذ يقول لصاحبه لا تحزن ان الله معنا *Cùm essent in* Spelunca, *quando dixit ad comitem suum*: Ne contristeris; nam Deus est nobiscum.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53;
Missionis ejus Propheticæ 13.

Vocavitque Apostolus Dei ... *Sorâkam*; & subitò corruit equus ejus, ventre ad terram duram (prono.) Dixitque *Sorâka*: *Invoca Deum, O Mohammed, ut me servet incolumem, & te protinus desistam persequi.* Et oravit pro eo Propheta ... & incolumis evasit. Deinde verò cæpit rursùs illum persequi. Clamavit ergò ad eum Propheta ... Et ille secundà vice corruit. Tum ille iterum salutem supplex rogavit, seque a persequendo Propheta ... prorsùs desistere pollicitus est. Annuens itaque oravit pro illo. Tunc eum alloquutus, *Quomodo*, inquit, *geres te, O Soráka, quando* [a] *induturus es armillas Kesræ* (Kosrois cognomento) *Parvîz*! Avertit se itaque Sorâka; & à persequendo jussit desistere omnes, qui se comitabantur, dicendo: *Sufficiat vobis hactenus.*

Sicque *Medinam* pervenit Apostolus Dei ... die 12. mensis Rabi'i prioris anni primi (Hegjræ,) quæ fuit feria secunda, circa meridiem. Et diversatus est in (vico dicto) *Kobâ* apud *Calthûm Al-Hadami* filium: mansitque *Kobæ* feriis secunda, tertia, quarta, & quinta. Fundavit autem [b] *Kobæ* Templum. Atque ille locus in quo diversatus est, fuit etiam idem ipse, in quo, Templi fundamenta jacere cæpit, super colle dicto *Al-Takwa*, à primo die, quo ibi subsistendum judicavit.

Demùm die Conventûs, (seu Veneris,) *Kobâ* egressus est: Neque juxta aliquam ex Ansariorum domibus transibat, quin dicerent: *Nonne, O Apostole Dei, venies ad eos, qui sunt numerosiores, & opulentiores?* Simulque ad se habenam Cameli ejus trahebant. At ille dixit eis: *Viam ei liberam sinite; est enim contumax.* Atque ita, donec tandem venit ad locum, ubi Templum ejus (postea) fuit: Erat autem tunc Stabulum *Sahali*, & *Sohaili*, filiorum *Amrûi*, [c] orphanorum, sub tutela *Moâdhi* filii *Ofræ*.

ودعا رسول الله صلعم على سراقة
فارتطمت فرسه الى بطنها في ارض
صلد فقال سراقة ادع الله لي يا محمد
ان يخلصني ولك ان ارد الطلب عنك
فدعا له النبي صلعم فخلص ثم عاد
فدعا عليه النبي صلعم فارتطم ثانيا
وسال الخلاص وان يرد الطلب عن
النبي صلعم واجاب النبي صلعم ثم قال
له وقال كيف بك يا سراقة اذا
البست بسوار كسرى ابرويز فرجع
سراقة ورد كل من لقيه من الطلب
بان يقول كفيتم ما ههنا

وقدم المدينة رسول الله صلعم لاثني
عشر ليلة خلت من ربيع الاول من
سنة احدى وذلك يوم الاثنين الظهر
فنزل قبا على كلثوم بن الهدم واقام
بقبا الاثنين والثلثاء والاربعاء والخميس
واسس مسجد قبا وهو الذي نزل فيه
المسجد اسس على التقوى من اول
يوم احق ان تقوم فيه

وخرج من قبا يوم الجمعة فما مر
على دار من دور الانصار الا
قالوا هلم يا رسول الله الى العدد
والعدة ويعترضون ناقته فيقول
خلوا سبيلها فانها مامورة حتى
انتهت الى موضع مسجده صلعم
وكان مربدا لسهل وسهيل ابني
عمرو يتيمين في حجر معاذ بن عفرا

a *Induturus es armillas Kesræ.* Hinc insigne argumentum ducunt Moslemi spiritûs Propheticæ Mohammedis, ut pote qui rem prædixerit, quæ anno demum Hegjræ 15. evenit, post prœlium scilicet *Cadesiense*, in quo *Omar* Chalifa ingentem victoriam per duces suos ab *Yesdegjerdo* ultimo Persarum rege reportavit. Cumque ad *Omarum* allatæ essent Regis fugitivi Armillæ cum Baltheo, & diademate, quæ ad *Cosroën* cognomento *Parwiz* olim pertinuerant, allatæ essent; is vocans ad se *Sorâcam*, qui tunc erat bonus Moslemus, ornamentis illis eum honoris causa induit. Cumque esset *Sorâka* capillitio albo nigroque variegatus, & laceitis admodum pilosis, ludicrum satis spectaculum adstantibus exhibuit. Qua de re plura videbimus in Gjannabio.

b *Kobæ Templum.* Abu'l-Feda in Descript. Arabiæ p.13. ex Auctore libri dicti المشترك *Al-Moshtarek*: قبا وهي قرية على ميلين من المدينة وهناك مسجد التقوى وله فضائل Koba *est vicus distans ab* Medina *circiter duo milliaria*: *Illic est Templum* Al-Takwâ, (i. e. *Pietatis*, vel est nomen proprium loci, ubi fundatum est Templum,) *cujus multæ sunt Excellentiæ.*

c *Orphanorum.* Hoc loco Vir cl. Humphr. Prideaux zelo suo abreptus in Mohammedem acerbissime invehitur vitæ Mohamm. pag. 64, & 65. & summam ei Injustitiam exprobrat, quippe qui contra jus & fas quandam soli portionem, quæ ad duos pauperes Orphanos infimi artificis filios nuper defuncti pertinebat, ad suum Templum extruendum, ab illis per violentiam eripuerit. *Adeo sue*, inquit ille, *primam sui Religiosi cultûs fabricam stabilivit Mohammed, eadem improbitate ac nequitia, qua & ipsam suam Religionem instituerat.* Quod quidem Injustitiæ exemplum memorari ait, (ne tam gravis accusatio teste careat,) in *Disputatione Christiani*, quæ in Editione Al-Corani per Bibliandrum extat cum aliis ejusdem generis confutationibus, ex Libro 24. Speculi Historialis Vincentii Bellovacensis desumpta. Hæc sunt verba Auctoris anonymi: *Abiit autem* (Mohamme ) *in civitatem quamdam destructam, quam ex majori parte* Judæi *pauperes inhabitabant, in quam cum ingrederetur volens ostendere justitiæ suæ regulam, & Prophetiæ modum, pupillis cujusdam carpentarii filiis domum abstulit, & in ea Meskidam fecit.* Possemus ab hoc disputatore quærere unde habuerit *Yathrebum*, sive *Medinam*, fuisse *civitatem destructam*, quæ tunc, ex omnium Historicorum consensu, erat florentissima, & civibus referta, non solum ex Judæis, sed & Christianis, præter indigenas ex pluribus Arabum Tribubus; adeo ut fuerit *Meccæ* æmula, eamque idcirco præ cæteris Mohammed in Asylum, & locum refugii sibi delegerit. At saltem de Injustitia, quam impingit homini debebat Auctores suos producere. Audiamus porrò scriptores Moslemos rem, uti factam putant, narrantes: Et quidem Al-Bocharius in *Sonna*, quæ quantæ sit

Ibi

فبركت هناك ووضعت جرانها فنزل عنها النبى صلعم فاحمل ابو ايوب الانصاري رحل الناقة الي بيته واقام النبي صلعم عند ابي ايوب الانصاری حتي بني مسجده ومساكنه وقيل بل كان موضع المسجد لبنى النجار وفيه كل وحرة وقبور المشركين

Ibi Camela genua flectens contumaciam deposuit. Inde Propheta... ulterius perrexit. Cui obviam factus *Abu-Aiûb Ansarius* sarcinas Camelæ in domum suam asportavit. Mansit itaque Propheta... apud *Abu-Aiubûm Ansarium*, usque dum Templum suum atque hospitium sibimet ædificavit. Alii dicunt locum Templi pertinuisse ad filios *Al-Nagjâri*; ibique fuisse omnes immunditias, & Sepulchra Idololatrarum.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216.
A Nativitate Christi 631.
Hegjræ 1.
Ætatis Mohammedis 53.
* Æræ Christi Vulg. 622 Cœpit die 16. Julii, feria 6

## CAP. XXV.

ذكر تزوج النبي صلعم بعايشة بنت ابي بكر الصديق رضي الله عنهما

*De Matrimonio Prophetæ ... cum* A'iesha *filia* Abu-Becri Al-Seddik, *ambobus Deus sit propitius.*

وتزوجها قبل الهجرة بعد وفاة خديجة ودخل بها بعد الهجرة ثمانية اشهر وهي ابنة تسع سنين وتوفي فيها وهي ابنة ثمانية عشر سنة

JAM illam uxorem duxerat ante *Hegjram*, post obitum *Chadigjæ*; & ad eam ingressus est post *Hegjram* octo mensibus, cùm nata esset annos novem: Et ille diem suum obiit cùm ipsa octodecim annos complevisset.

## CAP. XXVI.

ذكر المواخاة بين المسلمين

*De* Fraternitate *instituta inter* Moslemos.

اخا رسول الله صلعم فاخذ رسول الله صلعم علي بن ابي طالب اخا وكان علي يقول علي منبر الكوفة ايام خلافته انا عبد الله واخو رسول الله صلعم وصار ابو بكر وخارجة بن زيد بن ابي زهير الانصاري اخوين وابو عبيدة بن الجراح وسعد بن معاذ الانصاري اخوين وعمر بن الخطاب وعتبان بن مالك الانصاري اخوين وعبد الرحمن بن عوف وسعد بن الربيع الانصاري اخوين وعثمان بن عفان واوس بن ثابت الانصاري اخوين وطلحة بن عبيد الله وكعب ابن مالك الانصاري اخوين وسعيد بن زيد وابي بن كعب الانصاري اخوين

FRatres instituit Apostolus Dei... Et quidem *Alim Abu-Talebi* filium in fratrem sibi ipsi cooptavit. Unde *Ali* tempore *Chalifâtus* sui, cùm concionaretur in suggesto *Cufæ* aiebat: *Ego sum Servus Dei, & Frater Apostoli Dei...* Deinde (cæteri hoc ordine:) *Abu-Becr*, & *Haregja* filius *Zaidi*, filii *Abu-Zohairi*, *Ansarius*, facti sunt par fratrum: *Abu-Obaidah Al-Gjarabi* filius, & *Sa'ad Moâdhi* filius, *Ansarius*, par fratrum: *Omar Al-Chettâbi* filius, & *Otbân Maleki* filius, *Ansarius*, par fratrum: *Abdo'rrahman Awfi* filius, & *Sa'ad Al-Rabi'i* filius, par fratrum: *Othman Affâni* filius, & *Aws Thâbeti* filius, *Ansarius*, par fratrum: *Telha Obaidò'llahi* filius, & *Ca'ab Mâleki* filius, *Ansarius*, par fratrum: Denique *Sa'id Zaidi* filius, & *Abbâ Caabi* filius, *Ansarius*, par fratrum.

Authoritatis jam diximus, sic loquitur: ثم دعا رسول الله صلعم الغلامين فساومهما في المربد ليتخذه مسجدا فقالا بل نهبه لك يا رسول الله ثم بناه مسجدا *Deinde vocavit ad se Apostolus Dei... istos pueros, & cum eis stipulatus est de pretio* Stabuli, *ut illud acciperet. Dixerunt illi: Imo verò ipsum tibi dono damus, O Apostole Dei. Atque tunc ædificavit illud in Templum.* Quid? quod ait Gjannabius, expressis verbis, فاشتراه النبي صلعم *Et emit illud Propheta...* Additque Ahmed Ben Joseph: ودفع ثمنه ابو بكر *Et pretium ejus persolvit* Abu-Becr. Quid plura? Sane, ut absque præjudicio loquamur, è re Mohammedis non erat, nisi ipsum prorsus amentem dixeris, illis initiis tam aperte in novorum hospitum, eorumque orphanorum, bona violentas manus inferre. Orphanorum cura Mohammedi pluribus locis commendatur in Al-Corano; atque imprimis Sur. 93. v. 6. ubi Deus sic eum alloquitur, qui ipse fuerat Orphanus: الم يجدك يتيما فاوي ووجدك ضالا فهدي ووجدك عايلا فاغني فاما اليتيم فلا تقهر *Nonne* (Deus) *invenit te Orphanum, & suscepit* (*te?*) *Nonne invenit te errantem, & direxit* (*te?*) *Nonne invenit te pauperem, & ditavit* (*te?*) *Quapropter Orphanum ne violenter tractes* (*usurpando ejus bona.*) Vid. Sur. 4. v. 126. & Sur. 6. v. 152. & alibi sæpissimè. Deinde falsum est istos Orphanos fuisse filios Carpentarii, seu Artificis inferioris. Erant filii *Amrûi*, secundùm Abu'l-Fedam, unius ex nobilissimis Arabum Tribubus, vel secundùm alios, uti idem infra refert, *è filiis Al-Nagjâri*, quæ fuit alia Tribus Arabum non ignobilis: Error inde ortus est, quod النجار *Al-Nagjâr* significat etiam *Fabrum lignarium*; sed hoc loco est nomen Appellativum, seu Gentilitium; quare dicuntur, *è filiis*, non *Filii Al-Nagjâri*.

* Hinc, & deinceps, omisso Missionis Propheticæ anno, in Margine adponemus annum Æræ Christi Vulgaris Dionysianæ. Dies primus Mensis Moharrâm anni hujus primi Hegjræ, incidit, secundùm Phasin Lunæ, in diem 16. Julii anni Æræ Christi Vulgaris 622. quæ fuit feria 6.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6217.
A Nativitate Christi 632.
Hegjræ 2.
Ætatis Mohammedis 54.
Æræ Christi Vulg. 623. Cæpit die 5. Julii, feria 3.

Porrò primus, qui natus est *Mohagjertis* post *Hegjram*, fuit *Abdo'llah Al-Zobaïri* filius: Et primus, qui natus est *Ansariis*, fuit *Al-Nooman Bashiri* filius.

واول مولود ولد للمهاجرين بعد الهجرة عبد الله بن الزبير واول مولود ولد للانصار النعمان بن بشير

Tum cæpit annus SECUNDUS *Hegjræ*.

ثم دخلت سنة اثنتين من الهجرة

Quo anno [a] conversa est Precatio [b] ad CAABAM. Fiebat autem antea Precatio tum *Meccæ*, tum postquam *Medinam* se recepisset, per menses octodecim, versùs [c] DOMUM SANCTAM, (i. e. Templum Hierosolymitanum,) directa.

فيها حولت الصلاة الى الكعبة وكانت الصلاة بمكة وبعد مقدمه الى المدينة ثمانية عشر شهرا الى بيت المقدس

a *Conversa est Precatio.* Id expressis verbis præcipitur Al-Cor. Sur. 2. v. 146. فول وجهك شطر المسجد الحرام وحيث ما كنتم فولوا وجوهكم شطره *Verte igitur faciem tuam* (*dum precaris*) *versus Templum* Al-Harâm (i. e. loci sacri, seu Fani Meccani:) *Et ubicunque fueritis, facies vestras ad illud convertite.* Idem præceptum iisdem fere verbis repetitur infra, v. 151, & 152.

b *Ad Caabam.* Rationem nominis, & descriptionem ejus dedimus in Prolog. Hanc Deus unicum Religiosi cultus objectum Moslemis constituit Al-Cor. Sur. 5. v. 106. جعل الله الكعبة البيت الحرام قياما للناس *Constituit Deus* Caabam, Domum Loci-sacri, *stationem hominibus.* Dicitur *Statio hominibus, quia,* inquit Gelalo'ddinus, يقوم به امر دينهم *in eo consistit Religionis eorum negotium,* seu unicum objectum. Ac proinde omnes precando ad illud debent facies suas convertere. Ista conversio versus Caabam, seu Templum Meccanum, appellatur in Al-Corano قبلة *KEBLA,* i. e. *locus,* seu *plaga anterior,* ad quam quis respicit, nempe Sur. 2. v. 146. ubi Deus observans Mohammedem, relicta conversione faciei suæ versus Templum Hierosolymitanum, quod antea precando solebat facere, ad cœlum faciem attollere hæsitabundum, sic eum alloquitur: قد نرى تقلب وجهك في السماء فلنولينك قبلة ترضيها *Jam videmus conversionem faciei tuæ in cœlum,* (quasi esses incertus quo te precando convertas.) *Quare constituemus tibi KEBLAM, quæ tibi placeat. Verte igitur faciem tuam versùs Templum Al-Haram,* &c.

c *Domum Sanctam.* Quæ ut melius intelligantur, sciendum est Mohammedem, tum cum novam Religionem conderet, nullam in Precando habuisse *Keblam,* seu plagam mundi certam, ad quam Moslemi se converterent; sed liberum erat cuilibet, ut quoquoversum vellet faciem converteret, quum Deus per immensitatem suam ubique præsens adsit, juxta illud Al-Corani: ولله المشرق والمغرب فاينما تولوا فثم وجه الله ان الله واسع عليم *Et Dei est Oriens & Occidens: Itaque quocunque conversi fueritis* (ad precandum) *ibi est facies Dei: Utique Deus est immensus, omnisciens.* Tum deinde nocturno itinere reversus ab Hierosolyma, in cujus Templo cum Sanctis & Prophetis oraverat, quemadmodum supra narratum est pag. 34. in fine, loci Sanctissimi veneratione permotus illum suis pro *Kebla* constituit: Quod quidem Christianis, sed præsertim Judæis gratissimum fecit; ac proprio motu, ut videtur, & nulla accepta revelatione à Deo per Angelum Gabrielem; nihil enim ea de re expressis verbis præscriptum habetur in Al-Corano. Sed tantum per modum illationis id factum fuisse concludunt Interpretes ex hoc loco Al-Cor. Sur. 2. v. 143. سيقول السفهاء من الناس ما وليهم عن قبلتهم التي كانوا عليها قل لله المشرق والمغرب يهدي من يشاء الى صراط المستقيم *Dicent fatui ex hominibus* (Judæi:) *Quid avertit eos* (Moslemos) *à KEBLA sua, cui priùs insistebant,* (nempe versus Templum Hierosolymitanum) *Responde eis,* (inquit Deus:) *Dei est Oriens, & Occidens: Dirigit quem vult in semitam rectam.* Tum etiam v. 145. وما جعلنا القبلة التي كنت عليها الا لنعلم من يتبع الرسول ممن ينقلب على عقبيه *Et non constituimus KEBLAM illam, cui hactenus institisti,* (nempe versùs Templum Hierosolymitanum;) *nisi ut dignosceremus eum, qui sequeretur* Apostolum, *ab illo, qui ad calcaneos suos se converteret* (i. e. qui ad Judaismum reverteretur.) Et revera his rationibus minime persuasi multi Judæi ob hanc mutationem Keblæ, ab Islamismo, quem amplexi fuerant resilire, acriter contendentes Templum Hierosolymitanum Caabæ longe anteferendum. Quare novis Revelationibus opus fuit; & opportune cœlitus demissus fuit hic versiculus Sur. 3. v. 96. ان اول بيت وضع للناس للذي ببكة *Certè prima DOMUS, quæ posita fuit hominibus, ea est quæ in* Becca (i. e. Mecca.) Ubi Gelalo'ddinus ait: نزل لما قالوا قبلتنا قبل قبلتكم *Descendit* (hic versiculus,) *quando dixerunt* (Judæi ad Moslemos:) KEBLA nostra antiquior est KEBLA vestra. Et Al-Gjuzi in Libro de Peregrinatione Meccana cap. 67. وسبب نزول هذه الاية ان المسلمون واليهود افتخروا فقالت اليهود بيت المقدس افضل من الكعبة وقال والمسلمون بل الكعبة افضل فنزلت هذه الاية قاله مجاهد *Causa descensus hujus versiculi fuit, quòd* Moslemos *inter &* Judæos *magna orta esset disceptatio. Dicebant enim* Judæi: DOMUS SANCTA excellentior est CAABA. *Econtra* Moslemi, imo verò, *inquiebant,* CAABA est excellentior. *Atque tunc cœlitùs demissus fuit hic versiculus. Ita asserit* Mogjâhed. Præterea *Caaba* appellatur, بيت العتيق *Domus antiqua,* Sur. 22. v. 31. De Antiquitate ejus, & a quibus primùm ædificata fuit fusè alibi diximus. Sicque causa ceciderunt Judæi. *Ex eo tempore,* inquit cl. Pocockius, Specim. Hist. Arab. p. 175. *CAABAM, præeunte ipso* Mohammede, *religiosè sibi Scopum figunt* Mohammedani, *adeo ut AL-KEBLA inter AL-CAABÆ nomina censeatur, teste* Al-Firauzabadio, *&* اهل القبلة Ahlo'l-Keblah, i. e. Populus Keblæ, *seu cœtus erga* Caabam *inter orandum faciem obvertensium appellatio sit omnibus, qui* Mohammedi *nomen dederint, Sectarum, ut ut inter se discrepantium, communis, ut videre est in* Mogreb *in verbo* وجهم, *apud* Al-Kessaium *in* اهل الهوا, *& passim apud* Al-Sharestanium, *& Auctorem* Sharho'l-Mawakef.

Quæ

وذلك يوم الثلثا منتصف شعبان
فاستقبل الكعبة في صلاة الظهر
وبلغ اهل قبا ذلك فتحولوا الى
جهة الكعبة وهم في الصلاة

وفي هذه السنة اعني سنة اثنين
فرض صيام رمضان

وفي هذه السنة بعث رسول الله
صلعم عبد الله بن جحش الاسدي
في ثمانية انفس الى نخلة بين
مكة والطايف ليتعرفوا اخبار قريش
فمر بهم عير لقريش فغنموها واسروا
اثنين وحضروا الى رسول الله
صلعم وهي اول غنيمة
غنمها المسلمون من الاثرات
للمسعودي

وفي هذه السنة اري عبد الله بن
زيد بن عبد ربه الانصاري صورة
الاذان في النوم وورد الوحي به

Quæ converſio facta fuit feria tertia mediante menſe *Shaabân*. Cæpit itaque convertere ſe versùs *Caabam* in Precatione meridianà. Quod ubi nunciatum fuit habitatoribus *Kobæ*, ſtatim ipſi quoque *Caabam* versùs converſi ſunt; erant enim tunc adhuc in Precatione.

Hoc anno, videlicet ſecundo, injunctum eſt Jejunium menſis [a] *Ramadhân*.

Eodem anno miſit Apoſtolus Dei ... *Abdo'llahum Hagjaſhi* filium *Aſaditam* cum octo viris *Nachlam* versùs, (* quæ eſt vallis ſita) inter *Meccam* & *Al-Tâïefum*, ut quid novi de *Koraiſhitis* explorarent. Et tranſiit juxta illos cohors (ſeu Caravana) mercatorum *Koraiſhitarum*, quam diripuerunt; & captivos duos fecerunt. Deinde ad Apoſtolum Dei ... reverſi ſunt. Atque hæc eſt prima præda, quam deprædati ſunt Moſlemi, uti obſervatur in Libro dicto *Al-Athrât*, i. e. *Veſtigia*, ſeu *Traditiones*, Auctore *Al-Mas'ûdio*.

Eodem anno *Abdo'llah* filius *Zaidi*, filii *Abd-Rabbæ*, *Anſarius*, per ſomnium vidit [b] Formulam Proclamationis (Precum.) Sicque per illum cœlitus deſcendit [c] iſta Revelatio.

Anno ab O.C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6217.
A Nativitate Chriſti 632
Hegjræ 2.
Ætatis Mohammedis 54.
Æræ Chriſti Vulg. 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

* Ita Abu'l-Feda in Deſcriptione Arabiæ p. 55

a *Ramadhân* Eſt nonus menſis Arabum 30. diebus conſtans; qui nomen hoc ſortitus eſt à Rad. رمض media Keſra, *Ferbuit* ardente ſole dies; ex eo quod, dum antiqui Arabes annum ſolarem ſequerentur per intercalationem, hic menſis in æſtivos calores ſemper incidebat, ſic enim Al-Gjawharius in Lexico ſuo يقال انهم لما نقلوا اسما الشهور من اللغة القديمة سموها بالازمنة التي وقعت فيها فوافق هذا الشهر ايام رمض الحر فسمي بذلك *Dicitur eos, cùm menſium appellationes e Dialecto antiqua transferrent, nomina juxta temporum, in quæ inciderent, rationem impoſuiſſe; menſem autem hunc in dies* Fervoris æſtûs *incidiſſe, atque inde nomen ſortitum.* Ebno'l-Athir obſervat hunc menſem etiam appellari شهر الصبر Menſem *Patientiæ*, ſcilicet لما فيه من حبس النفس عن الطعام والشراب والنكاح *quod in eo ſe à cibo, potu, & venere cohibere juſſi ſunt.* Porrò Jejunium illius menſis eſt unum e quinque Fundamentis Legis Iſlamiticæ, & præſcribitur in Al-Corano his verbis, quæ extant Sur. 2. v. 184. يا ايها امنوا كتب عليكم الصيام كما كتب على الذين من قبلكم لعلكم تتقون اياما معدودات *O vos qui credidiſtis, præſcriptum eſt vobis Jejunium, quemadmodum præſcriptum eſt iis, qui fuerunt ante vos. fortean timebitis; per dies numeratos. &c.* Tum poſt aliquot ſanctiones circa modum jejunii ſervandi, Menſis ipſe aſſignatur nempe v. 186. شهر رمضان الذي انزل فيه القران *Menſis* Ramadhan *in quo cœlitus demiſſus fuit* Al-Coranus. Et poſt pauca: فمن شهد منكم فليصمه *Et quiſquis ex vobis præſto aderit, in eo jejunabit.* Al-Kodaius ait Jejunium Menſis Ramadhân injunctum fuiſſe: بعد الهجرة بسنة وسبعة اشهر *poſt Hegjram anno, & ſeptem menſibus.* Quomodo hodie hoc Jejunium apud Turcas obſervetur, lectu digna ſunt, quæ de eo ſcripſit vir doct. Tho. Smith Libro de Moribus & Inſtitutis Turcarum p. 42. & ſeqq.

b *Formulam.* Hæc Formula concepta erat his verbis, prout etiamnum extat in Liturgia Mohammedanorum: الله اكبر الله اكبر اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان محمد رسول الله اشهد ان محمد رسول الله حي على الصلات حي على الصلات حي على الفلاح حي على الفلاح الله اكبر الله اكبر لا اله الا الله *Deus eſt magnus: Deus eſt magnus. Teſtor quod non ſit Deus niſi Deus. Teſtor quod non ſit Deus niſi Deus. Teſtor quod Mohammed ſit Apoſtolus Dei: Teſtor quod Mohammed ſit Apoſtolus Dei. Agedum ad Preces: Agedum ad Preces. Agedum ad cultum: Agedum ad cultum. Deus eſt magnus: Deus eſt magnus. Non eſt Deus niſi Deus.* Quod ſi ſit Proclamatio ad Preces matutinas additur, الصلات خير من النوم الصلات خير من النوم *Precatio melior eſt quam ſomnus: Precatio melior eſt quam ſomnus.*

c *Iſta Revelatio.* Hujus extraordinariæ Revelationis ad hominem privatum factæ Hiſtoriam refert Ebn-Iſhak his verbis: وكان رسول الله صلعم حين قدم المدينة انما يجتمع الناس اليه للصلات بحين مواقتها فهم صلعم ان يجعل بوقا كبوق اليهود الذين يدعون لصلاتهم ثم كرهه ثم امر بالناقوس فنحت ليضرب به للصلات فبيناهم على ذلك راء عبد الله بن زيد النداء فاتى رسول الله صلعم فقال يا رسول الله انه طاف بي هذه الليلة طايف مر بي رجل عليه ثوبان اخضران يحمل ناقوسا في يده فقلت يا عبد الله اتبيع هذا الناقوس قال وما تصنع به قال قلت ندعوا به الى الصلات قال افلا ادلك ملي خير من ذلك قال قلت وما هو قال تقول الله اكبر الله اكبر الى

# CAP. XXVII.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217. A Nativitate Christi 632. Hegjræ 2. Ætatis Mohammedis 54. Æræ Christi Vulg 623 Cœpit die 5 Julii, feria 3

## *De Bello* Bedrensi *majore.*

## ذكر غزوة بدر الكبرى

HOC est Bellum, in quo Deus Religionem manifestavit; cujus historia sic se habet: Cùm appropinquarent Koraishitæ è Syria reduces cum *Abu-Sofiâno Harbi* filio, quo cum erant triginta viri; mox Apostolus Dei... milites adversus eos in insidiis collocavit. Qua de re (per exploratores) certior factus *Abu-Sofiân* Meccam misit significans *Koraishitis* Prophetam... ad se infestis signis contendere. Confestim itaque *Mecca* prodierunt; adeò ut e magnatibus ipsis nemo cunctaretur præter solum *Abu-Lahabum*, qui loco suo *Al-Asum Heshâmi* filium substituit. Illorum numerus erat nongentorum & quinquaginta virorum, inter quos erant centum equites.

Egressus est autem *Medina* Apostolus Dei... [a] die tertio mensis *Ramadhân* anni secundi *Hegjræ* cum trecentis & tredecim viris, ex quibus erant *Mohagerii* (i.e. Fugæ comites) septuaginta septem; reliqui erant *Ansarii* (i.e. Adjutores.) Habebant solummodo duos equos, quorum unus pertinebat ad *Al-Mokdârum Amrûi* filium, *Al-Kenditam*, idque sine controversia; alter vero, ut quidam volunt nonnulli, erat *Zobairi Al-Awâmi* filii, vel ut alii dicunt, *Hamzæ*. Habebant etiam Camelos septuaginta, quibus illi alternis vicibus vehebantur. Cùmque Apostolus Dei... [b] ad *Safrâ* castra posuisset, allatus est nuncius, Caravanam *Bedrum* usque pervenisse, & Idololatras ad illam defendendam accedere. Quare Apostolus Dei... inde proficiscens propè

وهي الغزوة التي اظهر الله بها
الدين وكان من خبرها انه لما ورد
العريش تقبل من الشام مع ابي سفيان
بن حرب ومعه ثلثون رجلا فندب
رسول الله صلعم الناس اليهم فبلغ ابا
سفيان ذلك فبعث الى مكة واعلم
قريش ان النبي صلعم يقصده فخرج
الناس من مكة سراعا فلم يتخلف من
الاشراف غير ابي لهب وبعث مكانه
العاص بن هشام فكانت عدتهم تسعماية
وخمسين رجلا فيهم ماية فرس
وخرج رسول الله صلعم من المدينة
لثلاث خلون من رمضان سنة اثنين
للهجرة ومعه ثلثماية وثلثة عشر رجلا
منهم سبعة وسبعون من المهاجرين
والباقون من الانصار ولم يكن معهم
الا فارسان احدهما المقداد بن عمرو
الكندي بلا خلاف والثاني قيل هو
الزبير بن العوام وقيل حمزة وكانت
الابل سبعون يتعاقبون عليها ونزل
رسول الله صلعم الصفراء وجاءته
الاخبار بان العير قاربت بدرا وان
المشركين قد خرجوا ليمنعوا عنها
ثم ارتحل رسول الله صلعم ونزل في

اخر كلمات الاذان فقال رسول الله صلعم انها لرؤيا حق ان شاء الله فقم مع بلال فالقها عليه فليؤذنوا بها فانه اندى صوتا منك *Postquam Apostolus Dei* ... Medinam *venisset, cœperunt homines ad illum congregari, ut Preces statutis temporibus persolverent. Et quidem primò, intendit, ad convocandum populum usurpare* Buccinam, *qualis est* Judæorum Buccina, *quando ad Preces populum vocant; tum vero displicuit ei. Deinde jussit fabricari* Crepitaculum, *illudque aptè dolari, ut eo pulsaretur, ad convocandum ad* Preces. *Interea autem dum hæc agitarentur,* Abdo'llah Zaidi *filius vidit in somnio* Ritum Promulgationis: *Et statim veniens ad Apostolum Dei ... sic eum alloquutus est:* O Apostole Dei, hac nocte circumivit me quidam noctu ambulans, scilicet, pertransivit juxta me vir duplici veste viridi indutus, portans in manu sua *Crepitaculum*; quod Ego videns sic mecum loquebar: O Abdo'llah, *emamus hoc* Crepitaculum. Quod audito ille dixit mihi: *Quidnam eo vis facere?* Respondi: *Ut populum ad Preces convocemus.* Tum ille, *nequaquam*, ait, *quin tibi aliquid melius indicabo. Quidnam hoc est, amabo te*, inquam. Respondit: *Ut recites hæc verba*: ACBAR ALLAH, ACBAR ALLAH, i. e. Magnus est Deus, Magnus est Deus, &c. usque ad postrema verba Formulæ Promulgationis. *Quibus auditis Apostolus Dei ... exclamans ait*. Profectò, vera est hæc Visio, si Deo O. M. placuerit: Surge itaque cum Belâlo, eumque Formulam edoce, ut ipse illam proclamet; ille enim voce magis clamosâ, quam tu, præditus est.

a *Die tertio*. Ebn-Ishak ait لثماني *octavo*.

b *Ad Safrâ*. Al-Edrisio appellatur وادي الصفراء *Wadi'l-Safrâ*, estque Portus ad mare Rubrum supra الجار *Al-Gjâr*, qui est portus *Medinæ*, ab ea distans 3. dierum itinere. Ebn-Ishak, فسلك رسول الله صلعم طريقه من المدينة الى مكة حتى اذا كان قريبا من الصفراء وهي قرية بين جبلين ثم ارتحل رسول الله صلعم وسلك ذات اليمين على واد يقال له ذافران واتاه الخبر عن قريش بمسيرهم ليمنعوا عيرهم *Et Apostolus Dei ... viam arripuit quæ ab* Medina Meccam *ducit, donec pervenisset propè* Al-Safrâ, *quod est oppidum inter duos montes situm: Inde iter flectens ad dextram pervenit juxta Vadum quod dicitur* Dâferân. *Ibique nuncium accepit* Koraishitas *magnis itineribus contendere ad defendendam Caravanam suam.* Concilium, quod ibi habuit Mohammed, magnificè describit Ebn-Ishak, & ex eo Gjannabius, uti suo loco videbimus.

بدر علي ادني ماء من القوم واشار سعد بن معاذ ببناء عريش لرسول الله صلعم فعمل وجلس عليه رسول الله صلعم ومعه ابو بكر

[a] *Bedrum* castra metatus est, in loco, ubi aquæ propior esset quam hostis. Hìc consilium dedit *Sa'ad Moâdhi* filius extruendi Umbraculum Apostolo Dei ... Et protinùs fabricatum est; in eoque sedit Apostolus Dei ... & simul cum illo *Abu-Becr*.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217. A Nativitate Christi 632. Hegjræ 2. Ætatis Mohammedis 54. Æræ Christi Vulg. 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

واقبلت قريش فلما راهم رسول الله صلعم قال اللهم هذه قريش قد اقبلت بخيلايها وفخرها تكذب رسولك اللهم فنصرك الذي وعدتني

Interea verò appropinquabant *Koraïshitæ*; quos statim ut vidit Apostolus Dei ... dixit: *O Deus, Isti Koraïshitæ jam adsunt cum superbia & fastu suo, ut mendacii arguant APOSTOLUM tuum, O Deus: Jam ergo fer auxilium, quod mihi promisisti.*

وتقاربوا وبرز من المركين عتبة بن ربيعة وشيبة بن ربيعة والوليد بن عتبة فامر النبي صلعم ان يبارز عبيدة بن الحارث بن المطلب عتبة وحمزة عم النبي شيبة وعلي بن ابي طالب الوليد بن عتبة وقتل

Ut primùm in conspectu fuere ambæ acies, in arenam descenderunt ex Idololatris *Otba Rabîæ* filius, (& frater ejus,) *Shaïba Rabîæ* filius, & *Al-Walîd Otbæ* filius. Et simul jussit Propheta, ut ex adverso in arenam descenderent *Obaida* filius *Al-Hârethi*, filii *Al-Motallebi*, contra *Otbam*; & *Hamza* patruus Prophetæ ... contra *Shaïbam*; & *Alî Abu-Tâlebi* filius contra *Al-Walîdum* filium *Otbæ*. Et qui-

a *Bedrum.* Locus victoria prima Mohammedis celeberrimus, de qua crebra mentio est in Al-Corano. Al-Kodaius ait: بدر اسم بير كانة لرجل يدعى بدرا Bedr *est nomen Putei, qui pertinebat ad quemdam, qui vocabatur Bedr.* Situs ex antè dictis, & infra dicendis facile intelligetur. Lud. Marraccius Vitæ Moham. p. 23. hoc bellum appellat *famosissimum*, sed ex invidia se corrigens addit; *seu potius Latrocinium infamissimum.* Tum postquam illud jejunè satis descripsit, coronidis loco subjicit: *Fingunt Moslemi sexcentas miraculorum quisquilias; quasi verò tot miraculis opus esset ad tam mactam emunctamque victoriam.* Ea tamen victoria quantumvis *macra*, quidquid sit de Miraculis, fuit fundamentum, quo Mohammedanæ Religionis, & Imperii Saracenici, ac deinde Othomannici moles superstructa fuit; quemadmodum Scintilla parva in magnum exardescit incendium; & ut Livius de Republica Romana loquitur, *quæ ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua.* Profectò istis initiis Prœlii tanta fuit fama, ut etiam nuncius ejus trans mare ad Regem Æthiopiæ perlatus fuerit; qua de re audiendus est *Al-Naïsaburius* ex *Al-Wâkedio*, referente *Abu-Zeid Seid* in Libro الانوار *Splendorum*, cujus hæc sunt verba: لما بلغ النجاشي مقتل قريش ببدر وما اظفر الله عز وجل به نبيه صلعم خرج في ثوبين ثم جلس الارض ثم دعا جعفر ابن ابي طالب واصحابه وقال ايكم يعرف بدرا فاخبروه فقال النجاشي انا عارف بها قد رعيت الغنم في جوانبها من الساحل علي بعض مياهها ولكني اردت ان اثبت منكم قد نصر الله تعالي رسوله صلعم ببدر فاحمدوا الله علي ذلك الحديث وقد ذكره السهيلي *Quamprimùm ad* Al-Nagjashium Koraishitarum *cladis ad* Bedrum *nuncius allatus est; & quomodo Prophetæ suo ... Deus potens, gloriosus victoriam concessit, protinùs duplici veste indutus prodiens, humi consedit: Et vocans ad se* Gjafarum Abu-Tâlebi *filium, sociosque ejus, dixit illis:* Quis ex vobis Bedrum novit? *Cumque illi se nosse declarassent:* Et Ego, inquit ille, optime novi, quando scilicet oves pascebam in tractu ejus juxta oram maritimam ad quandam ex ejus Aquis: verum hoc tantùm volebam, ut à vobis loci istius memoriam in mentem firmiùs mihi revocarem: Ibi enim Deus O.M. ad ipsum *Bedrum* Apostolo suo auxiliatus est. Quare Deo laudes agite pro hoc bono nuncio. *Ita etiam memoriæ prodidit Assohaïlius*; qui rem ipsam ex Traditione refert, & simul insigne humilitatis Regis *Æthiopiæ* exemplum memorat his verbis: ان وقعة بدر حين اتاه خبرها الي النجاشي ارسل الي المسلمين الذين عنده وهم جعفر واصحابه فلما دخلوا عليه اذ هو قد لبس المسوح وقعد علي الرماد والتراب وقالوا له ما هذا ايها الملك فقال انا نجد في الانجيل ان الله سبحانه اذا احدث لعبده نعمة وجب علي العبد ان يحدث لله تواضعا وان الله قد احدث الينا واليكم نعمة عظيمة وهي ان النبي صلعم بلغني انه التقي هو وعدوه بواد يقال له بدر كثير الاراك كنت ارعي فيه الغنم علي سيد رجل من بني ضمرة وان الله سبحانه قد هزم اعداءه فيه ونصر دينه *Quo tempore* Bredensis *conflictûs nuncius ad* Al-Nagjâshium *pervenit, statim* Moslemos, *qui apud se erant, accersitum misit, nempe* Gjafarum, *& socios ejus; qui cùm ad eum ingressi essent, ecce ille cilicio indutus in cinere & pulvere humi sedebat; dixerunt ei:* Quid hoc sibi vult, O Rex? *Respondit:* Scriptum reperitur in Evangelio, Deum gloriosum præcepisse, ut quoties cumque servo suo novam gratiam confert, tunc iste servus Dei humiliationis actum exhibere teneatur. Jam autem Deus nobis & vobis insignem gratiam de novo contulit: Propheta ... enim per nuncium me certiorem fecit, se cum hostibus suis ligna contulisse in valle, cui nomen est BEDRUM, (quæ quidem vallis plantæ dictæ *Erâk* feracissima est, Ego scilicet ibi olim oves pascebam pro *Saïdo* quodam homine ex filiis *Dhamræ*;) ac tandem Deum gloriosum hostes suos in fugam conjecisse; sicque Religioni suæ auxiliatum fuisse. Ex his Traditionibus curiosæ satis consequentiæ eliciuntur, tum de situ *Bedri*, ejusque fertilitate; tum de adversa fortuna istius Regis *Æthiopiæ*, qui regno pulsus olim in Provincia *Al-Hegjaz* sub Pastoris habitu delituerat; tum denique quod ita idem Rex Islamismum amplexus fuerit, ut à Religione Christiana nequaquam defecerit, dùm Evangelii loca commemorat, ubi dicitur, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Matth. 23. 12. & Luc. 14. 11. Quæ si viro optimo Cl. Jobo Ludolfo tantoperè de Regis *Æthiopiæ* Apostasia solicito, videre contigisset, nullus dubito, quin aliquali solatio recreatus fuerit. v. supra pag. 24. & seqq. Sed jam revertamur ad Historiam Prœlii *Bedrensis*.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6217.
A Nativitate Christi 632.
Hegyræ 2.
Ætatis Mohammedis 54.
Æræ Christi Vulg. 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

dem *Hamza Shaïbam* occidit, & *Alî Al-Walîdum* interfecit: At verò *Obaïda*, & *Otba* mutuò invicem ferientes adhuc concertabant. Mox accurrentes *Alî*, & *Hamza* contra *Otbam*, illum occiderunt, & *Obaidam* è medio sustulerunt: at ille, pede amputato, brevi mortuus est. Tunc cœperunt acies invicem concurrere.

حمزة شيبة وعلي الوليد وضرب كل واحد من عبيدة وعتبة صاحبه وكر علي وحمزة علي عتبة وقتلاه واحتملا عبيدة وقد قطعت رجله ثم مات وتزاحف القوم

Interim Apostolus Dei ... cum *Abu-Becro* in Umbraculo se continebat: ubi ipse supplex orabat dicens: *O Deus, si hoc* (tuorum) *agmen perdideris, non amplius adoraberis in terra. O Deus, perfice mihi id quod promisisti.* Neque cessavit pectus contundere, donec pallium ejus ex humero defluxerit; quod super illum reposuit *Abu-Becr.* Tunc Apostolus Dei ... subita cordis palpitatione correptus fuit. Deinde ad se reversus dixit: *Hilaris esto de bono nuncio*, O Abu-Becre; *jam venit auxilium Dei.* Protinùs ex Umbraculo se proripiens Apostolus Dei ... suos ad fortiter pugnandum adhortatus est. Tum plenum [a] glareæ pugillum corripiens, illam adversùs *Koraishitas* conjecit dicens: *Confundantur facies (eorum.)* Et ad suos conversus ait: *Impetum in illos facite.* Et statim in fugam præcipitem acti sunt.

ورسول الله صلعم ومعه ابو بكر في العريش وهو يدعوا ويقول اللهم ان تهلك هذه العصابة لا تعبد في الارض اللهم انجز لي ما وعدتني ولم يزل كذلك حتى سقط رداوه فوضعه ابو بكر عليه وخفق رسول الله صلعم خفقة ثم انتبه فقال ابشر يا ابا بكر وقد اتى نصر الله ثم خرج رسول الله صلعم من العريش يحرض الناس على القتال واخذ حفنة من الحصبا ورمى بها قريشا وقال شاهت الوجوه وقال لاصحابه شدوا عليهم وكانت الهزيمة

Ista clades accidit mane diei Conventûs (i.e. Veneris,) qui fuit dies 17. mensis *Ramadhân.* Tuncque *Abdo'llah Mas'ûdi* filius attulit ad Prophetam... caput *Abu-Gjebeli Heshâmi* filii. Quo viso Propheta ... adorabundus Deo excelso gratias egit. Occisus fuit *Abu-Gjehel*, cum esset natus annos 70. Nomen *Abu-Gjehelo* erat *Amrû* filius *Heshâmi*, filii *Al-Mogheiræ*, filii *Abdo'llabi*, filii *Omari*, filii *Machzumi.* Occisus fuit etiam *Abu-Gjeheli* frater *Al-As Heshâmi* filius.

وكانت الوقعة صبيحة الجمعة لسبع عشرة ليلة خلت من رمضان وحمل عبد الله بن مسعود راس ابي جهل بن هشام الى النبي صلعم فسجد شكرا لله تعالى وقتل ابو جهل وله سبعون سنة واسم ابي جهل عمرو بن هشام بن المغيرة بن عبد الله بن عمر بن مخزوم وكذلك قتل اخو ابي جهل وهو العاص بن هشام

Quinetiam Deus Prophetæ suo auxiliatus est per Angelos suos: Ita enim loquitur Deus O. M. * *Quando auxilium implorastis à Domino vestro, exaudivit vos. Ego enim vobis misi suppetias* [b] *mille Angelorum.*

* Al-Coran. Sur. 8. v. 9.

ونصر الله نبيه بالملايكة قال الله تعالى اذ تستغيثون ربكم فاستجاب لكم اني ممدكم بالف من الملايكة

a *Glareæ pugillum.* Refert Ebn-Ishak, جبرئيل اخذ بعنان فرسه يقوده على ثنايا النقع يردن العثير Gabrielem *apprehenso equi* (Mohammedis) *fræno deduxisse eum ad extremam oram Æquatorii, id est, ad locum, ubi erat pulvis tenuissimus glareæ, seu silicularum. Atque ibi*, inquit Abu-Sa'id Naisaburiensis, جبرئيل قال النبي صلعم خذ قبضة من التراب فاخذ من التراب فرمى بها في وجوههم فما من المشركين احد الا اصابت عينيه ومنخريه *Dixit* Gabriel *ad Prophetam* ... Accipe hinc pugillum pulveris. *Accipiens igitur de isto pulvere conjecit illum in facies hostium. Neque ullus fuit ex Associantibus* (Idolatris) *cujus oculos, & nares non oppleverit.* Hujus projectionis Glareæ mentio est in Al-Cor. Sur. 8. v. 16. وما رميت اذ رميت ولكن الله رمى *Neque tu*, (inquit Deus ad Mohammedem;) *projiciebas* (pulverem) *dum projiceres*; *sed Deus ipse projiciebat.* Scilicet per Angelos auxiliatores, de quibus mox videbimus.

b *Mille Angelorum.* Longe plures enumerantur Angeli auxiliatores in hoc Prœlio, Sur. 3. v. 123. ولقد نصركم الله ببدر وانتم اذلة ... الن يكفيكم ان يمدكم ربكم بثلثة الف من الملايكة منزلين *Et jam quidem adjuvit vos Deus in BEDRO; dum essetis hostibus numero inferiores ... Annon sufficiebat vobis quod Dominus vester suppetias miserit cum tribus millibus Angelorum cœlitùs delapsorum.* Quid? quod ibidem promittit Deus, si hostes ingruant adhuc fortiores, se missurum, بخمسة الاف من الملايكة مسومين *quinque millia Angelorum signatorum*, i. e. variis signis distinctorum, nam, ut ait Gelalo'ddinus ad hunc locum, قاتلت معهم الملايكة على خيل بلق عليهم عمايم صفر وبيض ارسلوها بين اكتافهم *Pugnaverunt cum illis Angeli super equos albo nigroque colore variegatos, gestantes Tiaras flavas & albas cum tæniis inter humeros pendentibus.* Et quidem soli Angeli, seu Deus ipse per Angelos, in hoc prœlio pugnan-

Cum

وجاء الخبر الي ابي لهب بمكة من مصاب اهل بدر فلم يلبث فيه سبع ليال ومات غيضا

وكانت عدة قتلي بدر من المشركين سبعين رجلا والاسري كذلك فمن القتلي غير من ذكرنا حنظلة بن ابي سفيان بن حرب وعبيدة بن سعيد بن العاص بن امية قتلة علي بن ابي طالب وزمعة بن الاسود قتلة حمزة وعلي وابو البختري بن هشام قتلة المجذر بن زياد ونوفل بن خويلد اخو خديجة وكان من شياطين قريش وهو الذي قرن ابا بكر وطلحة بن خويلد لما اسلما في جبل وقتلة علي بن ابي طالب رضي الله عنه وعمير بن عثمان بن عمر التيمي قتلة علي ايضا ومسعود بن امية المخزومي قتلة حمزة وعبد الله بن المنذر المخزومي قتلة علي بن ابي طالب ومنبة بن الحجاج السهمي قتلة ابو يسر الانصار وابنة العاص بن منبة قتلة علي بن ابي طالب واخوه نبية بن الحجاج اشترك فيه حمزة وسعد ابن ابي وقاص وابو العاص بن قيس السهمي قتلة علي بن ابي طالب

وكان من جملة الاسري العباس عم النبي صلعم وابنا اخيه عقيل بن ابي

Cum autem *Meccam* venisset nuncius ad *Abu-Lahabum* de suorum clade ad *Bedrum*; non supervixit septem dies, sed mœrore confectus mortuus est.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217. A Nativitate Christi 632. Hegjræ 2. Ætatis Mohammedis 54. Æræ Christi Vulg. 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

Numerus cæsorum in prœlio Bedrensi ex Idololatris, fuit 70. virorum, & captivorum totidem. E numero interfectorum præter illos, quos supra recensuimus, fuerunt etiam isti, videlicet *Hantala* filius *Abu-Sofiani*, filii *Harbi*: *Obaida* filius *Saidi* filii *Al-Asi*, filii *Ommiæ*; hunc interfecit *Alî Abu-Tâlebi* filius: *Zama'a Al-Aswadi* filius, quem occiderunt *Hamza*, & *Alî*: *Abu'l-Bechtera Shâmi* filius, quem occidit *Al-Magjdar Zaiâdi* filius: *Nawfal* filius *Chowaïledi*, frater *Chadigjæ*: Is erat ex infensissimis *Koraishitis*. Affinitatem contraxerat cum *Abu-Becro*, & *Talha Chowaïledi* filio, quo tempore ambo Islamismum amplexi fuerant in monte: Hunc occidit *Alî Abu-Tâlebi* filius, cui Deus sit propitius: *Omair* filius *Othmâni*, filii *Omari*, *Al-Tamimita*; quem etiam occidit *Alî*: *Mas'ûd Ommiæ* filius *Al-Machzumita*, quem occidit *Hamza*: *Abdo'llah Al-Mondari* filius, *Al-Machzumita*, quem occidit *Alî Abu-Talebi* filius: *Monba Al-Hahagji* filius, *Al-Sahamita*, quem occidit *Abu-Yaser Ansarius*; & filius ejus *Al-As Monbæ* filius, quem occidit *Alî Abu-Tâlebi* filius, & frater ejus *Bania Al-Hahagji* filius, quocum consortium inierat *Hamza*: *Sa'ad* filius *Abu-Wakâsi*, filii *Kaisi*, *Al-Sahamita*, quem occidit *Alî Abu-Tâlebi* filius.

E numero captivorum [1] *Al-Abbâs* patruus Prophetæ ... & filius fratris ejus *Okail Abu-*

tes universam hostium stragem ediderunt; quamvis *Moslemi* fortiter dimicantes viderentur: Cum enim quis evaginato gladio vellet Idololatram aliquem occidere, videbat caput illius amputari, & per aera volare, priusquam ipse gladio illud attingeret: Unde illud Al-Cor. Sur. 8. v. 16. فلم تقتلوهم ولكن الله قتلهم *Neque vos occidebatis illos, sed Deus occidebat eos.* Angelorum auxiliatorum Dux erat ipse Gabriel equo suo vectus, cui nomen erat حيزوم *Haizûm*, & nube circumvolutus, unde terribilem quaquaversùm edebat Idololatrarum stragem, cujus rei exemplum affert Ebn-Ishak ex Traditione Abdo'llahi Abu-Becri filii, his verbis: حدثني رجل من بني غفار قال اقبلت انا وابن عم لي حتي اصعدنا علي جبل يشرفنا علي بدر ونحن مشركان ننتظر الوقعة علي من تكون الدبرة فننتهب مع من ينتهب قال فبينا نحن في الجبل اذ دنت منا سحابة فسمعنا حمحمة الخيل فسمعت قايلا يقول اقدم حيزوم فاما ابن عمي فانكشف قناع قلبه فمات مكانه فاما انا فكدت اهلك *Narravit mihi vir quidam è filiis* Gafâri: Abii, *inquiebat ille*, Ego & unus è patruelibus meis; & simul conscendimus montem, unde *Bedri* prospectum haberemus: Eramus autem ambo Idololatræ, Atque ibi conflictum observabamus, in quam partem cederet victoria, ut prædæ participes essemus inter prædatores. Dum autem in monte consisteremus, ecce ad nos appropinquavit nubes, & strepitum equorum audivimus. Ego vero audivi vocem clamantis: *Accelera*, O *HAIZUM*. Et statim (gladio) perrupta sunt patruelis mei præcordia, & in ipso loco mortuus est. Et parum absuit, quin Ego ipse simul perirem. Etymologiam nominis Equi illius celeberrimi nos docet Al-Sohailius: حيزوم اسم فرس جبريل عليه السلام وهو فيعول من الحزم والحيزوم ايضا اعلي الصدر فيجوز ايضا ان يكون مسمي به لانه صدر الخيل الملايكة *HAIZUM est nomen Equi* Gabrielis, *cui Pax. Est autem nomen formæ* Faï'ul, *derivatum ab* حزم Hazm, *i. e.* Κράτος, robur, fortitudo. *HAIZUM est etiam pars superior glebæ, seu luti sicci; atque inde fieri potest, ut eo nomine appelletur, eo quod sit quasi* Gleba, *i. e. altior & procerior cæteris Angelorum Equis.*

1 *Al-Abbâs* Non modo quotquot ceciderunt ex Idololatris in Prœlio Bedrensi ab Angelis interfecti sunt, sed etiam quotquot capti sunt, ab Angelis vincti fuere: Cujus rei exemplum illustre inter alios fuit *Al-Abbâs* Mohammedis Patruus, qui in Idolatria persistens cum *Koraishitis* Prœlio *Bedrensi* interfuit. Quomodo itaque captus fuit nos docet hæc Traditio ex ipsius ore partim accepta, referente Ebn-Ishak, his verbis: وروي

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217. A Nativitate Christi 632. Hegjræ 2. Ætatis Mohammedis 54. Æræ Christi Vulg 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

*Tâlebi* filius, & *Nawfal* filius *Al-Hârethi*, filii *Abdo'l-Motallebi*. Finito prœlio, jussit Propheta ... Interfectorum cadavera in puteum protrahi. Erant autem viginti quatuor viri è *Koraishitarum* ducibus, qui in illum (puteum) projecti sunt. Moratusque est Apostolus Dei ... in tractu *Bedrensi* [a] per tres dies.

طالب ونوفل بن الحارث بن عبد
المطلب ولما انقضى القتال امر النبي
صلعم بسحب القتلى الى القليب
وكانوا اربعة وعشرين رجلا من صناديد
قريش فقذفوا فيه واقام رسول الله
صلعم بعرض بدر ثلاث ليال

Ex *Moslemis* martyres occubuerunt in universum quatuordecim viri; videlicet ex *Mohageriis* sex; ex *Ansariis* autem octo. Cumque Apostolus Dei ... ab agro *Bedrensi* rediens ad *Safrâ* pervenisset, *Alîm* jussit ut [b] in collo percuteret *Al-Nadhrum Al-Harethi* filium. Is erat Prophetæ ... infensissimus inimicus; cum enim Propheta Al-Coranum legeret, dixerat *Koraishitis*: *Quid vobis aliud profert Mahommed*, * *nisi fabulas priorum*? Deinde præcepit, ut etiam *Okbam* filium *Abu-Moaiti* filii *Ommiæ*, in collo percuteret.

* Al Coran Sur. 8. 30. & 16. 24. & 33. 15.

واستشهد من المسلمين اربعة عشر
رجلا ستة من المهاجرين وثمانية من
الانصار ولما وصل رسول الله صلعم الى
الصفراء راجعا من بدر امر عليا فضرب
عنق النضر بن الحارث وكان من شدة
عداوته للنبي صلعم اذا تلا النبي صلعم
القران يقول للقريش ما ياتيكم محمد
الا باساطير الاولين ثم امر بضرب عنق
عقبة بن ابي معيط بن امية

Porrò *Othmân Affâni* filius *Medinæ* remanserat post Apostolum Dei ... jussu ipsius, idque propter morbum uxoris suæ [c] *Rokaïæ* Apostoli Dei ... filiæ. Mortuaque est *Rokaia* absente Apostolo Dei ... Tempus absentiæ Apostoli Dei ... fuit novemdecin dierum. Deinde accidit

وكان عثمان بن عفان قد تخلف عن
رسول الله صلعم في المدينة بامره بسبب
مرض زوجته رقية بنت رسول الله صلعم
وماتت رقية في غيبة رسول الله صلعم
وكانت مدة غيبة رسول الله صلعم تسعة
عشر يوما ثم كانت

ان رجلا قصيرا جاء بالعباس بن عبد المطلب اسيرا فقال العباس يا رسول الله ان
هذا والله ما اسرني لقد اسرني رجل احسن من اجلح الناس وجها على فرس ابلق
ما اراه فقال الانصاري بل انا اسرته يا رسول الله فقال له رسول الله صلعم اسكت
فقد ايدك الله بملك كريم وكان الانصاري يعرف بابي اليسر كعب بن عمر
وروي عن العباس بن عبد المطلب انه قيل له كيف اسرك ابو اليسر فهو رجل قصير
وكان العباس رجلا طويلا العامة من اشبه الناس بعبد المطلب فقال العباس لقد
عظيم حتى صار اكبر من الخندمة *Traditio*: Vir quidam statura brevis *Al-Abbâsum Abdo'l-Motallebi* filium captivum adduxit. Dixit Al-Abbâs: *O Apostole Dei, iste nequaquam, Per Deum! me captivum fecit, verum cepit me Vir quidam vultu cæteris hominibus calvis longè venerabilior, qui equo vehebatur, qualem nusquam vidi.* Econtra vero Ansarius constanter aiebat: *Imò Egomet illum cepi, O Apostole Dei.* Dixit ei Apostolus Dei ... *Quin tu absiste; profectò juvit te Deus per Angelum gloriosum* (Gabrielem.) Porrò Ansarius ille notus erat nomine *Abu'l-Yaser Caab Omari* filius. Fertur de *Al-Abbâso*, quod dixerint ei: *Quomodo factum est, ut te caperet* Abu'l-Yaser, *qui quidem est homo statura brevis?* Erat autem Al.Abbâs vir statura procerus, quem homines ipsi *Abdo'l-Motallebo* (patri) simillimum prædicabant. Respondebat *Al-Abbâs*: *Imò verò, qui cepit me reapse ingentissimus erat, & statura major, quam ipse* Al-Chendama, (mons *Meccæ* vicinus.)

a *Per tres dies.* Quibus scilicet hostium spolia inter suos partitus est. Qua occasione inter Moslemos magna jurgia, & contentiones ortæ sunt, adeò ut etiam ad verbera ventum sit. Quare, ut seditio quiesceret, cœlitùs demissa fuit Al-Corani Surata octava, cui Titulus est الانفال i. e. MANUBIÆ; sive *Spolia*, in qua Leges circa Prædæ partitionem continentur; ex quibus est illa v. 41. واعلموا انما غنمتم من شيء فان لله خمسه وللرسول ولذي القربى واليتامى والمساكين وابن السبيل ان كنتم امنتم بالله وما انزلنا على عبدنا يوم الفرقان يوم التقى الجمعان *Et scitote, quòd, cùm spolia aliqua reportaveritis, utique Deo* (debetur) *quinta pars, & Apostolo, tum & propinquis ejus, & orphanis, & pauperibus, & itinerantibus; si quidem credideritis in Deum, & quod demisimus super servum nostrum die* Al-Forkân (i. e. Distinctionis,) *die, quo ambæ acies concurrerunt.* Hìc singulari appellatione Prœlium *Bedrense* nuncupatur *Dies Al-Forkân*, i. e. *Distinctionis*, quia per hanc victoriam Deus distinxit, seu, ut ait Auctor noster initio hujus capitis, *Religionem manifestavit.* Aliàs *Al-Forkân*, unum est è nominibus Al-Corani, eo quod sit, uti quidem volunt, *distinguens* inter verum & falsum.

b *In collo percuteret.* Hoc supplicii genus contra eos, qui Mohammedem & Religionem ejus dicteriis & satyricis verbis impugnaverit, Lege lata expressis verbis infligendum decernitur Al-Coran. Surat. 8. v. 12. فاضربوا فوق الاعناق واضربوا منهم كل بنان ذلك بانهم شاقوا الله ورسوله ومن يشاقق الله ورسوله فان الله شديد العقاب *Et percutite super colla, & percutite ex eis omnes extremitates manuum & pedum; idque, quia adversati sunt Deo, & Apostolo ejus: Quisquis enim adversatus fuerit Deo, & Apostolo ejus, utique Deus in eum duro supplicio animadvertet.*

c *Rokaia.* Tertia recensetur inter filias Mohammedis, matre Chadigja. De illa hæc habet Al-Kodaius: كانت زوجة عتبة ابن ابي لهب وطلقها قبل الدخول بامر ابيه وتزوجها عثمان رضي

CAP.

## CAP. XXVIII.

غزوة بني قينقاع من اليهود

وهم اول يهود نقضوا ما كان بينهم وبين رسول الله صلعم العهد فخرج اليهم في منتصف شوال سنة اثنتين فتحصنوا فحاصرهم خمس عشر ليلة ونزلوا علي حكم رسول الله صلعم فكتفوا وهو يريد قتلهم فكلمه عبد الله بن ابي سلول الخزرجي المنافق وكان هولاء اليهود حلفا الخزرج فاعرض النبي صلعم عنه فاعاد السوال فاعرض عنه فادخل يده في جيب رسول الله صلعم وقال يا رسول الله احسن فقال ويحك ارسلني فقال لا والله حتى تحسن فقال رسول الله صلعم هم لك ثم امر باطلاقهم وغنم رسول الله صلعم والمسلمون جميع اموالهم ثم كانت

*Bellum contra filios* [a] Kaïnokâ'i *ex* Judæis.

II primi fuere *Judæi*, qui pactum, quod inter ipsos & Apostolum Dei... sancitum fuerat, [b] violarunt. Egressus est itaque medio mense *Shawal* [c] anni secundi (Hegjræ.) Cumque munivissent se in castellis suis, illos per quindecim dies obsedit; donec tandem in arbitrium Apostoli Dei... se darent. Et manibus post terga revincti sunt. Volebatque illos ad internecionem delere. Sed *Abdo'llah Abu-Solûli* filius *Ch'azregjita*, incredulus, pro illis intercessit: Isti enim *Judæi* cum *Ch'azregjitis* erant fœdere conjuncti. Et quidem primo aversus fuit ab eo Propheta... Ille vero rursùs eum supplicatus est. Cumque adhuc aversus esset, ille manum suam pectori Apostoli Dei... adponens dixit: *O Apostole Dei, miserere.* Cui Apostolus Dei... *Apagesîs*, inquit, *dimitte me.* At ille dixit: *Nequaquam per Deum donec miserearis.* Tandem (importunitate ejus victus) Apostolus Dei... dixit: *Tui sunt.* Jussitque eis vincula eximi. Attamen Apostolo Dei... & Mossemis omnes opes eorum in prædam belli jure cesserunt. Deinde evenit

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217.
A Nativitate Christi 632.
Hegjræ 2.
Ætati Mohammedis 54.
Æræ Christi Vulg. 623. Cœpit die 5 Julii, feria 3.

## CAP. XXIX.

غزوة السويق

وكان امرها ان ابا سفيان حلف ان لا يمس الطيب والنسا حتى يغزوا محمدا صلعم بسبب قتل بدر فخرج في مائتي راكب وبعث نفر امر رجالا الي المدينة فوصلوا الي العريض وقتلوا رجالا من الانصار فلما سمع النبي صلعم بذلك ركب في طلبه وهرب ابو سفيان واصحابه وجعلوا

*Bellum* Al-Sawik, (i.e. Farinæ, *seu* Polentæ.)

CUjus historia sic se habet: *Abu-Sofiân*, propter cladem ad *Bedrum* acceptam juraverat, votoque se obstrinxerat, ne unguentum, aut mulieres attingeret, donec Mohammedem rursus prœlio aggressus esset. Prodiit itaque cum ducentis equitibus; tum aliquot è suis *Medinam* versùs jussit excurrere; qui usque ad (locum dictum) *Al-Oraidh* venientes, ibi hominem ex *Ansariis* interfecerunt. Qua re audita Propheta... cum equitatu ad illos inquirendos prodiit. At jam fugerat *Abu-Sofian* cum sociis suis; utque fu-

الله عنه في الجاهلية فولدت له ابنا فسماه عبد الله وبه كان يكني وهاجرت مع عثمان الي الحبشة ثم هاجرت معه الي المدينة وتوفيت سنة اثنين من الهجرة ورسول الله ببدر وتوفي ابنها سنة اربع وله ست سنين نقره ديك في عينه ومات *Fuit uxor* Otbæ Abu-Lahabi *filii, qui & repudiavit illam paulo antequam patris sui partes sequeretur* (contra Mohammedem.) *Deinde illam uxorem duxit* Othmân, *cui Deus sit propitius, in tempore Ignorantiæ*, (i. e. tum cum adhuc esset Idololatria.) *Peperit ei filium, cui pater nomen imposuit* Abdo'llah, *à quo ipse prænomen habuit. Fugit illa cum* Othmano *in* Æthiopiam: *Deinde fugit cum eodem* Medinam, *ubi fato functa est anno* Hegjræ *secundo*; *dum Apostolus Dei.. esset* Bedri. *Filius ejus obiit anno quarto, cum esset annos natus sex: Oculum ejus perfodit Gallus gallinaceus, unde & mortuus est.*

a *Kaïnokâ'*. Fuit nomen Tribûs *Judæorum*, qui *Medinæ* domicilium habebant in vico quodam ab illis dicto سوق قينقاع *Platea*, seu *Forum Kaïnokâ'*.

b *Violarunt.* Quomodo Pactum violarunt *Judæi Kaïnokâ'enses* refert Gjannabius ex Ebn-Ishak: Quod nempe *Judæus* quidam Aurifaber cum mulierem Arabem, quæ lac in foro vendebat, indigno probro affecisset, statim à Mossemo injuriæ ultore occisus fuit; tum vicissim Judæi ad iram provocati Mossemum trucidarunt, unde ingens rixa Mossemos inter & Judæos exorta est. Quare Mohammed Judæos in ipsorum Foro conveniens habita oratione ad Islamismum amplectendum hortatus est, si culpæ veniam obtinere vellent: Quod cùm ipsi se facturos pertinaciter recusarent, statim arma contra illos movit.

c *Anni secundi.* Al-Gjannabius, Al-Kodaius, Elmacinus ex Al-Tabario, aliique fere omnes historici referunt hoc Bellum ad annum tertium

Anno ab O. C. five à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6217.
A Nativitate Christi 632.
Hegjræ 2.
Ætatis Mohammedis 54.
Æræ Christi Vulg. 623. Cœpit die 5. Julii, feria 3.

giendo leviores essent, Saccos *Farinæ* (per agros) projecerant. Atque hinc appellatum fuit Bellum *Farinæ*. Deinde evenit

يلقون جرب السويق خفيفا فسميت
لذلك غزوة السويق ثم كانت

## CAP. XXX.

### *Bellum* [a] Karkato'l-Codrense.

غزوة قرقرة الكدر

ALii referunt ad annum tertium (Hegjræ.) *Karkato'l-Codr* autem est Aqua quædam, per quam incolæ vicini provinciæ *Al-Erak Meccam* tendentes transeunt. Audierat scilicet Propheta... eo loci congregatam esse Turmam *Solaimitarum*, & *Gatfanitarum*. Quare prodiit, ut illos prœlio aggrederetur: Sed cùm neminem offendisset, quidquid prædæ invenit accipiens *Medinam* revertitur.

وقيل كانت سنة ثلاث وقرقرة
الكدر ماء مما يلي جادة العراق
الى مكة وبلغ النبي صلعم ان
بهذا الموضع جمعا من سليم
وغطفان فخرج اليهم فلم يجد
احدا فاستاق ما وجد من النعم
ثم قدم المدينة

Eodem anno, videlicet anno secundo (Hegjræ,) moritur *Othmân Mat'ûni* filius, cui Deus sit propitius.

وفي هذه السنة اعني سنة اثنتين
مات عثمان بن مظعون رضي الله عنه

Eodem, *Alî* uxorem duxit [b] *Fâtemam* Apostoli Dei... filiam.

وفيها تزوج علي بفاطمة بنت رسول
الله صلعم

Eodem, commissum fuit Prœlium in (loco dicto) [c] *Dhû-Kâr*, inter *Becrum Wâïeli* filium, & exercitum *Kesræ* (Cozrois cognomento)

وفيها كانت الوقعة بذي قار بين
بكر بن وائل وبين جيش كسرى

a *Karkato'l-Cordrense.* Gjannabio, aliisque appellatur Bellum filiorum *Solaïmi*, eo quod adversùs *Solaïmitas* gestum fuit.

b *Fâtemam.* Una est ex illis quatuor mulieribus, quas pater ejus tanquam solas perfectas laudabat, de quo v. supra p. 17. Tempus, & modum prorsus admirabilem quo concepta fuit discimus ex ipsius Mohammedis verbis in Traditione Ebn-Abbâsi, quam refert Ahmed Ben Joseph Hist. Gen. Sect. 40. فقال رسول الله صلعم ان جبريل ليلة اسري بي ادخلني الجنة واطعمني من جميع ثمارها فصار ذلك ماء في صلبي فحملت منه خديجة بفاطمة فان اشتقت الى تلك الثمار قبلت فاطمة فاصبت من ريح تلك الثمار التي اكلته *Ea nocte*, inquit Apostolus Dei... *qua Itinere nocturno sustulit me in cœlum Gabriel, introduxit me in* Paradisum; *ibique ex omnibus ejus fructibus gustare me fecit, ex quibus in lumbis meis confecta fuit aqua, unde* Chadigja Fâtemam *concepit. Et quidem istis fructibus attribuo quod dum* Fâtemam *osculor, odorem & fragrantiam illorum fructuum, quos comederam, olfacio.* Sed tam bellæ Traditioni repugnant rationes Chronologicæ, si enim concepta fuit *Fâtema* nocte Itineris-nocturni, (quod quidem anno 12. Missionis Propheticæ contigit, tum cum Mohammed annum ætatis ageret 52. ut supra vidimus p. 32.) sequitur, *Fâtemam*, hoc anno Hegjræ secundo, quo *Alî* eam uxorem duxit, fuisse annos vix quatuor natam. Atqui, referente Gjannabio, quando *Alî Fâtemam* uxorem duxit: وهي بنت خمس عشر سنة وخمس اشهر او ستة ونصف وقيل بنت ثماني عشرة سنة *tunc ipsa erat 15. annos nata, cum 5. vel 6. mensibus cum dimidio; vel, ut alii volunt, annos 18.* Præterea *Chadigja* mater *Fâtemæ* jam defuncta erat fere duobus annis ante Iter-nocturnum, de quo v. supra p. 29. Quæ difficultates aliter solvi non possunt, nisi ut dicatur Mohammed plusquam semel in cœlum Iter-nocturnum habuisse; qua de re tamen nihil apud Historicos. Hunc Anachronismum miror non observasse Marraccium, ubi de miraculosa *Fâtemæ* conceptione loquitur Prodromi parte 2. p. 20. Ait tantum illam niti testimonio Ebn-Abbasi *propè divinæ Auctoritatis*. Alî Fâtemam uxorem duxit, Auctore Gjannabio, *Mense* Ramadhân; *& ingressus est ad eam mense* Dhû'l-Hagja, *dote 480. Drachmarum, cujus summæ tertiam partem jussit Propheta... ut* Alî *in Aromatibus, & aliam tertiam in supellectili comparanda impenderet.* Alii dicunt Dotem fuisse 12. uncias ريش *plumarum Struthionis*, & Loricam unam. Pompam introductionis Fâtemæ ad sponsum suum sic describit Ahmed Ben Joseph loco citato ex Ebn-Abbâso: لما كانت الليلة التي زفت فيها فاطمة الى علي بن ابي طالب كرم الله وجهه كان رسول الله صلعم امامها وجبريل من يمينها وميكائيل من شمالها وسبعون الف ملك من حولها يسبحون الله تعالى ويقدسونه حتى طلع الفجر *Cùm adesset illa nox, qua* Fâtema *ad* Alîm Abu-Tâlebi *filium, cujus faciem Deus honoret, sponsa deducta est; ante illam incedebat Apostolus Dei... comitante à dextris sponsæ* Gabriele, *& à sinistris* Michaele, *& circumquaque stipantibus septuaginta* Angelorum *millibus; qui Deum O. M. laudibus celebrabant, & sanctificabant, donec Aurora consurgeret.*

c *Prœlium Dhû-Kâr.* Abu'l-Feda in fine Sectionis 4. Histor. Generalis, ubi de Regibus Arabum ante Islamismum, habet Caput singulare de Diebus, sive Prœliis Arabum memorabilibus, quorum ultimum refert fuisse hoc Prœlium dictum يوم ذي قار *Diem*, seu *Pugnam Dhû-Kâr*; qui locus situs est inter *Medinam* & *Bosram*, propior tamen *Bosræ* quam *Medinæ* in finibus *Syriæ* haudprocul ab urbe *Hira*, Regum Arabum *Hirensium* sede. Causam hujus Prœlii fuisse narrat ibidem, quod *Kesra* (cognomento) *Parvîz Al-Noomano Al-Mondari* filio *Hirensium* Regi iratus illum in carcerem conjectum necaverat. Tum deinde postquam alium Regem *Aiâsum Kobaisæ* filium *Al-Taïtam* Hirensibus imposuit, jussit ut ad se mitterent defuncti Regis apparatum bellicum, arma videlicet & loricas, quæ cum recusaret tradere *Hana Mas'ûdi* filius, cui thesaurum mo-

Parviz,

برويز وعليه الهامرز واقتتلوا قتالا
شديدا وانهزمت الفرس ومن كان
معهم من العرب وقتل الهامرز .
وفيها هلك امية ابن ابي الصلت
واسم ابي الصلت عبد الله بن ربيعة
وكان امية المذكور من رووسا
الكفار وكان قد قرا في الكتب
واطلع علي بعثة النبي صلعم فكفر به
حسدا وكان يرجي ان يكون
هو المبعوث وكان امية قد سافر
الي الشام وعاد الي الحجاز عقيب
وقعة بدر ولما مر بالقليب قيل له
ان فيه قتلى بدر ومنهم عتبة وشيبة
ابنا ربيعة وهما ابنا خال امية
المذكور فجدع اذني ناقته فوقف
علي القليب وقال قصيدة طويلة
منها

الا بكيت علي الكرام بني الكرام
اولي الممادح
كبكا الحمام علي فروع الايك
في الغصن الجوانح
يبكين حرى مستكينات
يرحن مع الروايح
امثالهن الباكيات المعولات
من النوائح
ما ذا ببدر والعقنقل
من مرازبة جحاجح
شمط وشبان بهاليل
مغاور وحاوح
ان قد تغير بطن مكة
فهي موحشة الاباطح

*Parviz*, cui præerat *Al-Hâmeraz*; & post certamen acerrimum in fugam versi sunt *Persæ*, & omnes quotquot cum eis erant ex Arabibus. Quinetiam occisus fuit *Al-Hâmeraz*.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6217. A Nativitate Christi 632. Hegiræ 2. Ætatis Mohammedis 54. Æræ Christi Vulg. 623; Cœpit di 5 Julii, feria 3

Eodem, mœrore confectus obiit *Ommia Abu'l-Salati* filius; cujus quidem *Abu'l-Salati* nomen erat *Abdo'llah Rabiæ* filius. *Ommia* autem prædictus erat unus e principibus Infidelium; cumque libros legendi peritus esset, Missionem Prophetæ... curiosius considerare voluit, atque illam ex invidia negavit. Quin eo insaniæ devenit, ut se ipsum pro misso Apostolo habendum iri speraret. Porro iste *Ommia* in *Syriam* iter susceperat, unde in provinciam *Al-Hegjâz* paulo post cladem *Bedrensem* revertebatur. Ubi vero juxta Puteum transivit, dixerunt ei in illo esse cadavera interfectorum in Prœlio *Bedrensi*; inter quos erant *Otba*, & *Shaiba* filii *Rabiæ*, iique ambo *Ommiæ* prædicti fratruelis filii. Tunc ille præ dolore aures camelæ suæ amputavit; & stans juxta Puteum, carmen Elegiacum longum recitavit, cujus hi sunt aliquot versus.

Annon gemui super nobilibus nobilium filiis,
Primatum laudatissimis?
Instar gemitûs Columbæ ramis densæ sylvæ insidentis,
Propter fracturam costarum (à vulnere.)
Congemiscite dolori meo humiliatæ in imo pavimento cum suspiriis,
Similes illis, O Ploratrices-fœminæ ejulabundæ,
cum planctibus.
Quidnam factum est Bedri, & Al-Akankali,
De Satrapis, Principibus populi?
Senex, & Juvenis ibi noctu (jacent,)
Denudati, exanimes.
Proh! quantum mutata est convallis Meccæ!
Quin ipsæ mœrent desolatæ planities glareosæ.

riens Rex commendaverat, *Cosroes Al-Hâmerazum* cum exercitu misit, qui ea per vim auferret. At verò Arabes duce *Becro Wâieli* filio *Faducensium* Principe, qui affinitate conjunctus erat cum Rege *Al-Noomâno*, Persis occurrerunt in planitie *Dhû Kâr*, & post unius horæ conflictum illos in turpem fugam compulerunt. Quam victoriam multi Arabum Poetæ versibus suis celebrarunt. Circa Epocham hujus Prœlii variant historici. Contigit, inquit Abu'l-Feda loco citato: في سنة اربعين من مولد رسول الله صلعم وقيل في عام وقعة بدر والاول اقوي *Anno* 40. *à Nativitate Apostoli Dei... Alii dicunt, eo anno, quo commissum fuit Prœlium* Bedrense. *Sed prior sententia potior est*. At verò contra sententiam quam probaverat, hoc loco Vitæ Mohammedis ponit Prœlium *Dhû-Kâr* anno Hegiræ secundo. Qua in re memoria lapsus est Auctor noster; ipse enim loquens de regno *Aïâsi Al-Noomâni* successoris expressis verbis ait: ولست اشهر من ملكه اياس بعث صلعم *Sexto autem Mense regni* Aïâsi *contigit Missio Apostoli Dei*... vel, ut vertit Cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. pag. 74. *Sexto Regni ejus mense Prophetam agere cœpit Mohammedes*. Atqui Prælium *Dhû-Kâr*, ut ex supradictis patet, commissum fuit paulo postquam *Aïâs* a *Cosroe Parvîz* Rex esset renunciatus. Porrò *Al-Noomân* ille *Al-Mondari* filius idem ipse est, de quo mentionem fecit Auctor noster initio hujus Historiæ pag. 3. illum scilicet accersitum fuisse à *Cosroe* cognomento *Anushirwân*, quem de Nativitate Mohammedis consuleret. Eundem tamen tunc temporis nondum regnum adeptum fuisse existimo; nam Abu'l-Feda loco citato Historiæ suæ Generalis ait: وملك اثنين وعشرين سنة وقتله كسرى برويز وبسبب مقتلة كانت وقعة ذي قار *Et Regnavit* (Al-Noomân) *annos* 22. *Deinde occidit illum* Kesra Parvîz: *Et occasione ejus necis accidit Prœlium* Dhû-Kâr. Sequitur itaque illum 18. demùm annis à Nativitate Mohammedis, videlicet post obitum duorum fratrum suorum, regnare cœpisse.

Anno ab O. C. ſive a lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6218
A Nativitate Chriſti 633.
Hegjræ 3
Ætatis Mohammedis 55
Æræ Chriſti Vulg. 624 Cœpit die 24 Junii, feria 1

Deinde cœpit annus TERTIUS (Hegjræ.)

ثم دخلت سنة ثلاث

Hoc anno, menſe *Ramadhan* naſcitur *Al-Haſan* filius *Alî*.

فيها في رمضان ولد الحسن بن علي

Eodem, occiſus fuit [a] *Ca'ab* filius *Al-Aſhrafi*, Judæus: Illum interfecit *Mohammed Maſalamæ* filius, *Anſarius*.

وفيها قتل كعب بن الاشرف اليهودي قتله محمد بن مسلمة الانصاري

## CAP. XXXI.

### *Bellum* Ohodenſe.

ذكر غزوة احد

Hiſtoria ejus ſic ſe habet: Scilicet Congregati ſunt *Koraiſhitæ* ad tria hominum millia, inter quos erant ſeptingenti milites loricis induti cum ducentis equitibus, quorum Dux fuit *Abu Soſian Harbi* filius, qui in comitatu ſuo habebat uxorem ſuam *Hendam Otbæ* filiam. Et præterea numerus fœminarum erat quindecim matronarum tympanis inſtructarum, quæ illæ percutiebant, lamentantes interfectos in prælio *Bedrenſi*, & adhortantes Idololatras ad bellum fortiter gerendum cum Moſlemis. *Mecca* profecti cum hoc apparatu, caſtra metati ſunt in loco dicto [b] *Dhû'l-Holaiſa* ex adverſo *Medinæ*. Eo uſque pervenerunt feria quarta, qui fuit dies quartus menſis *Shawâl* anni (Hegjræ) tertii.

وكان من حديثها انه اجتمعت قريش ثلاثة الاف فيهم سبعماية دارع ومعهم مايتا فرس وقايدهم ابو سفيان بن حرب ومعه زوجته هند بنت عتبة وكان جملة النساء خمسة عشر امراة ومعهن الدفوف يبكين على قتلى بدر ويحرضن المشركين على حرب المسلمين وساروا من مكة حتى نزلوا ذا الحليفة مقابل المدينة وكان نزولهم يوم الاربعا الرابع [illegible] شوال سنة ثلاث

Interea Apoſtolo Dei . . . tutius videbatur intra *Medinæ* mœnia ſe continere, ibique illos prælio excipere: Idem quoque viſum fuit *Abdo'llaho Abu-Solûli* filio, incredulo: ſed cum aliter cæteris ejus ſociis videretur, nempe ut egreſſi hoſtem adorirentur; [c] prodiit Propheta . . . cum mille ex ſociis ſuis, uſquedum

وكان راي رسول الله صلعم الاقامة في المدينة وقتالهم بها وكذلك راي عبد الله بن ابي سلول المنافق وكان راي باقي الصحابة الخروج اليهم فخرج النبي صلعم في الف من اصحابه ابي

a *Ca'ab* Is erat *Judæus*, civis *Medinenſis*, Mohammedis, & Religionis ejus hoſtis acerrimus. Statim atque allatus eſt nuncius cladis *Bedrenſis*, *Medina Meccam* ſe proripuit, ibique *Koraiſhitarum* animos ad vindictam excitavit, Satyris, & carmina, quibus interfectorum, qui in foſſam conjecti fuerant, caſum lamentabatur, publice recitabat. Tum deinde *Medinam* reverſus eadem plebi, & mulierculis decantabat, quibus percitus Mohammed, & ad iram provocatus, illum proſcripſit, cumque *Mohammed Maſalamæ* filius dolo circumventum trucidavit eo modo, quo fuse & eleganter narrat Al-Gjannabius ad hunc annum. Elmacinus ex Al-Tabario hoc facinus breviter pro more ſuo attingit his verbis: وفيها سير سرية لقتل كعب بن الاشرف اليهودي وكان شديد العداوة له صلعم *Eodem anno* (tertio, Mohammed) *cohortem miſit ad occidendum* Ca'abum Al-Aſhrafi *filium* Judæum, *qui erat ipſi inimicus acerrimus*. Hunc *Ca'abum Judæum* vir cl. Humphr. Prideaux Vitæ Moham. pag. 86. revera occiſum fuiſſe negat, atque illum ex omnibus Mohammedis laqueis incolumem evaſiſſe aſſerit, at certe contra omnium Hiſtoricorum fidem. Scilicet vir doctus, tum ex obſcuris Elmacini verbis mox allatis, tum ſimilitudine nominis deceptus, duos homines plane diverſos in unum confundit. Cum enim apud Abr. Echellenſem Hiſt. Arab. pag. 278. & ejuſdem Eutych. vindic. p. 303, & 304. hiſtoriam alterius *Ca'abi* Poetæ celeberrimi, qui etiam Satyram contra Mohammedem ſcripſit, propter quam & ipſe proſcriptus fuit, legiſſet, omnia, quæ de illo ibi narrantur, huic noſtro *Ca'abo* perperam attribuit. Errorem ſuum facile ipſe deprehendiſſet vir cl. ſi ad patris utriuſque nomina attendiſſet, noſter enim erat *Ca'ab Al-Aſhrafi* filius, alter vero *Ca'ab* filius *Zoharis* filii *Abiſalami*, ut habet Echellenſis. Quibus adde quod noſter anno 3 Hegjræ proſcriptus & occiſus fuit, alter vero poſtquam proſcriptus eſt, anno demum nono Hegjræ pœnitentia ductus Mohammedis clementiam imploravit, &, oblato inſigni Poemate in laudem Mohammedis, ab eo in favorem receptus eſt. Quod autem & hunc Abr. Echellenſis *Judæum*, atque etiam *Rabbinum* appellat, id ſua authoritate, ni fallor, facit, ut ſuo loco ad annum 9 Hegjræ oſtendemus. Cæterum ignoſcet, ſpero, vir doctiſſimus, quod hoc παρόραμα ejus obſervaverim. Hoc debui Hiſtoriæ veritati, ne quis tanti viri Authoritate in errorem inducatur. Imo haud ingratum ipſi fore confido, quod hoc facinus a Mohammede tentatum, revera commiſſum fuiſſe ex Mohammedanis Hiſtoricis palam fecerim, ſicque ampliorem exercendi Zeli ſui campum aperuerim.

b *Dhû'l-Holaiſa*. Oppidum ab Medina diſtans 6 milliaria in itinere Meccam verſus. Ibi Aqua, ſeu Puteus olim pertinens ad *Gjaſmitas*, deinde ad *Alim* in poſſeſſionem venit, unde dictus fuit بير علي *Puteus Ali*, qui illum reſtauravit, ibique commoratus eſt. Aqua ejus eſt ſaluberrima. Quare etiamnum hodie eſt hoſpitium Peregrinorum. Gjannab. ad an. Hegjræ 10.

c *Prodiit Propheta*. De hac protectione, invito & reluctante Mohammede, facta, mentio eſt Al-Coran Sur. 3. v. 121. his verbis واذ غدوت من اهلك تبوي المومنين مقاعد للقتال والله سميع عليم اذ همت طايفتان منكم ان تفشلا والله وليهما وعلى الله فليتوكل المومنون

inter

ان صار بين مكة واحد فانخزل
عنه عبد الله بن ابي سلول في ثلث
الناس وقال اطاعهم وعصاني علام
نقتل انفسنا ههنا ورجع من تبعه
من اهل النفاق

ونزل رسول الله صلعم الشعب من
احد وجعل ظهره الي احد ثم كانت
الوقعة يوم السبت لسبع مضين من
شوال وعدة اصحاب رسول الله صلعم
تسعماية فيهم مائة دارع ولم يكن معهم
من الخيل سوي فرسين فرس لرسول
الله صلعم وفرس لابي بردة وكان لواء
رسول الله صلعم مع مصعب بن عمير
من بني عبد الدار وكان علي ميمنة
المشركين خالد بن الوليد وعلي
ميسرتهم عكرمة ابن ابي جهل ولواوهم
مع بني عبد الدار وجعل رسول الله
صلعم الرماة وهم خمسون رجلا وراه ولما
التقي الناس دنا بعضهم من بعض

وقامت هند بنت عتبة زوج ابي
سفيان في النسوة اللاتي معها وضربن
بالدفوف خلف الرجال وهند تقول
ويها بني عبد الدار ويها حماة الادبار
ضربا بكل بتار

وقاتل حمزة عم النبي صلعم قتالا
شديدا يومين فقتل ارطاة حامل لواء
المشركين ومر سباع بن عبد العزي
وكانت امه ختانة بمكة فقال له حمزة
هلم يا ابن مقطعة البظور وضربه فكانما
اخطا راسه فبينما هو مشتغل بسباع
اذ ضربه وحشي عبد جبير بن مطعم

inter [a] *Meccam* & montem [b] Ohod consisteret. At recusavit ei se comitem adjungere *Abdo'llah Abu-Solûli* filius cum tribus hominibus: *An tutum est*, inquit, *eis obedire*, *cum certò sciamus baculum nobis imminere*; *ut nosmetipsos illic neci temerè objiciamus*. Reversus est igitur cum iis, qui eum sequuti erant ex Incredulis.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6218. A Nativitate Christi 633. Hegiræ 3. Ætatis Mohammedis 55 Æræ Christi Vulg. 624. Cœpit die 24. Junii, feria 1.

Apostolus autem Dei ... in pago montis *Ohod* castra metatus est, habens à tergo ipsum montem. Tum deinde commissum fuit certamen die *Sabbati*, qui fuit dies septimus mensis *Shawâl*. Numerus comitum Apostoli Dei ... fuit nongentorum, inter quos erant centum Loricati. Nullum habebant equitatum præter duos equos, quorum unus erat Apostoli Dei ... alter *Abu-Bardæ*. Vexillum Apostoli Dei ... ferebat *Mosa'ab Omairi* filius è filiis *Abdo'l-Dâri*. Dextrum cornu Idololatrarum ducebat *Châled Al-Walîdi* filius, sinistrum agebat *Acrema Abu-Gjeheli* filius. Vexilla eorum à filiis *Abdo'l-Dâri* portabantur. Posuit autem Apostolus Dei ... [c] sagittarios numero quinquaginta ponè se, & reliquam militum turmam hinc & illinc infra seorsim ab invicem collocavit.

Ex altera parte stabat *Henda Otbæ* filia, *Abu-Sofiâni* uxor, cum aliis mulieribus, quæ cum illa venerant: & omnes simul tympana pulsabant à tergo militum. *Henda* autem illos adhortata, *Eia*, inquiebat, *filii* Abdo'l-Dâri: *Eia*, *macte animis*, *O acies posterior*, *omnibus gladiis percutite*.

Tunc *Hamza* Prophetæ ... patruus acerrimè pugnans *Artam* Idololatrarum signiferum occidit: & cùm juxta transiret *Seba' Abdo'l-Ozzæ* filius, cujus mater *Meccæ* circumcidendi artem exercebat; dixit ei *Hamza*: *Adesdum*, *O tu fili exsectricis caruncularum*. Et percussit illum; quo ictu caput ejus abstulit. Dum autem circa *Seba'um* occupabatur, ipsum percussit [d] *Wahsha* servus *Gjobairi Mat'ami* filii,

***Et cùm diluculo egressus fuisti à familia tua, ut in aciem instrueres Fideles ad præliandum, Deus autem est audiens, sciens; cùm anxiè cogitarent duæ cohortes ex vobis, ut pusillanimæ essent: At verò Deus opitulatus fuit eis: & omninò oportet, ut Fideles in Deo confidant.*** Ubi Gelalo'ddinus: وهو يوم احد خرج صلعم بالف والخمسين رجلا والمشركين ثلثة الاف *Die Prælii* Ohodensis *prodiit cum mille & quinquaginta viris*; Idololatræ *autem erant tria hominum millia*.

a *Meccam*. Malim pro *Mecca Medinam* legere; longiùs enim distabat *Mecca*, quam ut ejus in hoc prælio mentio fieret, uti mox patebit ex situ montis *Ohod*.

b *Ohod*. Vel, ut alii pronunciant, *Ohud*. *Mons celeberrimus*, inquit Gjannabius, *in agro* Medinensi, *una paulo minus* Parasanga *ab urbe dissitus*. *Appellatur* احد Ohod, (quasi *unicus* & *solus*,) *propter singularitatem suam*, *eo quod ab altero monte vicino quasi abscissus videatur*. Abu'l-Feda in Descriptione Arab. p. 40. collocat eum في الشمال ad Septentrionem *Medinæ*, ut & Edrisius, qui addit ipsum inter & *Medinam* esse sex milliaria.

c *Sagittarios*. Hi quamvis numero pauci, tamen præcipuum robur exercitûs constituebant. Quare Mohammed, præposito illis duce *Abdo'llaho Gjobairi* filio, imperium eis edixit his verbis; quæ refert Al-Bocharius cap. de Prælio *Ohodensi*: لا تبرحوا ان رايتمونا ظهرنا عليهم فلا تبرحوا وان رايتموهم ظهروا علينا فلا تعينونا *Ne loco moveavimini*, *si videritis nos hostibus superiores*: *Neve etiam loco moveamini*, *etiamsi videritis hostes nobis superiores evadere*; *ne quidem ut nobis opem feratis*. Quam prudens hoc Mohammedis imperium fuerit successus mox docebit.

d *Wahsha*. Hoc vile mancipium non fortuitò, sed deliberato proposito, & per fraudem *Hamzam* interfecit. Quam ob causam, & quomodo hoc facinus, data occasione, perpetraverit, audiamus ipsum confitentem reum, referente Al-Bochario cap. de Prælio *Ohodensi*: *Scilicet*, inquit ille, حمزة قتل طعيمة بن عدي بن

R *Wahsha*

Anno ab O.C. five a Lapfu Adami, fecundum Abu'l-Fedam 6218. A Nativitate Christi 633. Hegjræ 3. Ætatis Mohammedis 55. Æræ Christi Vulg. 624. Cœpit die 24 Junii, feria 1.

*Wahſha* autem erat *Habeſhita* (Æthiops,) ictu lanceæ, & *Hamzam* interfecit.

Deinde *Ebn-Kamia Al-Laïthita Moſa' abum Omaïri* filium Apoſtoli Dei . . . vexilliferum occidit. Cumque putaret ſe ipſum Apoſtolum Dei . . . occidiſſe, clamavit ad *Koraiſhitas*: *Ego* MOHAMMEDEM *interfeci*. Occiſo autem *Moſa' abo Omaïri* filio, tradidit Propheta . . . vexillum τῷ *Alî Abu-Tâlebi* filio.

وكان وحشي حبشيا بحربة فقتل حمزة

وقتل ابن قمية الليثي مصعب بن عمير حامل لواء رسول الله صلعم وهو يظن انه رسول الله صلعم فقال لقريش اني قتلت محمدا ولما قتل مصعب بن عمير اعطي النبي صلعم الراية لعلي بن ابي طالب

## CAP. XXXII.

*De adverſa fortuna* Moſlemorum; *tum de fuga* Idololatrarum.

ذكر الكرة على المسلمين وانهزام المشركين

PОrrò Sagittarii [a] prædæ nimium cupidi, citò a loco, quem Propheta conſtanter retinere juſſerat, [b] diſceſſerunt. Tunc accurrens *Châled Al-Walidi* filius cum equitatu Idololatrarum Moſlemos à tergo adortus eſt: Et ſublata voce clamavit, MOHAMMEDEM occiſum eſſe. Atque hìc Moſlemis vires defecere, ingruitque illis hoſtis undique. Denique [c] dies ille fuit Moſlemis infauſtus. Numerus eorum, qui Martyres occubuere ex Moſlemis,

فطمعت الرماة في الغنيمة وفارقوا المكان الذي امرهم النبي صلعم بملازمته فاتى خالد بن الوليد مع خيل المشركين من خلف المسلمين ورفع الصارخ ان محمد افتل وانكشفت المسلمون واسار فيهم العدو وكان يوم بلاء على المسلمين وكانت عدة الشهدا من المسلمين

الخيار ببدر فقال لي مولاي جبير بن مطعم ان قتلت حمزة بعمي فانت حر وان خرجت مع الناس الي القتال احد خرج سباع فقال من يبارز خرج اليه حمزة بن عبد المطلب فقال يا ابن ام انمار مقطعة البظور احاد الله ورسوله ثم شد عليه وكان كامس الذهب وكمنت لحمزة تحت صخرة فلما دنا مني رميته بحربتي فاضعها في ثنته حتى خرجت من بين وركيه فكان ذلك العهد به *Occiderat* Hamza To'aïmam *filium* Adæ, *filii* Al-Chaiari *in prælio* Bedrenſi. *Dixit autem mihi herus meus* Gjobair Mat'ami *filius*: Si *Hamzam* interfeceris pro patruo meo, Libertatem obtinebis. *Deinde cùm inter cæteros ad Prælium* Ohodenſe *profectus eſſem*; *prodiit* Seba' *dicens*: Quis mecum in arenam deſcendat? *Tum progreſſus* Hamza Abdo'l-Motallebi *filius*, O, *inquit*, fili Omm Anmâr, exſectricis caruncularum; an adverſaris Deo, & Prophetæ ejus? *His dictis in illum irruit. Et factus eſt* (Seba') *ſicut heſterna dies, quæ præteriit. Ego verò in inſidiis ſub petra quadam deliteſcebam; cumque* Hamza *propius ad me acceſſiſſet, illicò lanceam meam in illum tanta violentia immiſi, ut illa, abdomine ejus transfoſſo, inter coxas ejus exierit. Atque hoc fuit fatum ejus.*

a *Prædæ nimium cupidi.* Hoc eſt peccatum, propter quod objurgat eos Deus Al-Coran. Surat. 3. v. 156. ان الذين تولوا منكم يوم التقى الجمعان انما استزلهم الشيطان ببعض ما كسبوا ولقد عفا الله عنهم ان الله غفور حليم *Certè quoad illos, qui terga verterunt ex vobis die, quo occurrerunt duæ acies, utique hujus cauſa fuit, quòd illos ad cæſpitandum impulit Satan, partim ut lucri nimium avidi eſſent. Et quidem ignovit eis Deus: Utique Deus eſt condonans, clemens.* Unde factum eſt, ut poſtquam initio Prælii victoriam reportaverint, tandem ob deſidiam, & imperii exequendi neglectum in turpem fugam converſi ſint; quæ omnia deſcribuntur ibidem v. 152. ولقد صدقكم الله وعده اذ تحسونهم باذنه حتى اذا فشلتم وتنازعتم في الامر وعصيتم من بعد ما اريكم ما تحبون *Et quidem jam verificaverat Deus vobis promiſſionem ſuam; cùm profligaretis eos* (Koraïſhitas) *promiſſo ejus; donec puſillanimi facti eſtis & detrectaſtis imperium exequi, & contumaces fuiſtis, ſtatim atque oſtendit vobis* (Satan prædam) *quam avidius deperiiſtis.*

b *Diſceſſerunt.* Quomodo hoc contigerit narrat Al-Bocharius ex ore *Al-Berâi* unius è Comitibus Mohammedis, qui Prælio interfuerat: Quamprimum hoſtes aggreſſi ſumus, inquit ille, primo impetu in fugam præcipitem conjecti ſunt: حتى راينا النساء يسندن في الجبل عن سوقهن قد بدت خلا خلهن فاخذوا يقولون الغنيمة الغنيمة فقال عبد الله امر النبي صلعم ان لا تبرحوا فابوا فلما ابوا صرف وجوههم فاصيب سبعون قتيلا *Adeò ut jam videremus mulieres è platea ſua conſcendentes ad montem confugere. Utque jam ea parte vacuum daretur intervallum, cæperunt* (Sagittarii) *clamare*: Præda, Præda. *At verò occurrit eis* (Dux ipſorum) Abdo'llah *dicens*: Imperium dedit Propheta, ne loco moveamini: *Illi autem dicto obedientes eſſe noluerunt. Cùm itaque facies ſuas* (à præda) *convertere recuſarent; accidit cædes ſeptuaginta virorum.*

c *Dies . . . . infauſtus.* Cauſam funeſtæ hujus cladis quærunt Moſlemi in Al-Cor. Sur 3. v. 166. اولما اصابتكم مصيبة قد اصبتم مثليها قلتم انى هذا *Quando accidit vobis infortunium,* (videlicet in Ohod, ubi ex vobis occiſi ſunt ſeptuaginta) *poſtquam cladem huic duplo majorem* (Koraïſhitis ad Bedrum, occidendo 70. & totidem capiendo) *intuliſtis, dicebatis*: Undenam hujuſmodi? Ad hanc querelam jubetur Mohammed ſic reſpondere: قل هو من عند انفسكم Dicito (illis, inquit Deus:) *Hoc evenit à vobiſmetipſis.* Siquidem, ut addit Gelalo'ddinus in ſua Paraphraſi, *Ordines veſtros deſeruiſtis; atque ita voſmetipſos prodidiſtis.*

fuit

سبعون رجلا وعدة قتلى المشركين اثنين وعشرين رجلا

وصل العدو الى رسول الله صلعم واصابته حجارتهم حتى وقع واصيبت رباعيته وشج في وجهه وكلمت شفته وكان الذي اصاب رسول الله صلعم عتبة بن ابي وقاص اخو سعد بن ابي وقاص وجعل الدم يسيل على وجه رسول الله صلعم وهو يقول كيف يفلح قوم خضبوا وجه نبيهم وهو يدعوهم الى ربهم فنزل في ذلك قوله تعالى ليس لك من الامر شي او يتوب عليهم او يعذبهم فانهم ظالمون ودخلت حلقتان من حلق المغفر في وجه رسول الله صلعم من الشجة ونزع ابو عبيدة بن الجراح احدى الحلقتين من وجهه صلعم فسقطت ثنيته الواحدة ثم نزع الاخرى فسقطت ثنيته الاخرى وكان ابو عبيدة ساقط الثنيتين ومص سنان ابو سعيد الخدري الدم من وجه رسول الله صلعم وازدرده فقال النبي صلعم من مس دمي دمه لم تصبه النار وروي ان طلحة اصابته يومئذ ضربة فشلت يده وهو يدافع عن رسول الله صلعم قد ظاهر بين درعين

ومثلت هند وصواحبها بالقتلى من اصحاب رسول الله صلعم يجدعن الاذان والانوف واتخذن منها قلائد وبقرت هند عن كبد حمزة ولاكتها ولم تسغها

وخرج ابو سفيان زوجها بزج الرمح شدق حمزة وصعد الجبل وصرخ باعلى

fuit [a] septuaginta virorum: ex Idololatris autem duo & viginti cæsi.

Et penetravit hostis usque ad Apostolum Dei... Ibi tanta lapidum multitudine appetitus fuit, ut iis obrutus corruerit, confractique sunt dentes ejus primores, & sauciatus fuit vultus ejus, læsumque labrum ipsius. Qui verò Apostolum Dei... attigit feriitque fuit *Otba Abu-Wakâsi* filius, frater *Sa'adi Abu-Wakâsi* filii. Tunc cœpit sanguis diffluere per vultum Apostoli Dei... & dixit: *Quomodo prosperabitur populus ille, qui sanguine fœdavit vultum Prophetæ sui; Dum ille eos ad Dominum ipsorum vocat?* Mox ea de re cœlitùs demissum fuit verbum Dei excelsi: * [b] *Non est tibi de hoc facinore, cur quicquam solicitus sis,* (Dei est negotium,) *sive convertatur super illos, sive eos puniat: Certè ipsi sunt impii.* Adactæ fuerant autem in vultum Apostoli Dei... duæ telorum missilium acies, quibus vulneratus fuerat. Cumque *Abu-Obaida Al-Gjarâhi* filius unam ex aciebus à vultu ejus extraxisset, illicò excidit dens unus: Deinde, cum alteram eduxisset, simul excidit dens alter. Dumque *Abu-Obaida* duos dentes avelleret, *Sonan Abu-Said Al-Hadrita* sanguinem de vultu Apostoli Dei... promanantem abstergebat, & comprimebat. Dixitque Apostolus Dei... *Qui tangit, palpatque sanguinem meum, ejus sanguinem non fundet ignis* (Inferni.) Traditione fertur *Telham* tunc temporis ictum accepisse, quo luxata fuit manus ejus; dum ab Apostolo Dei... *hostium impetum depulsurus, illum duplici loricâ induebat.*

Interea verò *Henda*, & sociæ ejus inaudito vindictæ exemplo cœperunt sævire in cadavera interfectorum è comitibus Apostoli Dei ... aures & nares eorum amputando, quas sibi in morem torquium, & monilium arripiebant. Quinetiam *Henda* partem Jecoris *Hamzæ* eviscerati mandebat, quamvis id facinoris ei illicitum esset.

Et maritus ejus *Abu-Sofiân Hamzæ* Chalinum, (sive buccarum limbum circa labiorum confinia,) abscissum vertici lanceæ desigens, montem conscendit, atque alta voce clamitans

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6218. A Nativitate Christi 633. Hegira 3. Ætatis Mohammedis 55. Æræ Christi Vulg. 624. Cœpit die 24. Junii, feria 1.

* Al-Cor Sur 3. v. 128.

a *Septuaginta.* Qui numerus æquiparatus fuit septuaginta captivis, quos fecerant in Prælio *Bedrensi*; idque per modum retaliationis: scilicet Deo displicuerat id, quod fecerant *Moslemi* in Prælio *Bedrensi*, pretium Redemptionis accipiendo pro 70. captivis *Infidelium*, juxta illud Al-Cor. Sur. 8. v. 70. ما كان لنبي ان تكون له اسرى حتى يثخن في الارض تريدون عرض الدنيا والله يريد الآخرة *Non fuit concessum Prophetæ, ut sint ei captivi, nisi postquam ingentem stragem ediderit* (Infidelium) *in terra. Vos hunc Mundum vultis, sed Deus vult alteram vitam.* Et quidem Deus concesserat *Moslemis*, ut spolia ex hostibus reportarent, atque etiam captivos facerent; sed illis initiis *Islamismi* volebat, Infideles *Koraishitas*, qui pertinaciùs novæ Religioni restitissent, ad internecionem deleri, uti expressis verbis jubet Sur. 8. v. 12. Quare, ut illos quodammodo excuset, addit ibid. v. 71. لولا كتاب من الله سبق لمسكم فيما اخذتم عذاب عظيم *Nisi Liber à Deo præcessisset,* (qui concederet vobis spolia, & captivos,) *certè attigisset vos, ob id quod accepistis* (ex pretio Redemptionis captivorum,) *punitio longè major.* Contentus fuit igitur Deus modica illa retaliatione 70. *Moslemorum* in hoc Prælio *Ohodensi* occisorum.

b *Non est tibi.* Sic etiam Gelalo'ddinus ad hunc locum: ونزل لما كسرت رباعيته صلعم وشج وجهه يوم احد وقال كيف يفلح قوم خضبوا نبيهم بالدم *Hæc verba cœlitùs demissa sunt, postquam confracti sunt dentes ejus primores, & vultus ejus discissus fuit; die prælii* Ohodensis, *dixitque*: Quomodo prosperabitur populus, qui sanguine fœdavit vultum Prophetæ sui.

Anno ab O.C. five à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6218. A Nativitate Christi 633. Hegiræ 3. Ætatis Mohammedis 55. Æræ Christi Vulg. 624. Capit die 24 Junii, feria 1

aiebat: *Bellum varios successus habet: Prælium* Ohodense *Prælio* Bedrensi *successit. Jam exalteris*, O [a] HOBAL, i. e. *jam manifestò victrix est tua Religio.*

صوتة الحرب سجال يوم احد
بيوم بدر اعل هبل اي ظهر
دينك

Postquam autem reversus est *Abu-Sofiân* cum suis, præconem misit dicens: *Sint vobis nobiscum induciæ bona fide anno proximo.* Respondens Propheta... (jussit uni è sociis suis,) *Dicito*, inquit, (*Ita*; *sint induciæ*) *inter nos*, & *inter vos.*

ولما انصرف ابو سفيان ومن
معه ناداه ان موعدكم بدر العام
القابل فقال النبي صلعم قل
بيننا وبينكم

Cum ergò *Meccam* profecti essent Idololatræ, cœpit Apostolus Dei... patruum suum *Hamzam* quærere; invenitque illum eviscerato ventre; & exsectis naribus auribusque. Tunc dixit Apostolus Dei... *Et quidem revelavit mihi Deus de* Koraïshitis *fore*, *ut* [b] *in triginta ex illis simile exemplum vindictæ*, *retaliationis jure*, *exerceatur.* Deinde ait: *Venit ad me* Gabriel, *annuncians mihi* Hamzam *inscriptum esse inter septimi cœli incolas*; (*cum hoc Elogio*, *seu Epitheto*:) *HAMZA Abdo'l-Motallebi filius*, *Leo Dei*, & *Leo Apostoli ejus.* Jussitque Apostolus Dei... *Hamzæ* corpus pallio-nigro involvi; & cœpit pro illo precari: Tum invocavit septem magnis acclamationibus. Deinde ad alios interfectos veniens, precatus est pro illis, tum etiam simul pro illo; adeò ut pro eo duas & septuaginta Precationes recitaverit. Quæ quidem est demonstratio, qua nititur sententia [c] *Abu-Honaïfæ*: Is enim pre-

ثم سار المشركون الي مكة
ثم التمس رسول الله صلعم عمه حمزة
فوجده وقد بقر بطنه وجدع انفه
واذناه فقال رسول الله صلعم لان
اظهرني الله علي قريش لامثلن
بثلاثين منهم ثم قال جاءني
جبرئيل فاخبرني ان حمزة في
اهل السموات السبع حمزة بن
عبد المطلب اسد الله واسد رسوله
ثم امر رسول الله صلعم بحمزة
فسجي ببردة ثم صلي عليه فكبر
سبع تكبيرات ثم اتي بالقتلي
فيصلي عليهم وعليه معهم حتي
صلي عليه ثنين وسبعون صلاة
وهذا دليل لابي حنيفة فانه يري

a *Hobal.* Hoc fuit اعظم اصنامهم *maximum*, seu *præcipuum Idolorum ab iis* (Arabibus) *cultorum*, observante viro Cl. Pocockio Specim. Hist. Arab. p. 95. ex Shahrestanio, & Abu'l-Feda nostro. Historiam hujus Idoli, & aliorum videbimus ad annum 8. Hegjiræ. Hic tantum apponemus verba, quibus hunc locum Auctoris nostri illustravit idem vir Doctissimus pag. 134. *Qui* Arabum *scripta consuluerit*, inquit ille, *ab iis cultum* Obolam *potiusquam* Obodam *reperiet*, *scilicet* Hobalum *de quo* p. 95. *illum*, *quem in prælio* Ohud *elata voce invocavit*, *seu potius prædicavit* Abu-Sofyan, *quasi ipsius ope victoriam consecutus*, *dicens*: اعل هبل Olo Hobal, *i. e.* Ascendas, *vel* exalteris, Hobal; *scilicet* (*explicante Abu'lFeda*) ظهر دينك Manifesta est jam religionis tuæ veritas: *Refert* Ebno'l-Athir, *ideo illum hoc pronunciasse quòd*, *consulto priùs per sortes* Hobalo, *prælium eo die commisissent*, *cujus successum pro certo veritatis ipsius indicio habuerunt.* Verba impia Abu-Sofiâni, quibus Idola sua prædicabat tanquam suprema Numina, non caruerunt responso ex parte Mohammedis, si credamus Al-Bochario in Libro *Al-Sahih.* Cùm enim dixisset Abu-Sofiân: *Jam exalteris O HOBAL*; jussit Mohammed comitibus suis, qui adstabant, ut ei responderent: Quidnam, inquiunt, dicemus? Dicite, ait ille: الله اعلي واجل *Allah Aala Wa'agjallo*, i. e. *Deus adhuc Excelsior est*, & *Gloriosior.* Tum replicans Abu-Sofiân clamavit: لنا العزي ولا عزي لكم *Nobis est AL-OZZA*; *vobis autem non est OZZA* (nomen alterius Idoli generis fœminini, quasi *summè potentem*, aut *potissimam dicas*, inquit Pocock pag. 91.) Ad quæ iterùm sic respondi jussit Mohammed: الله مولينا ولا مولي لكم *Deus est Adjutor noster*; *vobis autem non est Adjutor.* Quomodo idem *Abu-Sofiân* Idola sua ejurare, intentata morte, tandem coactus fuerit, videbimus post Expugnationem *Meccæ.*

b *In triginta.* Gjelalo'ddinus hunc numerum auget ad septuaginta, ubi locum Al-Cor. Sur. 16. v. 116. explicat: Hæc sunt verba Textûs: وان عاقبتم فعاقبوا بمثل ما عوقبتم به *Quòd si vindictam sumpturi sitis*, *vindictam sumite secundùm Talionis rationem*, *pro pœna quam sustinuistis.* Gelalo'dd. نزل لما قتل حمزة ومثل به فقال رسول الله صلعم وقد راه لامثلن منهم بسبعين *Cœlitùs demissus fuit hic versus*, *quando occisus fuit* Hamza, *ut fieret pro eo Retaliatio. Dixitque Apostolus Dei*... *cùm videret illum* (occisum:) Certè Ego ex eis vindictam sumam in septuaginta, (seu septuagies.)

c *Abu-Honaïfa.* Ejus nomen integrum erat, النعمان بن ثابت *Al-Noomân Thâbeti* filius. *Abu-Honaïfa* obiit anno Hegjræ 150. secundùm Ebn-Chalecan. Fuit unus ex Authoribus quatuor Sectarum orthodoxarum Religionis Mohammedanæ; quæ nihil inter se differunt circa fundamentales Articulos, sed tantummodò *versantur*, ut inquit, Abu'l-Faragjus, *circa* الفروعيين المختلفين في الاحكام الشريعة والمسايل الاجتهادية *Ramos*, *differentes inter se de conclusionibus legalibus*, & *dubiis sub disquisitionem cadentibus*: Qualis est illa Quæstio: *An orandum sit pro Martyre?* seu pro eo, qui in bello sacro fortiter pugnando occubuit. De istis quatuor Sectis, earumque Authoribus v. quæ docte scripsit vir cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 294. & seqq.

cationem

الصلاة علي الشهيد خلافا للشافعي
رحمهما الله تعالي ثم امر بحمزة فدفن
واحتمل ناس من المسلمين قتلاهم
الي المدينة فدفنوهم ثم نهي رسول
الله صلعم عن ذلك وقال ادفنوهم
حيث صرعوا

ثم دخلت سنة اربع

cationem pro Martyre probat, contra quam sentit *Al-Shâfe'ius*ᵃ; Deus amborum misereatur. Denique jussu ejus sepultus fuit *Hamza*.

Cùm autem nonnulli è *Moslemis* suorum corpora *Medinam* asportare vellent, ibique ea sepelire; prohibuit Apostolus Dei . . . ne ita fieret, dicens: *Sepelite eos ubi vulnerati occubuerunt.*

Deinde cœpit annus QUARTUS (Hegjræ.)

## CAP. XXXIII.

ذكر غزوة الرجيع

*Bellum* Al-Ragjî'ense.

فيها في صفر قدم علي النبي صلعم
قوم من عضل والقارة وطلبوا من رسول
الله صلعم ان يبعث معهم من يفقه
قومهم في الدين فبعث معهم ست نفر
وهم ثابت بن ابي الافلح وخبيب بن
عدي ومرثد بن ابي مرثد الغنوي
وخالد بن البكير الليثي وزيد بن
الدثنة وعبد الله بن طارق وقدم
عليهم مرثد بن ابي مرثد

HOC anno, mense *Safar* accesserunt ad Prophetam . . . Legati ab oppidis *Edhlo*, & *Al-Kara*, rogantes, ab Apostolo Dei . . . ut secum aliquot mitteret, qui populum suum in Religione instituerent. Quare sex viros misit cum illis: Hi autem fuerunt, videlicet *Thabet Abu'l-Aflahi* filius, *Chobaib Adæ* filius, *Morthad Abu-Morthadi* filius, *Al-Anwita*, *Châled Al-Bokairi* filius, *Al-Laithita*, *Zaid Al-Dathnatæ* filius, & *Abdo'llah Al-Tareki* filius; *Morthadum Abu-Morthadi* filium Præfectum instituit.

فلما وصلوا الرجيع وهو ماء لهذيل
علي اربعة عشر ميلا من عسفان غدروا
بهم وقاتلهم اصحاب رسول الله صلعم
فقتل ثلاثة واسر ثلاثة وهم زيد بن
الدثنة وخبيب وعبد الله بن طارق
فاخذوهم الي مكة وانفلت عبد الله بن
طارق فقاتل الي ان قتلوه بالحجارة
ووصلوا بزيد بن الدثنة وخبيب الي
مكة وباعوهما من قريش فقتلوهما صبرا

Cumque pervenissent ad locum dictum *Al-Ragjî*, quæ est *Aqua* pertinens ad *Hodhailitas* quatuordecim Miliaribus ab *Osfâno* dissita; Illi perfide agentes socios Apostoli Dei . . . prælio adorti sunt, ex quibus tres cæsi, reliqui tres capti, videlicet *Zaïd Al-Dathnæ* filius, *Chobaïb*, & *Abdo'llah Târeki* filius; eosque comprehensos *Meccam* versùs abduxerunt. Et quidem evadens *Abdo'llah Târeki* filius pugnam sustinuit, donec eum lapidibus obrutum interimerent. Tum *Meccam* pergentes cum *Zaido Al-Dathnæ* filio, & *Chobaibo*, ambos *Koraishitis*ᵇ vendiderunt, qui eos violenta morte interfecere.

a *Al-Shafe'ius*. Ejus nomen integrum erat, محمد بن ادريس بن العباس بن عثمان بن الشافع *Mohammed* filius *Edrisi*, filii *Al-Abbâsi*, filii *Othmâni*, filii *Al-Shafe'i*; qui genus suum ad *Abdo'l-Motallebum* Mohammedis avum referebat, obiit anno Hegjræ 204. Fuit unus ex Authoribus quatuor Sectarum orthodoxarum Religionis Mohammedanæ; de quo v. Cl. *Pocockius* Specim. Hist. Arab. pag. 295. ut & de aliis duobus harum Sectarum Authoribus, videlicet *Mâleco Anasi* filio pag. 294. & *Ahmede Hanbali* filio pag. 207. *Al-Shafe'ius* & alii duo vocantur apud Shahrestanium اصحاب الحديث *Sectatores Traditionis*, utpote quorum decisiones dictis factisque Mohammedis per Traditionem acceptis nitantur. *Abu-Honaifæ* autem discipuli audiunt اصحاب الراي *Sectatores Rationis*, eo quod Rationi, seu propriæ sententiæ addicti sint.

b *Vendiderunt*. Ex his duobus captivis *Chobaib* dignus habitus fuit, cujus Martyrium, ob ejus singularem in Islamismo profitendo animi constantiam, posteritati consecraretur. Historiam ejus sic refert Al-Bocharius in Sonna ex Traditione Abu-Horairæ: فاشتري خبيبا بنوا الحارث بن عامر بن نوفل وكان
خبيب هو قتل الحارث يوم بدر فمكث عندهم اسيرا حتي اذا اجمعوا علي قتله استعار
موسي من بعض بنات الحارث ليستحد بها فاعارته قالت فغفلت عن صبي لي فدرج
اليه حتي اتاه فوضعه علي فخذه فلما رايته فزعت فزعة عرف ذلك مني وفي يده الموسي
فقال اتخشين ان اقتله ما كنت لافعل ذلك ان شاء الله وكانت تقول ما
رايت اسيرا قط خيرا من خبيب لقد رايته ياكل من قطف عنب وما بمكة يومئذ
ثمرة وانه لموثق في الحديد وما كان الا رزقه الله عز وجل فخرجوا به من الحرم ليقتلوه
فقال دعوني اصلي ركعتين ثم انصرف اليهم فقال لولا ان تروا ان ما بي جزع من
الموت لزدت فكان اول من سن الركعتين عند القتل هو ثم قال اللهم احصهم عددا

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6219.
A Nativitate Christi 634.
Hegjræ 4.
Ætatis Mohammedis 56.
Æræ Christi Vulg. 625 Cœpit die 13 Junii, feria 5

## CAP. XXXIV.

### *Bellum* Bîr-Ma'ûnatense.

غزوة بير معونة

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6219.
A Nativitate Christi 634
Hegjræ 4
Ætatis Mohammedis 56
Æræ Christi Vulg. 625 Capit die 13 Junii, fer. 5.

MEnse *Safar* anni ejusdem quarti *Abu-Becr* ad Prophetam accessit cum *Hâmero* filio *Mâleki*, filii *Gjafari*. Is indole sua erat jocosus & illusor; neque Moslemum se profitebatur, neque tamen ab Islamismo aversionem præ se ferebat. Dixit autem Prophetæ... *Si aliquot è sociis tuis ad incolas Provinciæ* Nagjd *mitteres; qui illos* (ad Islamismum) *vocarent; spes esset illos tibi obedientiam præstituros.* Respondit Apostolus Dei... *Vereor pro sociis meis.* Dixit Abu-Becr: *Ego pro illo fidem meam obstringo.* Misit itaque Apostolus Dei... *Al-Mondarum Omari* filium, *Ansarium* cum septuaginta viris, ex optimis Moslemis, inter quos erat [a] *Amer Fohairæ* filius servus *Abu-Becri* (*Al-Seddik*, i. e. Testis-Fidelis,) cui Deus sit propitius... Et profecti castra posuerunt juxta *Bir Ma'ûna*, (i. e. Puteum Adjutorii,) qui locus *Medina* distat quatuor dierum itinere.* Atque inde Epistolam Apostoli Dei... ad inimicum Dei *Amerum Al-Tofaili* filium miserunt. Ille autem eum, qui literas attulit, interfecit: Et statim comparatis copiis adversùs socios Apostoli Dei... infestis signis contendit. Et commisso prælio omnes istos ad internecionam deleverunt, excepto uno *Ca'abo Zaidi* filio, qui pro moribundo relictus inter occisorum cadavera jacuit; postmodum verò consurgens ad Prophetam... reversus est; atque in Prælio *Fossæ* postea Martyr occubuit.

* Inter *Meccam* & *Osfânum*. Ita Gjannab.

Erat autem *Amrû Ommiæ* filius, *Al-Dhamrita* cum alio quodam viro ex *Ansariis*, in ho-

وفي صفر سنة اربع اقدم على ابو بكر بعامر بن مالك بن جعفر ملاعب الاسنة على النبي صلعم ولم يسلم ولم يبعد من الاسلام فقال للنبي صلعم لو بعثت من اصحابك رجالا الى اهل نجد يدعوهم رجوت ان يستجيبوا لك فقال رسول الله صلعم اخاف على اصحابي فقال ابو بكر انا لهم جار فبعث رسول الله صلعم المنذر بن عمر الانصاري في سبعين رجلا من خيار المسلمين فيهم عامر بن فهيرة مولي ابي بكر الصديق رضي الله عنه فمضوا ونزلوا ببير معونة على اربع مراحل من المدينة وبعثوا بكتاب رسول الله صلعم الى عدو الله عامر بن الطفيل فقتل الذي احضر الكتاب وجمع الجموع وقصد اصحاب رسول الله صلعم فيقاتلو فقتلوا عن اخرهم الا كعب بن زيد فانه بقي فيه رمق وتواري بين القتلى ثم لحق بالنبي صلعم واستشهد يوم الخندق

وكان في سرح القوم عمرو بن امية الضمري ورجل من الانصار فرادا

ما ابالي حين اقتل مسلما على اي شق كان لله مصرعي وذلك في ذات الاله وان يشاء يبارك على اوصال شلو ممزع ثم قام عليه عقبة ابن الحارث وقتله

*Emerunt autem* Chobaibum *filii* Al-Hârethi, *filii* Ameri, *filii* Nawfali: Chobaib *enim* Al-Harethum *illum occiderat in Prælio* Bedrensi. *Mansit igitur apud illos vinctus, donec ad necandum illum congregarentur. Interim accidit, ut novaculam mutuo peteret ab una quadam è filiabus* Al-Harethi, *ut ea seipsum tonderet; & illa ei commodavit.* Ego vero, *inquit illa* (*rem narrans, uti gesta erat,*) dum filiolum meum incautius abire permitterem, ille senim progrediens ad eum propiùs accessit. Illico *Chobaib* puerum apprehendens inter femora sua complectitur. Quod cum vidissem, ingenti pavore tota exhorrui: Quod ille perspiciens, & manu novaculam gestans, *An reformidas,* inquit, *ne illum jugulem? Minimè hoc facinus committam, si Deo ita placuerit.* Nusquam, *inquiebat illa,* captivum *Chobaibo* vidi meliorem? Quodam die vidi illum uvarum racemum comedentem, cum illa tempestate nullus talis fructus *Meccæ* reperiretur; & ipse vinculis ferreis contrictus esset: Profecto nemo alius ei cibum subministrabat, nisi Deus potens, gloriosus. *Tandem eduxerunt illum extra Territorium sacrum* (Meccanum,) *ut eum interficerent. Tum dixit eis*; Sinite me paulisper, ut Precationem persolvam cum duabus incurvationibus. *Quibus peractis, ad eos conversus dixit*: Nisi forte putaretis metu mortis me id facere, plures adderem Incurvationes. *Qua in re fuit omnium primus, qui exemplo suo* (cæteris Moslemis) *prævit, ut, ante necis violentæ supplicium, precationem persolvant cum duabus Incurvationibus. Deinde hæc ait.* O Deus, numeratim illos computa: De me ipso nihil solicitus sum, quando morior *Moslemus*, quocunque tormenti genere excrucier: Coram Deo est prostratio mea, idque in Divinitatis ejus Professione: Et si voluerit Deus, rursùs a me benedicetur restituta compage membrorum corporis mei, quod mox dissecandum est. *Tunc adstitit ei* Okba Al Hârethi *filius, atque illum interfecit.*

a *Amer Fohairæ filius.* De hoc mentio est supra p. 51 in historia Fugæ; in qua *Mohammedem*, & herum suum *Abu-Becrum* comitatus est, atque in hoc Prælio Martyr occubuit. Et statim atque occisus fuit, in cœlum sublatus est, uti refert Al-Bocharius ex Ebn-Ishak his verbis. عامر بن الطفيل قدم المدينة بعد ذلك فقال للنبي صلعم من رجل يا محمد لما طعنته رفع الى السماء فقال هو عامر بن فهيرة Amer Al-Tofaili *filius postea Medinam veniens dixit Prophetæ*... Quisnam fuit ille vir, O *Mohammed*, qui, postquam illum confodi, in cœlum elevatus est? Respondit: *Is est Amer Fohairæ filius. Cùm enim*, pergit Al-Bocharius, *quærerent corpus* Ameri Fohairæ *filii inter mortuos*, فيرون ان الملايكة رفعته ودفنته *Viderunt Angelos illud sublime efferentes; atque deinde sepelientes.*

ftium

الطيور تحوم حول العسكر فوجدوا القوم مقتولين فقاتل الانصاري وقتل واسر عمرو بن امية ... اسيرا واعتقه عامر بن الطفيل لكونه من مضر ... رسول الله صلعم واخبره ... عليه

ſtium territorio. Et viderunt aves volantes circa caſtra; tum in aliquot ex hoſtibus palantes offenderunt; qui *Anſariorum* adorti interfecerunt. At vero *Amrû Ommiæ* filius captus fuit. Illum tamen *Amer Al-Tofaili* filius in libertatem dimiſit, eo quod eſſet ex proſapia * *Modhari*. Reverſus itaque ad Apoſtolum Dei ... nunciavit ei rem totam; quam ille ægre admodum tulit.

Anno ab O C ſive a Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6219. A Nativitate Chriſti 634. Hegiræ 4. Ætatis Mohammedi, 56. Æræ Chriſti Vulg. 625, Cœpit die 13 Junii, feria 5.

* De quo v. ſupra p. 5 & 7.

## CAP. XXXV.

ذكر غزوة بني النضير من اليهود

*Bellum* [a] *Filiorum* Al-Nadhîri *ex* Judæis.

وسار رسول الله صلعم اليهم وحاصرهم في ربيع الاول سنة اربع * فحاصرهم ... ست ليال * حاصرهم سالوا رسول الله صلعم ان يجليهم على ان لهم ما حملت الابل من اموالهم والسلاح فاجابهم الى ذلك فخرجوا ومعهم الدفوف والمزامير مخبر من ذلك تجلدا وكانت اموالهم فيئا لرسول الله صلعم ...

PRofectus eſt adversùs illos Apoſtolus Dei ... menſe *Rabî o* priore anni quarti (Hegiræ,) obſeditque illos: Elapſis autem ſex diebus obſidionis, rogaverunt Apoſtolum Dei ... ut ſibi e caſtello diſcedendi facultatem concederet, ea conditione, ut ſecum auferrent, ex opibus & ſupellectilibus, quantum poſſet camelus portare: cui petitioni ille annuit. Egreſſi ſunt igitur cum tympanis & inſtrumentis muſicis *Machmeri Baddaci* filii, magnam animi firmitatem præ ſe ferentes. Opes autem illorum in prædam ceſſerunt Apoſtolo Dei ... ut eas [b] pro arbitrio ſuo,

a *Filiorum Al-Nadhîri.* Erant *Al-Nadhîritæ*, teſte Gjannabio, قبيلة كبيرة من اليهود *Tribus Judæorum potentiſſima*, quorum caſtellum ab *Medina* circiter 3 miliaria diſtabat in itinere *Meccam* versus. Cauſam hujus Belli, quia eſt magni momenti, referemus verbis Abu-Sa'îdi Al-Naiſaburienſis ex Al-Wâkedio, prout illa habet Abu-Zeid Sein in Libro الادوار *Splendorum* خرج رسول الله صلعم الى بني النضير ... ليستعينهم في دية الرجلين الذين قتلهما عمرو بن امية الضمري رضي الله عنه فقالوا نفعل يا ابا القاسم ما احببت قد ان لك ان تزورنا وان تاتينا اجلس حتى نطعمك ورسول الله صلعم مستند الى بيت من بيوتهم ثم خلا بعضهم الى بعض ثم تناجوا فقال حيي بن اخطب يا معشر يهود قد جاءكم محمد في نفر من اصحابه لا يبلغون عشرة وكان معه ابو بكر وعمر وعلي والزبير وطلحة وسعد بن معاذ واسيد بن حضير وسعد بن عبادة فاطرحوا عليه حجارة من فوق هذا البيت الذي هو تحته واقتلوه فلن تجدوه اخلى منه الساعة فانه ان قتل تفرق عنه اصحابه فلحق من كان معه من قريش بحرمهم وبقي من كان هاهنا من الاوس والخزرج والاوس حلفاؤكم فما كنتم تريدون ان تصنعوا يوما من الدهر فمن الان فقال عمرو بن جحاش انا اظهر على هذا البيت فاطرح صخرة ... فلما اشرف بها جاء نبي الله الخبر من السماء يعني الوحي بما هموا به فنهض صلعم سريعا كانه يريد حاجة وتوجه الى المدينة *Profectus erat Apoſtolus Dei* ... *ad filios* Al-Nadhîri, *eos allocuturus, ut ſecum paciſcerentur de mulcta, quam eis perſolveret in pretium ſanguinis duorum virorum, quos* per errorem) *occiderat* Amru Ommiæ *filius*, Al-Dhamiræ, *cui Deus ſit propitius*. *Dixerunt ei*: Id faciemus, *O Abu'l Caſem*, uti deſideras, modo tibi placeat nos viſitare, & tecum convivas adducas, ut te convivio excipiamus. *Itaque Apoſtolus Dei* ... *ad unam ex illorum domibus accubiturus acceſſit*. *Tunc illi inter ſe invicem technas machinari cœperunt*. *Denique dum ſecreto colloquerentur, dixit eis* Haia Achtabi *filius*: O cœtus *Judæorum*, jam venit ad vos Mohammed cum aliquot e comitibus ſuis, qui numerum decem non excedunt; ſunt videlicet cum illo *Abu Becr*, *Omar*, *Alì*, *Al-Zobair*, *Telha*, *Saad Ma'âdi* filius, *Oſaid Hodhairi* filius, & *Sa'ad A'bâdæ* filius. Projicite igitur ſuper eum lapides de ſuperiore tecto domus illius ſub qua ille eſt, & ipſum interficite. Nuſquam reperietis eum magis ope deſtitutum, quam nunc eſt hac hora. Quod ſi eum occideritis, ſtatim comites ejus diſpergentur, inter quos ii, qui cum illo ſunt ex *Koraiſhitis*, cito *Meccam* repetituri ſunt, reſidui autem, qui hic remanebunt, ſunt partim *Awſitæ*, partim *Chazregitæ*. *Awſitæ* vero ſunt vobiſcum fœdere conjuncti, ac proinde quidquid volueritis ut hodie faciant, quemadmodum antea, ita & in poſterum facturi ſunt. *Hic* Amrû Hagjâſhi *filius*, Egomet, *inquit*, tectum illius domus ſuperans, ſaxum ingens projiciam. *Cumque jam in faſtigio conſiſteret, venit ad Prophetam* (de cœlo) *nuncius, id eſt, Revelatio divina, de facinore quod illi moliebantur*. *Et protinus conſurrexit, quaſi neceſſitati ſuæ volens ſatisfacere, atque ita imminenti periculo ſe ſubducens* Medinam *ſe proripuit*.

b *Pro arbitrio ſuo.* Hoc ſingulare accidit in hoc Bello, ut ſpolia omnia Mohammedi ceſſerint contra expreſſam Al-Corani Legem Sur. 8. v. 41. ſupra a nobis allatam pag. 60. qua debetur Deo, & Mohammedi ſolummodo quinta pars ſpoliorum, partes autem reliquæ quatuor inter milites ex æquo & jure diſtribuendæ ſunt. Ratio hujus differentiæ reperitur in eodem Al-Corano, Sur. 59. quæ tota cœlitus demiſſa fuit occaſione hujus Belli contra *Judæos Nadhiritas*, uti obſervat Gjannabius, cum Gelalo'ddino, & cæteris Interpretibus

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6219. A Nativitate Christi 634. Hegiræ 4. Ætatis Mohammedis 56. Æræ Christi Vulg. 625. Capit die 13 Junii, feria 5.

cui vellet, impertiretur: Et distribuit illas inter *Mohâgerios* (seu fugæ comites) prætermissis *Ansariis* (i. e. Adjutoribus;) nisi quod *Sahalo Hasfæ* filio, & *Abu-Dahanæ*, qui quidem erant viri probi, & pauperes, aliquid erogavit. Porrò ex filiis *Al-Nadhîri* pars *Chaibarum* se recepit, pars altera [a] in *Syriam* migravit.

Tunc temporis cœlitùs demissa fuit [b] Interdictio Vini.

شاء فقسمها علي المهاجرين دون الانصار الا ان سهل بن حنيف وابا دجانة ذكرا فقرا فاعطاهما رسول الله صلعم من ذلك شيا ومضى الي خيبر من بني النضير ناس والي الشام ناس

ونزل تحريم الخمر

# CAP. XXXVI.

## *Bellum* Dhât Al-Rekâ'.

## ذكر غزوة ذات الرقاع

DEinde bellicam expeditionem movit Apostolus Dei . . . in provinciam *Nagjd*: Et occurrit Turmæ *Gatfânitarum* in loco dicto *Dhât Al-Rekâ'*, i. e. *Locus Infatuationis*, quia illi mentibus suis ibi infatuati sunt. Enimverò isti homines statim fuga saluti suæ con-

ثم غزا رسول الله صلعم نجدا فلقي جمعا من غطفان في ذات الرقاع وسميت بذلك لانهم رقعوا فيها راياتهم فتهارب الناس ولم تكن

In ea autem v. 6. Deus sic loquitur وما افاء الله علي رسوله منهم فما اوجفتم عليه من خيل ولا ركاب ولكن الله يسلط رسله علي من يشاء والله علي كل شي قدير *Cur porrò concessit in prædam Deus Apostolo suo* (omnia spolia quæ reportata sunt) *ex illis* (Nadhiritis,) *est quòd non admovistis contra illud* (castellum) *ullos equos, neque camelos, sed Deus dominium dedit Apostolis suis super quem voluit Deus enim in omnem rem est Potens.* Quapropter, cum sola Dei potestate, non militum viribus expugnatum fuerit castellum, sic concludit in sequenti versu: ما افاء الله علي رسوله من اهل القري فلله وللرسول والذي القربي واليتامي والمساكين وابن السبيل كيلا يكون دولة بين الاغنياء منكم *Id, quod concessit Deus in prædam Apostolo suo de oppidanis, debetur Deo, & Apostolo, & propinquis ejus, & orphanis, & pauperibus, & itinerantibus; adeo ut nihil prorsùs fortunæ obveniat distribuendum inter divites ex vobis.* Quare Mohammed pro jure suo & arbitrio spolia omnia inter *Mohâgerios*, (seu Fugæ comites eosque pauperes,) posthabitis *Ansariis*, (seu Adjutoribus, iisque divitibus,) distribuit. Aliquid tamen aliquot *Ansariis* erogavit, sed ii erant pauperes, ut observat Auctor noster. Alia exempla similis distinctionis in spoliorum distributione, infra videbimus.

a *In Syriam* Post hæc verba apud Elmacinum uno tenore sequitur: وتبعهم المنذر بن عمر الساعدي الي ببر المعاوية وسبعون رجلا فقتلوا جميعهم الا كعب بن زيد فانه افلت Quæ sic reddit Erpenius: *Persequutus est autem eos Mundirus f. Omaris Saadæus ad Puteum usque Moaviæ, cum 70. Medinensibus, atque omnes interfecerunt præter Caabum filium Zeidi, qui evasit.* Sed hæc nullam habere debent connexionem cum præcedentibus. Nemo enim *Judæos Nadhîritas* in *Syriam* migrantes persequutus fuit. Sed Elmacinus, vel ejus Exscriptor mutilam partem historiæ belli *Bîr Ma'ûnat*, de qua supra p. 70. hic perperam adsuit, dicendo . . . *Et sequutus est* (non *persequutus est*) *eos* (videlicet duces itineris Infideles) Al-Mondar &c. Ubi nemo est, qui non videat supplendam esse priorem narrationis partem, uti habetur initio præcedentis Capitis; & pro ببر معاوية *Puteo Moaviæ*, legendum ببير معونة *Puteum Ma'ûnat*, i. e. *Adjutorii.* De cætero monendus est Lector virum cl. Humph. Prideaux in Vita Moham. p. 91. postquam verba Erpenii fideliter vernacule reddidit, egregiam in *Mohammedanorum* crudelitatem invehendi occasionem sibi dari putavisse his verbis: *Tali scilicet crudelitate*, inquit ille, *Barbari isti homines pro Impostura, in quam delusi & seducti erant, defendenda, pugnare consueverant.* Sed non erat is locus; nam è contrario Moslemi insidiis circumventi ab Idololatris omnes, uno excepto Ca'abo, Martyres occubuerunt.

b *Interdictio Vini.* Locus Al-Corani, quo Vinum simul cum Alea, Idololatria, & Sortibus, interdicitur, extat Sur. 5. v. 99. his verbis: يا ايها امنوا انما الخمر والميسر والانصاب والازلام رجس من عمل الشيطان فاجتنبوه لعلكم تفلحون O vos, *qui credidistis; certè VINUM, & Alea, & Statuæ, & Sagittæ-sortitionis, sunt abominatio ex opere Satanæ. Itaque abstinete ab illo, ut vos felices sitis.* Et Sur. 2. v. 219. يسلونك عن الخمر والميسر قل فيهما اثم كبير ومنافع للناس واثمهما اكبر من نفعهما *Interrogabunt te de VINO, & Alea. Dicito illis: In utroque est crimen grave. Et quidem* (in iis sunt) *utilitates hominibus, sed crimen eorum gravius est utilitate eorum* Hinc nonnulli Interpretes contendunt Vinum non absolute interdictum esse a Mohammede, cùm in eo utilitates agnoscat, sed tantum immodicum ejus usum, aut abusum damnari Gelalo'ddinus ad illa verba: فيهما اثم كبير *In utroque est crimen grave, id est*, inquit, في تعاطيهما *nimiùm iis indulgendo* Quin & sententiam suam confirmant ex ipsius Al-Corani verbis Sur. 16. v. 67. ومن ثمرات النخيل والاعناب تتخذون منه سكرا ورزقا حسنا ان في ذلك لاية لقوم يعقلون *Et ex fructibus Palmarum, & Uvarum, inde percipitis siceram,* (seu potum inebriantem,) *& alimentum bonum. Utique in hujusmodi est signum hominibus, qui intelligunt.* Alii vero rigidiores, textibus prææallatis mordicùs adhærendo, aiunt Vinum Mohammedanis absolute interdici sive multum sive parum, sive inebriet, sive non inebriet. Atque hæc est communior opinio hodie apud illos recepta. Quomodo autem Prophetæ sui Præceptum observent Mohammedani præsertim Turcæ, lectu digna sunt, quæ inter alios scripsit testis oculatus vir doctus Tho. Smith Epist. 2 *de Moribus, & Institutis Turcarum* pag. 28. & seqq.

suluerunt,

بينهم حرب وكان ذلك في جمادى الاولى سنة اربع

وفي هذه الغزوة قال رجل من غطفان لقومه الا اقتل لكم محمدا قالوا بلى وحضر عند النبي صلعم وقال يا محمد اريني سيفك هذا وكان محلى بفضة فدفعه النبي صلعم اليه فاخذه واستله ثم جعل يهزه ويهم وكبته الله ثم قال يا محمد ما تخافني قال لا ما اخاف منك ثم رد سيف رسول الله صلعم فانزل الله تعالى يا ايها الذين امنوا اذكروا نعمة الله عليكم اذ هم قوم ان يبسطوا اليكم ايديهم فكف ايديهم عنكم

fuluerunt, ac proinde non fuit inter eos certamen. Id contigit mense *Gjomâda* priore anni (Hegjræ) quarti.

In illa Expeditione vir quidam ex *Gatfadnitis* ad suos dixit: *Annon gratum fuerit vobis, si Mohammedem interfecero?* Responderunt: *Maximè*. Adstitit ergo coràm Propheta... & dixit ei. *O Mohammed, volo gladium tuum hunc inspicere*. Erat autem argento elaborato nitidus, & præfulgens. Obtulitque eum illi Propheta... Is itaque accipiens eum evaginavit, tum cœpit agitare intendens illum perfodere. At Deus ipsum humi prostravit. Dixit autem: *O Mohammed, numquid non expavisti à me*. Cui ille, *Quid a te expavescerem?* Et reddidit gladium Apostolo Dei. Tunc Deus excelsus ad eum cœlitus demisit hæc verba. * *O vos qui credidistis, recordamini gratiæ Dei super vos, quando hostis animo agitabat in vos manus suas extendere. At Deus illorum manus a vobis cohibuit.*

Anno ab O. C. sive ab Ipsius Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6219. A Nativitate Christi 634. Hegiræ 4. Ætatis Mohammedis 56. Æræ Christi Vulgaris 625. Cœpit die ..., Junii, Feria ...

* Al Coran Sur. ...

## CAP. XXXVII.

ذكر غزوة بدر الثانية

*Bellum* Bedrense *secundum*.

وفي شعبان سنة اربع خرج رسول الله صلعم لميعاد ابي سفيان وادى بدرا واقام ينتظر ابا سفيان وخرج ابو سفيان من مكة ثم رجع من اثناء الطريق الى مكة فلما لم يات انصرف رسول الله صلعم الى المدينة

وفي هذه السنة ولد الحسين بن علي رضي الله عنهما

ثم دخلت سنة خمس

MEnse *Sha'aban* anni (Hegjræ) quarti, prodiit Apostolus Dei... ad conveniendum *Abu-Sofiânum*, prout condixerant. Cumque *Bedrum* venisset, ibi moratus est expectans *Abu-Sofiânum*. Prodiit etiam *Meccâ Abu-Sofiân*: Deinde vero a loco dicto *Ashao l-Tarik Meccam* reversus est. Cum ergo ille non veniret, Apostolus Dei... *Medinam* se recepit.

Eodem anno, nascitur *Al-Hosain* filius *Alî*: Ambobus Deus sit propitius.

Tum cœpit annus QUINTUS (Hegjræ.)

## CAP. XXXVIII.

ذكر غزوة الخندق وهي غزوة الاحزاب

*Bellum* Al-Chandak, i. e. Fossæ, *sive Bellum* [a] Nationum.

وكانت في شوال من هذه السنة وذلك ان رسول الله صلعم تحزب قبائل العرب وامر بحفر الخندق حول المدينة فعمل انه

GEstum fuit hoc Bellum mense *Shawâl* hujus anni. Cum enim certior factus esset Apostolus Dei... Varias Arabum Tribus turmatim adversùm se congregari, Fossam circa *Medinam* effodi jussit. Aiunt id factum

a *Nationum*, sive *Turmarum hostilium* الاحزاب *Al-Ahzâb* Pl. τῆς حزب *Agmen, turma* Sociorum, sive Nationum conjuratarum ad bellum inferendum Prophetæ. Est Titulus Suratæ 33 in qua inter alia agitur de hoc Bello Fossæ, cujus causam sic breviter refert Abu-Zeid Seid in Libro *Splendorum* ان رسول الله صلعم لما اجلى بني النضير من موضعهم الى خيبر اجتمعت جماعة منهم ومن غيرهم من اليهود وخرجوا الى مكة الى بني اسد ومن انضم منهم من اهل نجد وتهامة واستنفروهم الى المدينة واتصل خبرهم بالنبي صلعم فحفر الخندق حول المدينة وحصنها فوردت الاحزاب وحصروا المدينة *Postquam Apostolus Dei... Filios* Al-Nadhîri *è locis suis* Chaibarum *in exilium migrare coegisset, congregatæ sunt tam illorum, quam aliorum* Judæorum *turmæ, &* Meccam *se contulerunt ad Filios* Asadi, *habentes secum quotquot ipsis adhæserunt ex incolis Provinciarum* Nagjd, & Al-Tehâmæ, *atque illis contra* Medinam *infestis signis contendere persuaserunt. Cujus rei nuncius cum ad Prophetam... pervenisset*, Fossam *circa* Medinam *effodi jussit, eamque munivit. Advenientes autem Turmæ-hostiles* Medinam *obsidione cinxerunt*.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6220. A Nativitate Christi 635. Hegjræ 5. Ætatis Mohammedis 57. Æ. Christi Vulg. 626. Cœpit die 2. Junii, feria 2.

fuisse Auctore [a] *Salmâno Persa*: qui quidem jam antea Apostolo Dei... testationem testatus fuerat, (i. e. Islamismum professus erat.)

Porrò autem, dùm effoderetur Fossa, [b] in gratiam Prophetæ... patratorum ingens Miraculorum numerus apparuit. Et quidem 1°. illud quod tradit Gjâber: *Fossoribus*, inquit ille, *in fodiendo obvius fuit Silex magnus durissimus, seu Saxum ingens. Tunc jussit Propheta... aquam adferri, sorbensque ex ea rursùs in Silicem*

كان باشارة سلمان الفارسي وهو اول
مشهد شهده مع رسول الله صلعم
وظهرت للنبي صلعم في حفر
الخندق عدة معجزات منها
ما رواه جابر قال اشتدت عليهم
كدية اي صخرة فدعا النبي
صلعم بماء وتفل فيه ونضحه

a *Salmâno Persa.* Hunc innui volunt nonnulli Interpretes Al-Cor. Sur. 16. v. 103. ut qui Mohammedem in componendo Al-Corano juverit. ولقد نعلم انهم يقولون انما يعلمه بشر لسان الذي يلحدون اليه اعجمي وهذا لسان عربي مبين *Et quidem jam novimus illos* (Idololatras) *dicere*: *Utique docet eum HOMO.* (*Atqui*) *Lingua illius* (hominis,) *quem innuunt, est Agjemitica* (i. e. Persica;) *hæc autem Lingua*, (qua compositus est Al-Coranus,) *est Arabica perspicua* (elegans.) Ubi Beidhavius post varias conjecturas sic concludit: وقيل هو سلمان الفارسي *Alii dicunt*: Is erat *Salmân Persa.* Hujus hominis Proselyti apud Mohammedanos celeberrimi historiam narrat Ebn-Ishak ex Traditione, quæ ad ipsum *Salmânum* refertur accepta; in qua Cujas ipse fuerit, & quomodo ad Islamismum amplectendum perductus est, disertis verbis exponit: انه قال كنت رجلا فارسيا من اهل اصبهان وكان ابي دهقان قريته وكنت احب خلق الله اليه فبعثني يوما الي ضيعته فمررت بكنيسة من كنائس النصاري فسمعت اصواتهم وهم يصلون فدخلت اليهم انظر ما يصنعون فاعجبني حالهم ورغبت في امرهم ثم ذكر سلمان في حديث طويل وانه خرج من بلده الي الشام للقاء الرهبان فكان ينتقل من راهب الي راهب الي ان وصل الي راهب عمورية فحضرته الوفاة فقال له سلمان الي من توصي بي وبمن تامرني قال اي بني والله ما اعلمه اصبح احد علي مثل ما كنا عليه من الناس امرك به ان تاتيه ولكنه قد اظل زمان نبي هو مبعوث بدين ابراهيم يخرج بارض العرب مهاجره الي ارضين حرتين بينهما نخل به علامات لا تخفي ياكل الهدية ولا ياكل الصدقة بين كتفيه خاتم النبوة فان استطعت ان تلحق بتلك البلاد فافعل قال ثم مات وغيب Ego, *inquit* Salmân, homo sum natione *Persa*, civitate *Ispahânensis*: Pater meus erat Pagi sui *Dekân*, i. e. *Tribunus* sive *Præfectus*, (e Persico ده خان *Deh Chân*, i. e. Pagi Princeps.) Erga illum me creaturam Dei (i. e. morigerum & obedientem) præbere studebam. Cùm autem quodam die misisset me ad castellum suum, juxta Ecclesiam quandam *Christianorum* transiens, illos Precationem peragentes audivi: Mox ad eos ingressus, ut quidnam ibi agerent explorarem, admiratus sum illorum statum, eorumque conditionis summo desiderio flagravi. *Deinde* Salmân *prolixiorem sui historiam narravit, quæ sic habet*: *E patria sua egressus, ut Monachos conveniret, ab uno Monacho ad alterum circumeundo se contulit, donec tandem ad Monachum cœnobii dicti* Amûria *pervenit, qui quidem jam morti proximus erat. Dixit ei* Salmân: Quemnam me testamento tuo præcipis adire, aut cui me potissimum commendas? *Respondit ille*: O fili mi, Per Deum! quantum quidem ego novi, exortus est unus omninò similis ei, cui nos addicti sumus (Messiæ,) ex hominibus. Tuum est negotium, ut illum adeas; enimverò jam elapsum est tempus adventûs PROPHETÆ, qui mittendus est cum Religione *Ibrahimi*; & proditurus est in terra *Arabiæ*. Quisquis ad eum confugiet, oportet, ut ad duas * Terras lapidosas se recipiat: Inter utramque in eo signa fient, quæ latere minimè poterunt. Comedet munus, non autem comedet eleemosynam: Inter humeros ejus erit SIGILLUM Prophetiæ. Quod si igitur in illam regionem pervenire possis, ita facito. *Quæ postquam dixisset, è vivis excessit.* Deinde *Salmân* (post varios longi itineris casus, quos brevitatis causa omittimus,) è *Syria Medinam* veniens Mohammedem reperit adhuc in loco dicto *Kobâ*, commorantem: فسلمت عليه ثم استدرت انظر الي ظهره هل اري الخاتم الذي وصف لي صاحبي فلما راني رسول الله استدبرته عرف اني استثبت في شيء وصف لي فالقي رداءه عن ظهره فنظرت الي الخاتم فعرفته *Et salutavi eum*, pergit ille: *Deinde à tergo illius circuitum feci, si fortè viderem SIGILLUM illud, de quo me præmonuerat Doctor meus*, (Monachus prædictus.) *Ut autem Apostolus Dei... vidit me circa se obeuntem, statim intellexit, cujusnam rei cupidus essem. Constitit itaque mihi obversus, & pallium suum à tergo rejecit. Atque tunc clarè observans SIGILLUM, ipsum agnovi.* Hæc paulo fusiùs placuit afferre, quia hunc *Salmânum Persam* vir cl. Humphr. Prideaux vitæ Moham. p. 37. vult fuisse *Judæum*, eundemque, etiam similitudine quadam nominis deceptus, confundit cum famosissimo illo *Judæo Abdo'llaho Salâmi* filio, cujus extat Dialogus inter ipsum & Mohammedem in Editione Al-Corani per Bibliandrum; quemque Johannes Andræas sub nomine *Abdala Celen*, ait fuisse Mohammedis in componendo Al-Corano adjutorem. Quidquid sit ea de re, constat, tam ex supra dictis, quam ex historia istius *Abdo'llahi Judæi*, de quo alibi dicemus, duos fuisse homines Religione, & moribus planè diversos. Porrò *Salmân Persa*, referente Giannabio, يقال بلغ عمره الي ثلثماية سنة وعاش سنة اربع وثلاثين) *Fertur ætatem produxisse usque ad tercentum annos. Adhuc erat in vivis anno* (Hegjræ) 34. Lud. Marraccius, ex suis Auctoribus, annos 400. illi attribuit.

* *Meccæ & Medinæ* Territoria glareis & lapidis referta.

b *In gratiam Prophetæ.* Quibus scilicet probaretur veritas Prophetici ejus muneris; nam ut ait Ebn-Ishak: كانت في حفر الخندق احاديث فيها من الله تعالي عبرة في تصديق رسوله وتحقيق نبوته عاين ذلك المسلمون والمشركون *Circa effossionem Fossæ multiplices extant Traditiones, in quibus à Deo excelso argumenta prorsùs mirabilia de Apostoli ejus veracitate, & Prophetici ejusdem muneris certitudine exhibita sunt, quorum testes oculati fuere tam Moslemi, quam ipsi Idololatræ.*

expuendo

عليها وادهالت تحت المساحي

ومنها ان ابنت بشير بن سعد الانصاري وهي اخت النعمان بن بشير بعثتها امها تعليل تمر عذا ابيها بشير وخالها عبد الله بن رواحة فمرت برسول الله صلعم فدعا لها وقال هاتي ما معك يا بنية قالت فصببت ذلك التمر في كفي رسول الله صلعم فما امتلتا ثم دعا رسول الله صلعم بثوب وبدد ذلك التمر عليه ثم قال للانسان اصرخ في اهل الخندق ان هلموا الى الغدا فجعلوا ياكلون منه وجعل يزيد حتى صدر اهل الخندق عنه واده ليسقط من اطراف الثوب

ومنها ما رواه جابر قال كانت عندي شويهة غير سمينة فامرت امراتي ان تخبز قرص شعير وان تشوي تلك الشاة لرسول الله صلعم وكنا نعمل في الخندق نهارا وننصرف اذا امسينا فاذا انصرفنا من الخندق قلت يا رسول الله صنعت لك شويهة ومعها شيا من خبز الشعير وانا احب ان تنصرف الى منزلي فامر رسول الله صلعم من يصرخ في الناس ان انصرفوا مع رسول الله صلعم الى بيت جابر قال جابر فقلت انا لله وانا اليه راجعون وكان قصده ان مضي رسول الله وحده واقبل رسول الله صلعم والناس معه وفي منالة ذلك فبرك وسمي ثم اكل وتواردها الناس كلما صدر عنها قوم جاء ناس حتى صدر اهل الخندق عنها

وروى سلمان الفارسي قال كنت قريبا من رسول الله صلعم وانا اعمل في الخندق فتغلظ علي الموضع الذي كنت اعمل فيه فلما راى رسول الله صلعم شدة المكان اخذ المعول وضرب ضربة لمعت تحت المعول برقة ثم ضرب اخرى فلمعت

*expuendo diffudit*: *Et continuò* [a] *emollitum Saxum sub palis ferreis, & ligonibus effluxit.*

2°. Miraculum quod accidit circa filiam *Bashîri Sa'adi* filii, *Ansarii*, quæ quidem fuit Soror *Al-Noamâni* filii *Bashîri*: Hanc miserat mater ipsius ut colligeret Dactylos, quos quidem ficcaverat *Bashîr*, quosque adservabat *Abdo'llah Rawahæ* filius. Cumque illa juxta Apostolum Dei ... pertransiret; is eam ad se vocans dixit: *Quid tecum portas, o filia?* Quæ ubi quidnam rei erat, aperuisset, mox istos Dactylos in manus Apostoli Dei ... profudit; & quidem sponte, nihil reluctando. Tunc Apostolus Dei ... amplam vestem proferri jubens, hos Dactylos super illa sparsit. Deinde homini cuidam dixit: *Clama ad Fossores; Adeste ad prandium.* Cæperunt igitur comedere ex eis: Qui (Dactyli) interea in tantum numero augebantur, ut jam pleno pectore satiatis Fossoribus, adhuc extra oras vestimenti Dactyli deciderent.

3°. Miraculum, quod tradit oculatus testis *Gjâber*: Inquit ille: *Erat apud me ovicula minimè pinguis; & dixi uxori meæ, ut coqueret orbiculum panis hordeacei, & illam ovem assaret pro Apostolo Dei ... Eramus autem in* Fossa *interdiu labori incumbentes, & ubi advesperascebat, discedebamus. Cum itaque à* Fossa *discederemus, dixi:* O Apostole Dei, tibi oviculam apparavi; & simul cum eâ aliquid panis hodeacei: Quare amabo te, ut ad hospitium meum divertas. Tunc Apostolus Dei... Præconi jussit, *ut proclamaret*, diverterent homines cum Apostolo Dei ... ad domum *Gjâberi*. Inquit *Gjâber*: Dixi: *Nos Dei sumus; & nos ad illum reversuri sumus.* Intendebat autem, ut Apostolus Dei... solus ad se veniret. Accessit itaque Apostolus Dei ... sed & cum eo homines (quos ipsemet invitaverat.) verùm id proposito deliberato faciebat. Tum benedixit, & recitavit formulam; *In nomine Dei miseratoris misericordis.* Et comedit ipse; deinde accubuere homines (invitati;) & ubi ex eâ (ovilla) saturati sunt isti, alii successere; donec ex ea saturati sunt Fossores (universi.)

4°. Traditio *Salmâni Persæ*: Inquit ille: *Eram propè Apostolum Dei ... dumque operi incumberem, accidit, ut locus, in quo allaborabam, esset soli asperi & salebrosi. Vidensque Apostolus Dei ... soli duritiem, accepit malleum ferreum acuminatum, & percussit; quo ictu sub malleo resplenduit fulgur. Deinde secunda vice percussit, & alterum fulgur resplenduit. Tum tertia vice per-*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6220. A Nativitate Christi 635. Hegiræ 5. Ætatis Mohammedis 57. Æræ Christi Vulg. 626. Cœpit die 2 Junii, feria 2

[a] *Emollitum Saxum.* Priusquam hoc Miraculum patraret, dum aquam plenis buccis ore versabat, oratione mentali Deum invocavit, referente Ebn-Ishak, qui & Formulam, qua usus est posteritati consignavit: دم دعا بما شاء الله ان يدعوا به ثم نضح بذلك الماء تلك الكدية فيقول من حضرها فوالذي بعثني بالحق لانهالت حتى عادت كالكثيب ما ترد فاسا ولا مسحات *Tunc intra semetipsum precationem fudit, prout voluit Deus ut oraret. Mox ex illa aqua Silicem conspuens, simul hæc verba protulit*: Per illum, qui misit me, fiat, ut hic Silex adeo humorem imbibat, ut in arenam minutissimam, non adhibita bipenni aut ligone, sponte resolvatur.

Anno ab O. C. five à Lapfu Adami, fecundum Abu'l Fedam 6220.
A Nativitate Christi 635.
Hegjiræ 5.
Ætatis Mohammedis 57.
Æræ Christi Vulg. 626. Cœpit die 2 Junii, feria 2

*cussit, & adhuc alterum fulgur coruscavit. Hic Ego,* Heus tu, *inquam,* Esto mihi loco patris mei & matris meæ! *Quid est quod ita sub malleo resplenduit? Respondit ille:* Vidistine, *O Salmen? Imò vero, inquam. Tum ille,* Utique, *inquit,* primum fulgur denotat Deum *Al-Yemen,* (i. e. Arabiam felicem) mihi debellandam aperturum. Secundum autem fulgur præsagit Deum *Al-Sham* (i. e. *Syriam,*) & *Al-Mogreb,* (i. e. *Occidentem,* five *Africam,*) mihi debellandam aperturum. Tertium denique fulgur ominatur Deum *Al-Moshrek* (i. e. *Orientem,* five *Asiam* orientalem) debellandam mihi aperturum.

برقة اخرى ثم ضرب اخرى فبرقت برقة اخرى قال قلت بابي انت وامي ما هذا الذي يلمع تحت المعول فقال اراين ذلك يا سلمان فقلت نعم فقال اما الاول فان الله فتح علي بها اليمن واما الثانية فان الله فتح علي بها الشام والمغرب واما الثالثة فان الله فتح علي بها المشرق

Tandem *Fossam* perfecit Apostolus Dei... & protinus accesserunt *Koraishitæ* cum sua mixta turmarum colluvie, & iis qui ex *Kenanitis* eos sequebantur, numero decem millia hominum: Quibus accesserunt *Gatfânitæ* cum iis, qui illos comitabantur ex incolis Provinciæ *Nagjd.* Quoad filios *Koraidhæ,* quorum dux primarius erat *Ca'ab Asadi* filius; ii quidem erant fœdere conjuncti cum Propheta... At ille socios suos ex *Judæis* non desistit urgere, donec ipsi tandem fœdus violaverint, atque ad Turmas hostiles contra Apostolum Dei... desciverint. Et cœpit seriò cogitare de hoc negotio; siquidem gravissimum imminebat infortunium; adeo ut cœperint *Moslemi* [a] variis cogitationibus conturbari; jamque in apertam Rebellionem erumpebant. Quid? quod eo progressus est *Mo'atteb Kashri* filius insultando, ut diceret: [b] *Promittebat nobis Mohammed fore, ut* Kesræ, & Cæsaris *thesauros devoraremus. Et jam nobis instat dies, quo ipsemet de vita sua securus non est, adeo ut ad locum excrementorum* (Fossam, ubi venter exonerari solet,) *confugere coactus sit.*

وفرغ رسول الله صلعم من الخندق واقبلت قريش في احابيشها ومن تبعها من كنانة في عشرة الالف واقبلت غطفان ومن تبعها من اهل نجد وكان بنو قريظة وكبيرهم كعب بن اسد قد عاهدوا النبي صلعم فما زال عليهم اصحابهم من اليهود حتى نقضوا العهد وصاروا مع الاحزاب على رسول الله صلعم وفهم عند ذلك الخطب واشتد البلا حتى ظن المومنون كل الظن ونجم النفاق حتى قال معتب بن قشير كان محمد يعدنا ان ناكل كنوز كسرى وقيصر واحدنا اليوم لا يامن على نفسه ان يذهب الى الغايط

Et constiterunt Idololatræ dies aliquot supra viginti; quo toto tempore Apostolus Dei... eis ex adverso firmiter obsistebat; neque tamen prœlium intercessit, nisi quod sagittas utrinque jacularentur. Tandem prodiit *Amrû Abdûdi* filius ex posteris *Lowæ* filii *Gâlebi,* volens in arenam descendere. Tunc adversus eum in arenam descendit *Alì Abu-Tâlebi* filius, cui Deus sit propitius. Tunc dixit *Amrû: O fili fratris mei, per Deum!* quàm *libenter te interficiam!* Cui *Alî, Imo verò, per Deum!* inquit, *quanto lubentius te interficiam!*

واقام المشركون بضعا وعشرين ليلة ورسول الله صلعم مقابلهم وليس بينهم قتال غير المراماة بالنبل ثم خرج عمرو بن عبدود من ولد لوي بن غالب يريد المبارزة فبرز اليه علي بن ابي طالب رضي الله عنه فقال عمرو يا ابن اخي والله ما احب ان اقتلك فقال علي لكني والله احب ان اقتلك

a *Variis cogitationibus.* Scilicet contra Deum ipsum, à quo derelictos se, & hostium furori objectos putabant. Qua de re objurgat illos Deus in Al-Cor. Sur. 33. v. 10. ان جاوكم من فوقكم ومن اسفل منكم واذا زاغت الابصار وبلغت القلوب الحناجر وتظنون بالله الظنونا هنالك ابتلي المومنون وزلزلوا زلزالا شديدا *Quando venerunt ad vos* (Turmæ hostiles,) *à parte superiore vestrum. & à parte, quæ erat inferior vobis; & quando obtutus vestri oberrabant attoniti & corda vestra ad fauces-gutturis præ pavore pertingebant; & cogitabatis de Deo cogitationes: Ibi tentati sunt Fideles, & exagitati sunt agitatione vehementi.*

b *Promittebat.* Propter hoc etiam increpat illum Deus, aliosque Incredulos qui murmurabant, Sur. 33. v. 12 وان يقول المنافقون والذين في قلوبهم مرض ما وعدنا الله ورسوله الا غرورا *Et quando dicebant Increduli, & quorum in cordibus erat morbus:* Non promisit nobis Deus, & Apostolus ejus, nisi fallaciam.

فحمي عمرو عند ذلك ونزل عن فرسه فعقره واقبل الى علي فتجاولا وعلي عليهما الغبرة وسمع المسلمون التكبير فعلموا ان عليا قتله وانكشفت الغبرة وعلي على صدر عمرو يذبحه

Quibus auditis *Amrû* ira percitus ex equo deſcendit, cui cum pedes ſuccidiſſet; adversùs *Alîm* cucurrit. Tunc ambo acriter pugnando, mutua captantes latera, invicem obierunt; ingenſque pulveris globus ſuper eos excitatus eſt; adeò ut ſolummodò conflictûs ſonitum audirent *Moſlemi*; ac demum intellexerunt *Amrûum* ab *Alî* interfectum eſſe: Nam protinùs ſubſidente pulvere, viderunt *Alîm* pectori ejus inſiſtendo ipſum jugulantem.

Anno ab O. C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam *6220*. A Nativitate Chriſti *635*. Hegiræ 5. Ætatis Mohammedis 57. Anni Chriſti Vulg. [illegible] Cœpit [illegible] Junii, feria [illegible]

ثم ان الله تعالى اهب ريح الصبا كما قال الله عز وجل يا ايها الذين امنوا اذكروا نعمة الله عليكم اذ جاءتكم جنود فارسلنا عليهم ريحا وجنودا لم تروها وكان ذلك في ايام شاتية فجعلت تكفأ قدورهم وتطرح ابنيتهم وروى الله الاختلاف بينهم فرحلت قريش مع ابي سفيان وسمعت غطفان ما فعلت قريش فرحلوا راجعين الى بلادهم

Tunc Deus excelſus perflare fecit ventum ſubſolanum, quemadmodum ipſe ait Deus O. M. * *O vos qui credidiſtis, recordamini gratiæ Dei erga vos; quando venerunt Legiones adversum vos; & nos contra illas* [a] *ventum miſimus, & Legiones* (Angelorum,) *quas non videbatis.* Quod quidem hyberna tempeſtate contigit. Dumque ventus ollas eorum ſubverteret, & ædificia humi proſtraret, Deus inter illos diſſenſionem immiſit; Ac tandem *Koraiſhitæ* cum *Abu-Sofiâno* diſceſſerunt. Audientes etiam *Gatfânitæ* id quod agerent *Koraiſhitæ*, ipſi quoque caſtra moventes in regionem ſuam reverſi ſunt.

* Al-Coran Sur. 33. v. [illegible]

## CAP. XXXIX.

ذكر غزوة بني قريظة

*Bellum filiorum* Koraidhæ.

ولما اصبح رسول الله صلعم انصرف عن الخندق راجعا الى المدينة ووضع المسلمون السلاح فلما كان الظهر اتى جبريل رسول الله صلعم فقال لك الله يامرك بالمسير الى بني قريظة فامر رسول الله صلعم مناديا ينادي من كان سامعا مطيعا فلا يصلي العصر الا ببني قريظة وقدم رسول الله صلعم علي بن ابي طالب كرم الله وجهه برايته الى بني قريظة

MAne autem facto, Apoſtolus Dei . . . à Foſſa diſceſſit *Medinam* reverſurus. Et *Moſlemi* arma depoſuerunt. Cumque jam eſſet Meridies, venit Gabriel ad Apoſtolum Dei . . . dicens: *Tibi Deus* [b] *præcipit, ut vadas ad filios* Koraidhæ. Juſſit itaque Apoſtolus Dei . . . Præconi, ut proclamaret: *Quiſquis eſt obaudiens, & obediens, Precationem veſpertinam non fundat, niſi adversùs filios* Koraidhæ. Mox Apoſtolus Dei . . . ad *Alîm Abu-Tâlebi* filium, cujus faciem Deus honoret, ſe contulit, conſilium de expeditione contra filios *Koraidhæ*, cum eo communicaturus.

ثم نزل رسول الله صلعم على بئر من ابارهم وتلاحق الناس واتى قوم بعد العشاء الاخرة ولم يصلوا العصر لقول رسول الله صلعم لا يصلي احد العصر الا ببني قريظة فلم يذكر النبي صلعم عليهم ذلك

Deinde proficiſcens Apoſtolus Dei . . . ad quendam illorum *Puteum caſtra metatus eſt; ubi ſui alii poſt alios cum adſequuti ſunt; ex quibus nonnulli poſt ſeram veſperam pervenerunt; neque Precationem veſpertinam fuderunt eo modo, quo præceperat Apoſtolus Dei . . . ut nemo videlicet Precationem veſpertinam dirigeret niſi adversus filios *Koraidhæ*. Non tamen propterea illos objurgavit Propheta . . .

* Gjannabic dictum انا Dhâ Enâ, i. e. *Vas aquæ limpidæ*.

a *Ventum.* Hic ventus, quem Deus immiſit, erat الصبا *Eurus*, ſive ſubſolanus; de quo extat Traditio Ebn-Abbâſi: Aiebat Propheta . . . inquit ille نصرت بالصبا واهلكت عاد بالدبور *Victoriam reportavi favente* Euro; *ſed flante* Zephyro, (*ſeu* vento occidentali,) *ſuccubui*.

b *Præcipit.* Al-Bocharius in Libro *Sonnæ* Apparitionem hanc paulo aliter narrat ex Traditione ab Aieſha accepta: عن عايشة قالت لما رجع النبي صلعم من الخندق ووضع السلاح واغتسل اتاه جبريل فقال قد وضعت السلاح والله ما وضعناه اخرج اليهم قال فالى اين قال هاهنا واشار بيده الى بني قريظة فخرج النبي اليهم Ex Aieſha. *Inquiebat illa*: Poſtquam à Foſſâ regreſſus eſſet Propheta . . . & arma depoſuiſſet, ſeque abluiſſet, venit ad eum *Gabriel* dicens: *An arma jam depoſuiſti? At verò nos nondum illa depoſuimus: Prodi ad illos. Ad quos*, inquit ille? Tum Gabriel manu extenſa commonſtrans Filios Koraidhæ, *Illuc*, ait. Prodiit itaque ad illos Propheta . . . Rem adhuc ornatiùs deſcribit Gjannabius, ut ſuo loco videbimus.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6220.
A Nativitate Christi 635.
Hegjræ 5.
Ætatis Mohammedis 57.
Æræ Christi Vulg. 626. Cœpit die 2. Junii, feria 2.

* V. supra p. 61.
† De quo v. supra p. 41. & 42.

Obsedit autem filios *Koraïdhæ* dies viginti quinque; ac tandem in corda eorum Deus [a] pavorem immisit. Quare tam longæ obsidionis molestia pertæsi ad arbitrium Apostoli Dei ... [b] in deditionem venerunt. Erant autem *Awsitarum* confœderati: Rogaverunt igitur *Awsitæ* Apostolum Dei ... ut illos dimitteret, quemadmodum filios *Kaïnoka'i Chazregjitarum* confederatos rogatu * *Abdo'llahi Abu-Solûli* Increduli dimiserat. Respondit Apostolus Dei ... *At enim volunt*, *ut* † Sa'ad Mo'âdhi *filius judicium de ipsis pronunciet*. Atqui *Sa'ad* erat *Awsitarum* princeps. Dixerunt itaque: *Etiam*. putantes scilicet eum ipsos dimitti judicaturum.

Quare jussit *Sa'adum* arcessi. Is autem vulnus acceperat in prælio Fossæ, quo vena ipsi secta fuerat. *Awsitæ* itaque *Sa'adum* asino impositum in cervicali coriaceo reclinantem sub axillis sustinentes apportarunt; erat enim vir corpulentus. Atque hoc modo eum coram Apostolo Dei ... stiterunt. Tunc dixerunt Sa'ado: *O Pater Amrûi*, *bonus esto erga fœderatos & amicos tuos*. Dixit autem Apostolus Dei ... *Adstate coram principe vestro*. Quibus auditis *Mohâgerii*, (i. e. Fugæ comites,) aiebant: *Utique Apostolus Dei ... innuit Ansarios*. *Ansarii* vero aiebant: *Imò his verbis in communi* Mosllemos *alloquitur*. Et dixerunt: *O pater Amrûi*, *profectò Apostolus Dei ... te judicem constituit fœderatorum & amicorum tuorum*. Pronuncians igitur *Sa'ad* dixit: *Ego judico viros interfici*, *& facultates dividi*; *parvulos autem & fœminas in captivitatem abduci*. Hìc Propheta exclamans ait: *Profectò tu judicasti illos judicio*

وحاصر بني قريظة خمسة وعشرين ليلة وقذف الله في قلوبهم الرعب ولما اشتد بهم الحصار نزلوا علي حكم رسول الله صلعم وكانوا حلفاء الاوس فسالوا الاوس رسول الله صلعم في اطلاقهم كما اطلق بني قينقاع حلفاء الخزرج بسوال عبد الله ابن ابي سلول المنافق فقال رسول الله صلعم الا ترضون ان يحكم فيهم سعد بن معاذ وهو سيد الاوس فقالوا بلي ظنا منهم ان يحكم باطلاقهم

فامر باحضار سعد وكان به جرح في اكحلة من الخندق فحملت الاوس سعدا علي حمار قد وطاءوا له عليه بوسادة وكان رجلا جسيما ثم اقبلوا به الي رسول الله صلعم وهم يقولون لسعد يا ابا عمرو احسن الي مواليك فقال رسول الله صلعم قاموا الي سيدكم والمهاجرون يقولون انما اراد رسول الله صلعم الانصار والانصار يقولون قد عم بها رسول الله صلعم المسلمين فقاموا اليه وقالوا يا ابا عمرو ان رسول الله صلعم قد حكمك في مواليك وقال سعد احكم فيه ان يقتل الرجال ويقسم الاموال وتسبي الذراري والنساء فقال النبي صلعم لقد حكمت

b *Pavorem*. Ita expressis verbis habetur Al-Cor. Sur. 33. v. 26. وانزل الذين ظاهروهم من اهل الكتاب من صياصيهم وقذف في قلوبهم الرعب *Et descendere fecit eos, qui adjuraverant illos, è populo Libri* (Judæos Koraïdhitas) *è castellis suis, & immisit in corda eorum pavorem*. Qui pavorem hunc *Koraïdhitis* incussit fuit ipse *Gabriel* Angelus, sub forma *Dabiæ Cholaïfæ* filii, unius e comitibus Mohammedis, referente Ebn-Ishak: ولما فرغ رسول الله صلعم من امر الاحزاب اقبل الي بني قريظة فمر بنفر من اصحابه بالصورين قبل ان يصل الي بني قريظة فقال هل مر بكم احد فقالوا يا رسول الله قد مر بنا دحية ابن خليفة الكلبي علي بغلة بيضاء عليها رحالة وعليها قطيفة ديباج فقال رسول الله صلعم ذلك جبريل بعث الي بني قريظة يزلزل بهم حصونهم ويقذف الرعب في قلوبهم *Confecto Belli* Nationum *negotio*, *Apostolus Dei ... adversùs* Koraidhitas *contendit*. *Cumque juxta suorum turmam per agros palmis consitos transiret*, *priusquam ad* Koraïdhitas *pervenisset*: An, *inquit*, juxta vos aliquis prætergressus est? *Responderunt*: O Apostole Dei, juxta nos jam præterüt *Dabia Cholaïfæ* filius, *Al-Calbita*, Mula alba vectus ephippio instructa, strato holoserico adornata. *Tunc dixit Apostolus Dei ...* Is est GABRIEL, *qui ad* Koraidhitas *missus fuit*, *ad concutienda cum illis munimenta ipsorum*, *& pavorem in corda eorum immittendum*.

a *In deditionem venerunt*. Pessimo sane consilio, quod quidem dedit eis *Ca'ab Asadi* filius, صاحب عقدهم *Socius fœderis illorum*. Is enim, rebus jam desperatis, hanc ad illos concionem habuit: يا معشر يهود قد نزل بكم من الامر ما ترون اني اعرض عليكم امرا فقالوا ما هو قال نتابع هذا الرجل ونصدقه فوالله لقد تبين لكم انه لنبي مرسل وانه الذي تجدونه في كتابكم فتامنون علي دمايكم واموالكم واولادكم ونسايكم فقالوا لا نفارق حكم التورية ثم نزلوا علي حكم رسول الله صلعم *O cœtus* Judæorum, *videtis ad quas angustias redacta est conditio vestra*: *Quare ego vobis rem proponam*. Dixerunt: *Quænam hæc est? Nempe*, inquit ille, *ut hominem istum sequamur*; *atque illum veracem agnoscamus*: *Enimvero*, *Per Deum! jam vobis manifestum est ipsum esse* PROPHETAM, *qui mittendus erat*, *eumque esse*, *quem in Scripturis vestris prædictum reperitis*: *Tantummodo securitatem postulate pro vobismetipsis*, *pro opibus vestris*, *pro liberis*, *& uxoribus vestris*: Responderunt: *Nequaquam oraculo Legis nostræ amplius repugnabimus*. Atque ita ad Apostoli Dei ... arbitrium in deditionem venerunt.

*Dei*

فيهم بحكم الله تعالي من فوق سبعة
ارقعة ثم رجع رسول الله صلعم الي
المدينة وحبس بني قريظة في بعض
دور الانصار وامر فحفر لهم خنادق
ثم بعث بهم فضرب اعناقهم في تلك
الخنادق وكانوا سبعماية رجل يزيدون
او ينقصون عنها قليلا

ثم قسم رسول الله صلعم سبايا
بني قريظة فاخرج الخمس واصطفي
لنفسه ريحانة بنت عمرو وكانت في
ملكه حتي مات

ولما انقضي امر بني قريظة انفجر
جرح سعد بن معاذ فمات رضي
الله عنه

وجميع من استشهد من المسلمين
في حرب الخندق ستة نفر منهم سعد
بن معاذ مات بعد حرب بني قريظة
علي ما وصفناه

وكان سعد بن معاذ لما جرح علي
الخندق قد سال الله تعالي ان لا
يميته حتي يجزوا بني قريظة لغدرهم
رسول الله صلعم فاندمل جرحه حتي
فرغ من عرو بني قريظة كما سال الله
تعالي ثم انتقض جرحه ومات رحمه الله
تعالي وفي حرب بني قريظة لم يستشهد
غير رجل واحد وكان غزوة بني قريظة
في ذي القعدة سنة خمس واقام رسول
الله صلعم بالمدينة حتي خرجت السنة

*Dei excelsi de summo septem cœlorum vertice delapso.* Quibus ita peractis Apostolus Dei... *Medinam* reversus Filios *Koraidhæ* compedibus vinctos in quibusdam *Ansariorum* domibus conclusit, eisque foveas effodi jussit. Tum misit qui [a] colla eorum in istis foveis percuteret. Eorum numerus fuit septingentorum virorum, uti quidem volunt; at saltem ab eo numero parùm aberant.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6220. A Nativitate Christi 635. Hegjræ 5. Ætatis Mohammedis 57. Æræ Christi Vulg. 626. Cœpit die 2 Junii, feria 2.

Deinde Apostolus Dei... captivos filiorum *Koraïdhæ* divisit, postquam partem quintam sibi seposuit: sibique ipsi [b] *Rîhânam Amrûi* filiam delegit, quæ quidem in possessione ejus mansit usque dum mortuus est.

Postquam autem finitum est negotium Filiorum *Koraidhæ*, vulnus *Sa'adi Mo'âdhi* filii, profluente è vena sanguine, recruduit, quo ille mortuus est, cui Deus sit propitius.

Porrò omnes, qui ex *Moslemis* in Prælio *Fossæ* martyrio coronati sunt, fuerunt sex; e quorum numero fuit *Sa'ad Mo'âdhi* filius: Mortuusque est post Bellum Filiorum *Koraidhæ*, uti mox narravimus.

*Sa'ad* autem *Mo'âdhi* filius, ubi ad *Fossam* vulneratus est, supplex Deum excelsum oraverat, ne se mori juberet, quoadusque filii *Koraidhæ* perfidiæ suæ pœnas luerint Apostolo Dei... Et cicatrice obductum fuit vulnus ejus, donec completa esset punitio *Koraidhitarum*, quemadmodum Deum excelsum rogaverat: Et tum recrudescente vulnere mortuus est, cui Deus sit propitius. In bello filiorum *Koraidhæ* [c] unus vir duntaxat martyr occubuit. Bellum contra *Koraidhitas* gestum fuit mense *Dhû'l-Ka'ada* anni (Hegjræ) quinti. Et Apostolus Dei... *Medinæ* substitit usque ad finem hujus anni.

a *Colla... percuteret.* Legem Al-Corani, qua hoc supplicii genus adversariis Dei & Apostoli ejus infligendum decernitur, supra retulimus p. 60. Hanc *Judæorum Koraidhitarum* lanienam, & simul fœminarum liberorumque captivitatem, nec non omnium possessionum ipsorum direptionem memorat Deus, & approbat Al-Cor. Sur. 33. v. 26. his verbis: فريقا تقتلون وتاسرون فريقا واورثكم ارضهم وديارهم واموالهم وارضا لم تطاوها وكان الله علي كل شيء قديرا *Partem occidistis, & partem captivam fecistis; & hæreditare vos fecit* (Deus) *terram eorum, & habitacula eorum, & facultates eorum, & terram, quam nunquam calcaveratis: Nam est Deus in omnem rem Potens.* Hos inter fuerunt, inquit Ebn-Ishak, عدو الله حيي ابن اخطب وكعب بن اسد راس القوم *Inimicus Dei* Haia Achtabi *filius, &* Ca'ab Asadi *filius, princeps populi.* Quorum primus consilium dederat *Nadhîritis* Mohammedem lapidibus obruendi, de quo supra pag. 71. Alter verò *Koraïdhitis* deditionis faciendæ auctor fuerat.

b *Rîhânam.* Hanc laudat Gjannabius tanquam الكريمة نسايهم *præstantissimam mulierum* Koraidhitarum. Ejus conversionem ad Islamismum sic narrat Ebn-Ishak: فعرض عليها الاسلام فامتنعت فعزلها صلعم ووجد في نفسه لذلك من امرها فبينما هو مع اصحابه اذ سمع وقع نعلين خلفه فقال ان هذا لثعلبة بن سعية يبشرني باسلام ريحانة فجاءه فقال يا رسول الله قد اسلمت ريحانة فسره ذلك من امرها *Proposuit ei* (Mohammed,) *ut Islamismum amplecteretur: At illa recusavit ita facere: Quare cum illius præsentem dispositionem animo perciperet, ab ea per aliquod tempus secessit. Postea verò dùm ipse inter socios suos conversaretur, ecce à tergo audivit calceorum strepitum; & dixit:* Hic est incessus *Tha'albæ Sa'idi* filii, qui *Rîhânæ* conversionis bonum affert nuncium. *Et revera ille accessit dicens:* O Apostole Dei, Islamismum modò professa est *Rîhâna*. *Quo audito, ipse admodum gavisus fuit.*

c *Unus vir.* Is fuit, referente Ebn-Ishâk: ابو سنان بن محصن طرحت عليه رحي ومات فدفن في مقبرة قريظة Abu-Sonân Mahsani *filius, super quem conjectus fuit lapis molaris, quo ictu mortuus est, & sepultus fuit in cœmeterio Filiorum* Koraidhæ.

Anno ab O.C. five a Lapfu Adami, fecundum Abu'l-Fedam 6221.
A Nativitate Chrifti 636.
Hegjræ 6.
Ætatis Mohammedis 58.
Æræ Chrifti Vulg. 627 Capit die 23 Maii, feria 7

Tum cœpit annus SEXTUS (Hegjræ.)

ثم دخلت سنة ست

## CAP. XL.

### *Bellum Filiorum* Lahiân.

ذكر غزوة بني لحيان

HOC anno profectus eft Apoftolus Dei... contra filios *Lahiân*, ut ab eis damnum repeteret, quod *Ragji'enfibus* intulerant: At illi in jugis montium fe munierant. Quare *Osfânum* perrexit, ut terrorem *Meccenfibus* incuteret: Inde *Medinam* revertitur.

فيها خرج رسول الله صلعم الي بني لحيان طلبا بثار اهل الرجيع فتحصنوا برؤس الجبل فنزل عسفان نحو دفعا لاهل مكة ثم رجع الي المدينة

## CAP. XLI.

Gjannabio, aliisque Bellum *Al-Gâbatenfe*.

### *Bellum* Dhû-Kardenfe.

ذكر غزوة ذي قرد

VIX paucos dies fubftitit *Medinæ* Apoftolus Dei... Cum *Ofna Hafani* filius, *Al-Farârita*, in camelorum greges Apoftoli Dei... qui erant in agro *Gâbatenfi*, incurfionem fecit. Quare egreffus Apoftolus Dei.... feria quarta *Dhû-Kardum* pervenit die quarto menfis *Rabî'i* prioris; & aliquot camelis recuperatis *Medinam* revertitur. Abfentia ejus fuit quinque dierum: *Dhû-Kard* autem eft locus bidui itinere ab *Medinâ* diffitus, quo *Chaïbarum* itur.

ثم اقام رسول الله صلعم بالمدينة اياما فاغار عيينة بن حصن الفزاري علي لقاح رسول الله صلعم وهي بالغابة فخرج رسول الله صلعم يوم الاربعاء حتي وصل الي ذي قرد لاربع خلون من ربيع الاول فاستنقذ بعضها وعاد الي المدينة وكانت غيبته خمس ليال وذو قرد موضع علي ليلتين من المدينة علي طريق خيبر

## CAP. XLII.

### *Bellum Filiorum* [a] Al-Moftaleki.

ذكر غزوة بني المصطلق

MEnfe *Shaabân* hujus anni, videlicet (Hegjræ) fexti, vel, juxta alios, quinti, geftum fuit hoc bellum. Dux erat Filiorum *Al-Moftaleki Al-Hâreth Abu-Dharâri* filius. Obviam factus eft eis Apoftolus Dei... ad Aquam illorum, nomine [b] *Al-Moraifi'* ubi commiffum eft prælium. Et [c] Deus in fugam convertit Filios *Al-Moftaleki*: cæfi captique funt, & opes direptæ.

وكانت في شعبان من هذه السنة اعني سنة ست وقيل سنة خمس وكان قايد بني المصطلق الحارث بن ابي ضرار ولقيهم رسول الله صلعم علي ماء لهم يقال له المريسيع واقتتلوا فهزم الله بني المصطلق فقتل وسبي وغنم الاموال

a *Al-Moftaleki.* Is fuit, tefte Abu'l-Feda cap. de Filiis *Cahlâni*, & pater Tribûs *Arabum* à بني خزاعة *Chozaitis* oriundæ. Caufam hujus Belli aliam non affignant hiftorici, nifi quod Mohammed illos unanimi confenfu adversùm fe bellum parare audierat.

b *Al-Moraifi'.* المريسع (pro quo in Golii Lexico fcribitur المرتسيع *Al-Mortafi'*,) quafi dicas Puteum, in quo aqua pertingit ad tarfum, feu articulum tibiæ equorum: Sita eft hæc Aqua, fecundum Gjannabium, in ناحية قديد الي الساحل *Tractu* Kodaidenfi *ad oram maritimam.* Kodaid *autem Al-Edrifio à mari diftat* 5. *Miliaria, & ab* Osfâno 24. *M.*

c *Deus in fugam convertit.* Non fine Miraculo parta fuit hæc Victoria. Tradit *Al-Naifaburienfis* ex *Al-Wikedio*, qui Traditionem ad *Gjovairam* ipfam, filiam *Al-Hârethi* hoftium ducis, acceptam refert his verbis: قالت اتانا النبي صلعم ونحن علي المريسيع فاسمع ابي يقول اتانا ما لا قبل لنا به قالت فكنت اري من الناس والخيل والسلاح ما لا اصف من الكثرة فلما رجعنا واسلمت وتزوجني رسول الله صلعم جعلت انظر الي المسلمين فليسوا كما كنت اري فعرفت انه رعب من الله عز وجل يلقيه في قلوب المشركين Occurrit nobis, *inquiebat illa*, Propheta... cum jam caftra metati effemus juxta (puteum) *Al-Moraifi'*: Ibique audivi patrem meum dicentem: *Evenit nobis id quod nufquam antea*, (nempe ingens pavor.) Ego verò, *pergit illa*, tantam hominum, equorum, armorumque multitudinem vidi, ut illam non poffim defcribere. Poftquam autem reverfi fumus (à prælio,) atque Ego Iflamifmum profeffa fui, meque uxorem duxit Apoftolus Dei... cœpi Moflemos attentius contemplari: At illi nequaquam tanti numero erant, ac eofdem antea videram: Quare intellexi totum hoc tribuendum effe terrori, quem Deus potens, & gloriofus in corda Idololatrarum incufferat. *Et revera*, inquit idem Auctor: كان رجل منهم قد اسلم وحسن اسلامه يقول لقد كنا

E

ووقعت جويرة بنت قايدهم الحارث
بن ابي ضرار في سهم ثابت بن
قيس فكتابته علي نفسها فادي
عنها رسول الله صلعم كتابتها
وتزوجها فقال الناس اصهار
رسول الله صلعم فاعتق بتزويجه
اياها مائة اهل بيت من بني
المصطلق وكانت عظمة البركة
علي قومها

E Captivis *Gjowaira* filia Ducis illorum [a] *Al-Hârethi Abu-Dharâri* filii, in fortem *Thâbeti Kaisi* filii, cecidit; cui illa suæ redemptionis pretium persoluturam se scripto promisit: At ipse pro ea Apostolus Dei... pretium exolvit, atque illam uxorem duxit. Tunc dixerunt homines: *Jam illi affinitate propinqui sunt Apostolo Dei*... Quare in gratiam istius matrimonii ex Filiis *Al-Mostaleki* centum Patres-familias in libertatem dimisere: Ac proinde in populum ejus derivata est magna benedictio.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6221. A Nativitate Christi 636. Hegjræ 6. Ætatis Mohammedis 58. Æra Christi Vulg. 627 Cœpit die 23 Maii, feria 7.

وفي هذه الغزوة قتل رجل من
الانصار رجلا من المسلمين خطاء
وظنه كافرا وكان المقتول من
بني لبث بن بكر واسمه هشام
وكان اخوه مقيس مشركا فلما
بلغه قتل اخيه خطاء قدم من مكة
مظهر الاسلام وانه يطلب دية اخيه
فامر له رسول الله صلعم بها واقام
عند رسول الله صلعم غير كثير ثم
عدا علي قاتل اخيه فقتله ثم رجع الي
مكة مرتدا وقال من ابيات لعنة الله
حللت به وترى وادركت ثوري وكنت
الي الاوثان اول راجع وهو ممن اهدر
النبي صلعم دمه يوم فتح مكة

In eodem bello vir quidam *Ansarius* occidit unum ex *Moslemis*, & quidem per errorem putans illum esse Infidelem: Erat autem oriundus ex filiis *Laïthi* filii *Becri*: ei nomen fuit *Heshâm*. Hujus frater nomine *Mekîas* erat Idololatra. Is, de cæde fratris sui per errorem facta nuncio accepto, *Meccam* venit Islamismum se amplecti simulans; tum sanguinis fratris sui pretium repetiit. [b] Jussitque Apostolus Dei... persolvi. Cumque haud multo tempore apud Apostolum Dei... hæsisset, de improviso fratris sui interfectorem adortus occidit. Et *Meccam* reversus, Islamismum ejuravit. Dixitque: *De domibus cœlestibus maledicat ei Deus, ultionem sumpsi ab eo, vide jam, Talionis vindictam adsequutus sum. Et nunc ad Idola primus revertor.* Is autem unus fuit ex eis, quorum Propheta sanguinem fudit die expugnationis *Meccæ*.

وفي هذه الغزوة ازدحم جهجاه
الغفاري اجير عمر بن الخطاب
رضي الله عنه وسنان الجهني
حليف الانصار علي الماء ويقاتلا
فصرخ الغفاري يامعشر المهاجرين
وصرخ الجهني يا معشر الانصار
فغضب عبد الله بن ابي سلول
المنافق وعنده رهط من قومه
فيه زيد بن ارقم فقال عبد

In eodem bello, compressere invicem ad aquam *Gjahgja Al-Gafârita* Mercenarius *Omari Al-Chettâbi* filii, cui Deus sit propitius, & *Sonân Al-Gjahanita Ansariorum* confœderatus. Inde exorta rixa ambo singulari certamine pugnarunt. Et exclamans *Al-Gafârita* ait *O cœtus* Mohâgjeriorum. Et vicissim exclamavit *Al-Gjahanita*: *O cœtus* Ansariorum. Audiens autem *Abdo'llah Abu-Solûli* filius, Incredulus, ira vehementi exarsit. Is habebat juxta se quosdam familiares è popularibus suis, inter quos erat *Zaid Orkami* filius. Tunc *Ab-*

ترى رجالا بيضا علي خيل بلق ما كنا نرا لهم قبل ولا بعد وكان النبي صلعم امر
اصحابه ان يحملوا عليهم فحملوا حملة رجل واحد فما افلت منهم انسان وقتل منهم
عشرة واسر سايرهم وسبى صلعم النساء والذرية والنعم والشاة وما قتل من المسلمين الا
رجل واحد *Vir quidam ex illis* (Idololatris,) *qui quidem Islamismum amplexus est, & bonum se* Moslemum *probavit, rem ita narrabat*: Vidimus hominem albis indutum, equo albo nigroque colore variegato vectum, qualem nusquam antea videramus, neque posthac vidimus: Atque tunc Propheta... suis jussit, ut in hostes impetum facerent. Mox illi tanta vi irruerunt, ut ne unus quidem evaserit: Occisi fuerunt decem, cæteri capti. Et in captivitatem abduxit Propheta... mulieres, & parvulos, & armenta, & oves. Ex *Moslemis* autem vir unus duntaxat occisus fuit. Is erat *Heshâm Al-Laithita*, quem *Ansarius* quidam per errorem occidit, putans eum esse Infidelem, cujus historiam infra refert Auctor noster.

a *Al-Hârethi*. Is, referente Gjannabio, jam ante conflictum, dum Mohammedis vires exploraturus propiùs accederet, occisus fuerat. Verùm sui, quamvis Duce destituti, prælium nihilominus commiserunt.

b *Jussitque... persolvi*. Atque hoc secundùm expressam Legem, quæ habetur Al-Coran. Surat. 4. v. 91. وما كان لمومن ان يقتل مومنا الا خطا ومن قتل مومنا خطا فتحرير رقبة مومنة ودية مسلمة الي اهله الا ان يصدقوا *Non est licitum Fideli occidere Fidelem, nisi id accidat per errorem: Qui autem occiderit Fidelem per errorem, debetur liberari à servitute cervix fidelis; tum etiam persolvenda est mulcta pro effuso sanguine familiæ ejus* (qui occisus est;) *nisi illi condonaverint.* Mulctam ex præscripto Sonnæ ait Gelalo'ddinus esse من الابل مائة *centum camelos.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6221. A Nativitate Christi 636. Hegiræ 6. Ætatis Mohammedis 58. Æræ Christi Vulg. 627. Cœpit die 23 Maii, feria 7.

*do'llah* Incredulus dixit: *Nunc quidem prævalent nobis in regione nostrâ. At enim, si quando* Medinam *revertimur, futurum est, ut præstantior inde ejiciat viliorem.* Tum ad eos conversus, qui de populo suo præsentes aderant; *Id quidem*, inquit, *quod jam sponte facitis, eo tendit, ut illis regionem vestram ipsimet prodatis, eisque opes vestras distribuatis: Sin econtra id, quod in vestra possessione est, firmiter retineatis, proculdubio iis superiores evasuri estis.* Quæ verba *Zaid Orkami* filius Prophetæ... statim renunciavit. Ibi tum forte aderat *Omar Al-Chettâbi* filius, cui Deus sit propitius; qui ait: O Apostole Dei, *jubeto* Abdo'llaho Bashîri *filio, ut istum hominem protinùs interficiat.* Respondit Propheta: *Quomodo confabulaturi sunt homines? Licitumne est Mohammedi, ut comites suos ipsemet morte afficiat.* Tunc proficiscendi mandatum dedit eo tempore, quo ipse proficisci nondum statuerat, ut sine arbitris esset. Hic adiens illum *Osaïd Hosaïni* filius, *O Apostole Dei*, inquit, *cessas ea hora qua minimè cessandum est.* Cui ille, *An fando rumor ad te pervenit ejus quod dixit* Abdo'llah Abu-Solûli *filius? Quidnam autem*, inquit, *dixit ille?* Cumque Apostolus Dei ... sermonem illius recitasset. *Imò verò*, inquit Osaïd, *per Deum! istum hominem facile expelles, si ita volueris: Tu enim præstantissimus es, ille autem vilissimus.* Cujus patris sermonis rumor ubi ad filium *Abdo'llahi* Increduli perlatus esset, huic nomen quoque *Abdo'llah* erat, qui jam Islamismum bona fide amplexus fuerat; dixit: *O Apostole Dei, ad me fama pervenit te velle parentem meum capitali supplicio damnare. Quod si ita fert voluntas, ut facias, jubeto mihi, & ego protinùs ad te afferam caput ejus.* Respondit Apostolus Dei... *Quinimò benignus esto erga illum, & æqui bonique societatis & amicitiæ gratia consule.*

الله المنافق لئن فعلوها قد نافرونا
في بلادنا اما والله لئن رجعنا
الي المدينة ليخرجن الاعز منها الاذل
ثم قال لمن حضر من قومه هذا
ما فعلتم بانفسكم احللتموهم بلادكم
وقاسمتموهم اموالكم ولو امسكتم
عنهم ما بايديكم لتحولوا عنكم
فاخبر زيد بن ارقم النبي صلعم
بذلك وعنده عمر بن الخطاب رضي
الله عنه فقال يا رسول الله مر به
عبد الله بن بشير فليقتله فقال
النبي صلعم كيف تحدث الناس
اذن ان محمدا يقتل اصحابه ثم
امر بالرحيل في وقت لم يكن
ليرحل فيه ليقطع ما الناس فيه فلقيه
اسيد بن حضير وقال يا رسول
الله رحت في ساعة لم تكن لتروح
فيها فقال اوما بلغك ما قاله عبد
الله بن ابي سلول فقال وما ذا
قال فاخبره رسول الله صلعم بمقالته
فقال اسيد انت والله تخرجه ان
شيت انت العز وهو الذليل وبلغ
عبد الله المنافق واسمه ايضا عبد الله
وكان حسن الاسلام مقالة ابيه فقال
يا رسول الله بلغني انك تريد قتل
ابي فان كنت فاعلا فمرني فانا
احمل اليك راسه فقال رسول الله
صلعم بل ترفق به وتحسن صحبته

## CAP. XLIII.

### *Historia* [a] *falsæ Accusationis* (*contra* Aïesham.)

### ذكر قصة الافك

CUM autem ab eo bello reverteretur Apostolus Dei... atque in via quadam esset, falsi accusatores dixerunt id quod dixerunt: Ii erant *Mestah* filius *Athâthæ* filii *Abbâdi*, filii *Abdo'l-Mottallebi*, & ipse filius materteræ

فلما رجع رسول الله صلعم من هذه
الغزوة وكان ببعض الطريق قال اهل
الافك ما قالوا وهم مسطح بن اثاثة بن
عباد بن عبد المطلب وهو ابن خالة

a *Falsæ accusationis.* Historia hæc, sub Titulo الحديث *Al-Hadith*, seu *Traditionis*, fusissimè describitur ab Al-Bochario in *Sonna*; unde omnes Historici & Al-Corani commentatores desumpserunt. Quia verò Abu'l-Feda noster eandem brevius attigit, juvat ad majorem ejus intelligentiam, ea quæ necessaria videbuntur, ex ipsa *Sonna* decerpere. Sic igitur Al-Bocharius: قالت عايشة زوج النبي صلعم وام المومنين
كان رسول الله صلعم اذا اراد سفرا اقرع بين ازواجه وايهن خرج سهمها خرج بها
رسول الله صلعم معه قالت عايشة فاقرع بيننا في غزوة غزاها فخرج فيها سهمي فخرجت
مع رسول الله صلعم بعد ما انزل الحجاب فكنت احمل في هودجي وانزل فيه فسرنا
حتي اذا فرغ رسول الله صلعم من غزوته تلك فقفل دنونا من المدينة قافلين اذن
ليلة بالرحيل فقمت حين اذنوا بالرحيل فمشيت حتي جاوزت الجيش فلما قضيت
شاني اقبلت الي رحلي فلمست صدري فاذا عقد لي من جزع ظفار قد انقطع فرجعت

Abu-

ابي بكر وحسان بن ثابت وعبد
الله بن ابى بن سلول الخزرجي
المنافق وام حسنة ابنة جحش فرموا
عايشة بالافك مع صفوان بن
المعطل وكان صاحب الساقة فلما
نزلت براءتها جلدهم رسول الله صلعم
ثمانين ثمانين الا عبد الله بن
ابي فانه لم يجلده من الاشراف
المسعودي

وفي هذه الغزاة اعني
غزاة المصطلق نزلت اية
التيمم

*Abu-Becri*: & *Hassân Thâbeti* filius, & *Abdo'llah* filius *Obbæ*, filii *Solûli Al-Chazregitæ* Increduli, & *Omm Hasna Hagjashi* filia: Et conviciis prosequuti sunt *Aiesham* falsò dicentes illam adulterium commisisse cum *Safwâno Al-Mo'atteli* filio, qui quidem postremæ exercitûs aciei præerat. Cùm autem cœlitùs demissa esset [a] Justificatio ejus, unumquemque illorum flagellari jussit Apostolus Dei ... octoginta plagis, excepto *Abdo'llaho* filio *Obbæ*, (filii *Solûli*,) qui virgis non fuit cæsus, Auctore *Al-Mas'ûdio*, in libro *Al-Ashrâk*, (i. e. Claritatis.)

Anno ab O.C sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6221.
A Nativitate Christi 636.
Hegjræ 6.
Ætatis Mohammedis 58.
Æræ Christ. Vulg. 627. Cœpit die 23. Maii. feria 7.

Tempore hujus Belli, videlicet *Al-Mostalekensis*, cœlitùs demissus fuit versiculus præcipiens [b] *Al-Taiamom* (i.e. defricationem sordium cum arena.)

فالتمست عقدي فحبسني ابتغاوه واقبل الرهط الذين كانوا يرحلون بي فاحتملوا هودجي فرحلوه على بعيري الذي كنت اركب عليه وهم يحسبون اني فيه وكان النساء اذ ذاك خفافا لم يهبلن ولم يغشهن اللحم انما ياكلن العلقة من الطعام فلم يستنكر القوم خفة الهودج حين رفعوه وحملوه وكنت جارية حديثة السن فبعثوا الجمل فساروا ووجدت عقدي بعدما استمر الجيش وجئت منازلهم وليس بها منهم داع ولا مجيب فتيممت منزلي الذي كنت به وظننت انهم سيفقدونني فيرجعون الي فبينما انا جالسة في منزلي غلبتني عيني فنمت وكان صفوان بن المعطل السلمي ثم الذكواني من وراء الجيش فاصبح عند منزلي فراى سواد انسان نايم فعرفني حين راني وكان راني قبل الحجاب فاستيقظت باسترجاعه حين عرفني اي قوله انا لله وانا اليه راجعون فخمرت وجهي بجلبابي ووالله ما كلمني بكلمة ولا سمعت منه كلمة غير استرجاعه وهوى حتى اناخ راحلته فوطي على يدها فقمت اليها فركبتها فانطلق يقود الراحلة حتى اتينا الجيش *Inquiebat* Aiesha, *Uxor Prophetæ, & Mater Fidelium* · Apostolus Dei ... quando volebat iter suscipere, inter uxores suas sortem jacere solitus erat; & super quam sagitta sortitionis cadebat, cum illa Apostolus Dei ... proficiscebatur: Sicque inter nos trepidationem excitabat, quotiescunque bellum aliquod aggrediebatur. In hoc autem Bello (contra *Al-Mostalekensês*,) sors super me cecidit. Profecta sum igitur cum Apostolo Dei ... postquam super me velamen demisit. Et vehebar in Pilento-camelino, in eoque diversabar. Sicque iter faciebamus, donec finito Bello Apostolus Dei ... reversus, haud procul ab *Medina* abesset. Ibi quadam nocte reducibus profectionem indixit. Ego verò, dum illi dicto obedientes essent in profectione, pone subsiti, sensim pergendo, donec prætergressus esset exercitus. Postquam autem necessitati meæ satisfeci, rursùs ad camelum meum accessi. Cumque ibi pectus meum contrectando palparem, & ecce Monile meum, quod erat Sphærulis *Dhafârensibus* contextum, e collo meo defluxerat. Mox vestigia relegens Monile meum anxiè quæsivi. Dum autem in investigando illo detineor, accessit turma quorundam, qui juxta me iter habebant; & sublatum Pilentum meum reposuerunt super camelum, quo vehebar, putantes scilicet me adhuc in eo esse. Mulieres enim in tali occasione itinerandi, ut leviores sint, non solent se cibo gravare, aut nimia carne se ingurgitare, sed modico alimento contentæ sunt: Unde factum est, ut illi ex levitate Pilenti nihil de absentia mea suspicati sint, dum illud sublime adtollerent. Eram præterea tunc adhuc puella, annis tenera. Abrepta itaque sarcina perrexerunt. Ego verò, invento Monili, postquam jam exercitus prætererat, veni ad proximam illorum stationem; sed ne unum quidem hominem vel vocantem, vel respondentem offendi: Quare pro diversorio locum, ubi eram, delegi, expectando illos homines requisituros me, & ad me reversuros. Dum autem in diversorio meo sederem, vicit me oculus meus, & obdormivi. Porro *Safwân Al-Mo'atteli* filius *Al-Salamita*, qui postea fuit omnium curarum mearum particeps, post exercitum remanserat: surgensque diluculo ad diversorium meum venit, & videns umbram hominis dormientis, statim agnovit me, viderat enim me absque velamine. Continuo experrecta sum, statimque audivi illum bis susurrantem dum me agnosceret. Hic fuit autem sermo ejus: *Nos Dei sumus, & nos ad Deum revertemur*. Tum cooperui velo faciem meam. Per Deum! testor illum nihil mihi dixisse; neque me ullum aliud verbum ab eo audivisse præter verba illa, quæ bis recitavit. Deinde ille descendens camelam suam instravit, eamque firmo pede fecit consistere; & ego adstans ei inequitavi. Mox ipse perrexit manu ducens camelam, donec ad exercitum pervenimus. Sequitur apud eundem *Al-Bocharium* longa causæ disceptatio coràm MOHAMMEDE Judice, præsentibus *Abu-Becro*, & *Omm Al-Rawmân*, patre, & matre *Aieshæ*; cumque intricatissimum esset negotium, tandem opportune cœlitùs demissi sunt decem versiculi Al-Corani, de quibus infra, sicque solutus fuit Nodus, qui Prophetæ *Zelotypiam* tantoperè perplexam reddiderat, & inter Moslemos tantas excitaverat turbas.

a *Justificatio ejus.* براءتها propriè *Declaratio innocentiæ ejus.* Verba Al-Corani, quibus Accusatores ejus falsi arguuntur & jubentur puniri, extant Sur. 24. v. 11. ان الذين جاوا بالافك عصبة منكم لا تحسبوه شرا لكم بل هو خير لكم لكل امرئ منهم ما اكتسب من الاثم والذي تولى كبره منهم له عذاب عظيم *Quoad illos, qui falsam accusationem protulerunt, turmam illam scilicet conjuratorum ex vobis, ne existimetis malum vobis esse* (quod puniantur;) *imò verò optimum vobis est. Unicuique viro ex eis rependatur id quod patravit ex iniquitate; adeo ut ille, qui ex eis graviorem culpam commiserit, majorem pœnam sustineat.*

b *Al-Taiamom.* Propriè est Actio desumendi rem aliquam de summa superficie, ut puta pulverem tenuis-

Anno ab O C. five à Lapfu Adami, fecundùm Abu'l-Fedam 6221.
A Nativitate Christi 636.
Hegiræ 6.
Ætatis Mohammedis 58.
Æræ Christi Vulg. 627. Cœpit die 23. Maii, feria 7.

## CAP. XLIV.

### *De Vifitatione-facra* Al-Hodaïbienfi. — ذكر عمرة الحديبية

[a] MEnfe *Dhû'l-Ka'ada* anni fexti Apoftolus Dei . . . facræ Vifitationis religione plenus, & [b] bellum minimè intendens, *Medina* profectus eft cum *Mohâgjeriis* & *Anfariis* numero mille & quadringentorum hominum; fecum agens munus facrum, (Camelos facrificio *Meccano* deftinatos;) & facram Vifitationem indixit. Quo itinere ufque ad *Tha-*

وفي ان رسول الله صلعم خرج من المدينة في ذي القعدة سنة ست معتمرا لا يريد حربا بالمهاجرين والانصار في الف واربعماية وساق الهدي واحرم بالعمرة وسار حتى وصل الى

fimum de fuperficie terræ, aut arenæ, ad defricandum manus, vultumque, & cæteras corporis partes Purificationis caufa; unde eadem dictio accipitur pro Purificatione per Defricationem facta, ac denique pro ipfa Defricatione per pulverem & arenam, quæ Lege lata in Al-Corano permittitur adhiberi loco الوضوء *Al-Wodhû*, i. e. *Lotionis* per Aquam, fi reperiri non poffit, aut ægroto fit nociva. Verba extant Sur. 5. v. 7 وان كنتم مرضى او على سفر او جاء احد منكم من الغائط او لامستم النساء فلم تجدوا ماء فتيمموا صعيدا طيبا فامسحوا بوجوهكم وايديكم منه ما يريد الله ليجعل عليكم من حرج ولكن يريد ليطهركم وليتم نعمته عليكم لعلكم تشكرون *Quod fi fueritis ægroti, vel in itinere; aut venerit aliquis veftrum à latrina; aut contrectaveritis mulieres, neque inveniatis aquam, defumite fuperficiem pulveris boni, & defricate facies veftras, & manus veftras ex eo. Non vult Deus inducere vobis ullam difficultatem, fed vult mundare vos, & perficere gratiam fuam fuper vos: Forte an gratias agetis.* Eadem Lex in Pandectis Thalmudicis iifdem fere verbis reperitur Codice Berachoth cap. 2. in Gemara fol. 15. 1. ubi poftquam lectioni Formulæ שמע ישראל *Audi Ifrael* &c. Lotio manuum præmitti præfcripta eft, additur: מי שאין לו מים לרחוץ ידיו מקנח ידיו בעפר ובצרור ובקסמית *Cui defecerit Aqua ad lavandas manus fuas, is manus detergat* pulvere, *vel* lapillis, (feu gleba, aut arena,) *vel* feftucis. Hinc volunt Docti Mohammedem iftam Legem à *Judæis* mutuatum effe. Quæ eft fententia, inter alios, v. cl. Pocockii Not. Mifcel. ad Portam Mofis p. 389. *Atque ab his*, inquit ille, *quæ à Judæis tam religiofè obfervata, accepiffe etiam* Mohammedanos *folemnem iftam, qua fe oraturi purgant, lotionem* (الوضوء Al-Wodhuan *vocant*;) *& vicariam ipfi* التيمم Al-Tayammom, *feu manuum* &c. *pulvere*, (*ubi non adfit Aqua*) *defricationem, cæterafque, quibus aliis de caufis utuntur, ablutiones, nullus dubitabit, qui fuperftitiofos utrorumque ritus inter fe contulerit.* Celebre eft etiam in Ecclefiaftica Hiftoria, temporibus Antonini Imp. Exemplum Baptifmi *Arenæ* à Chriftiano Laico adminiftrati in folitudine, quo Judæus quidam non modo Chriftianus factus, fed etiam à morbo gravi, quo laborabat, prorsùs liberatus fuit. Geo. Cedren. Hift. Compend. pag. 250. Ὕδατος δὲ μὴ ὄντος, μήτε ἱερέως τῶν Χριστιανῶν, ἀποδύσαντες αὐτὸν, εἰς ἐξ αὐτῶν πλήσας τὰς χεῖρας ψάμμου, ἐκ τρίτου ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν. *Cùm verò neque Aqua ad manum effet, neque facerdos Chriftianus, veftibus hominem nudarunt, & ipforum quidam manibus ARENAM hauftam tertium ejus capiti infudit, &c.* De cujus Baptifmi validitate v. plura ibidem, quæ non funt præfentis inftituti.

a *Menfe Dhû'l-Ka'ada*. Al-Bocharius in *Sonna* Traditionem, feu potius obfervationem refert ex Anafo Mâleki filio, quæ fic habet: اعتمر النبي صلعم اربع عمر في ذي القعدة الا التي كانت مع حجته عمرة من الحديبية في ذي القعدة وعمرة من عام المقبل في ذي القعدة وعمرة من الجعرانة حيث قسم غنائم حنين في ذي القعدة وعمرة مع حجته *Quatuor* Vifitationes *facræ indictæ funt à Propheta . . . menfe* Dhû'l-Ka'ada, *excepta illa, quæ facta fuit fimul cum* Peregrinatione *ejus*: 1. Vifitatio Hodaibienfis, *menfe* Dhû'l-Ka'ada. 2. Vifitatio *anni* * *Accepti, menfe* Dhû'l-Ka'ada. 3. Vifitatio † Gja'arânenfis, *ubi fpolia Prælii* Honainenfis *divifit, menfe* Dhû'l-Ka'ada. 4. *Denique* Vifitatio Peregrinationis, (quæ Propheticæ, facta fuit menfe *Dhû'l-Haggja*.)

* Qui fuit annus 12. Miffionis Propheticæ, de quo v. fupra cap. 20. p. 40.

† Quæ facta fuit anno Hegiræ 8.

b *Bellum minimè intendens.* Hujus Pacificæ Expeditionis caufa haud alia fuit quam Mohammedis fociorumque ejus Ædem facram Meccanam vifitandi ingens defiderium, à qua hacteuus per continua bella prohibiti fuerant. Quod autem magis illorum Devotionem ardoremque excitavit, fuit fomnium, quod hoc anno habuit Mohammed, videlicet narrante Gelalo'ddino aliifque Interpretibus: راى في النوم عام الحديبية قبل خروجه انه يدخل مكة هو واصحابه امنين ويحلقون فاخبر بذلك ففرحوا معه *Viderat Propheta . . . in fomnio, anno Expeditionis* Al-Hodaibienfis, *antequam proficifceretur, fe fociofque fuos* Meccam *ingredi fecuros, abrafis pilis, & detonfis comis. Quod cùm fuis narraffet, illi cum eo admodum lætati funt.* Hoc fomnium conceptis verbis habetur Al-Corani Sur. 48. v. 27. لقد صدق الله رسوله الرويا بالحق لتدخلن المسجد الحرام ان شاء الله امنين روسكم ومقصرين لا تخافون *Jam quidem verificat Deus Apoftolo fuo vifionem cum veritate*, (qua prædixerat:) *Futurum eft, ut ingrediamini Templum* Al-Haram, (i. e. facrum Meccanum,) *fi voluerit Deus, fecuri, abrafi capita veftra, & attonfi comas: Non timebitis.* Sed tam ipfe Mohammed, quam focii ejus, promiffionis hujus tempus anticipaverunt, non enim compleri debuit, nifi poft duos annos, videlicet tempore Expugnationis Meccæ, quæ demum contigit anno Hegiræ octavo. Quem illorum errorem obfervat ipfe Deus ibidem dicendo: فعلم ما لم تعلموا فجعل من دون ذلك فتحا قريبا *Porrò Deus novit id quod vos non noveratis, fcilicet fore, ut, præter hoc, concederet Expugnationem aliam propinquiorem.* Ubi Gelalo'ddinus, *innuit Deus*, inquit, فتح الخيبر وتحقق الرويا في العام القابل *Expugnationem* Chaibari; *ac tum demum anno fequente* Vifio *debebat compleri.*

niato'l-

ثنية المرار فهبط الحديبية
اسفل مكة وامر بالنزول فقالوا
نزلت على غير ماء فاعطى رجلا
سهما من كنانته وغرزه في
بعض تلك القلب فجاش حتى
ضرب الناس عنه وهذا من
مشاهير معجزاته صلعم

وبعثت قريش عروة بن مسعود
الثقفي وهو من اهل الطائف فاتى
رسول الله صلعم فقال ان قريشا لبسوا
جلود النمور وعاهدوا الله ان لا تدخل
عليهم مكة الا عنوة ابدا

ثم جعل عروة يتناول لحية رسول
الله صلعم وهو يكلمه والمغيرة بن شعبة
واقف على رسول الله صلعم فجعل
يقرع يده ويقول كف يدك عن وجه
رسول الله صلعم قبل ان لا ترجع اليك
فقال له عروة ما افظك واغلظك
فتبسم رسول الله صلعم

ثم قام عروة من عند رسول
الله صلعم وهو يرى ما يصنع
اصحابه ما يتوضى الا ابتدروا
وضوءه ولا يبصق الا ابتدروا بصاقه
ولا يسقط من شعره شي الا
اخذوه ورجع الى قريش وقال
لهم اني جئت كسرى وقيصر
في ملكهما فوالله ما رايت
ملكا في قومه مثل محمد في
اصحابه

ثم ان رسول الله دعا عمر بن
الخطاب ليبعثه الى قريش ليعلمهم
بان رسول الله صلعم لم يات لحرب
فقال عمر انى اخاف قريشا
لغلظي عليهم وعداوتي لهم فبعث
رسول الله عثمان بن عفان
الى ابي سفيان واشراف قريش

*niato'l-Marâr* progressus est; unde [a] *Al-Hodaïbiam* in planitie *Meccensi* sitam descendere paravit. Ibi cum castra locari jussisset, dixerunt: *Præ aquæ penuria deficimus.* Tunc sagittam è pharetra sua depromens viro cuidam dedit, qui illam in fundo unius ex istis puteis, qui illìc erant, defixit, & ex templo affatim, & cum impetu manavit aqua, adeo ut flexis genibus in limbo ejus haurirent. Atque hoc unum fuit ex authenticis Miraculis Prophetæ...

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Feda 6221. A Nativitate Chisti 636. Hegiræ 6. Ætatis Mohammedis 58. Æræ Christi Vulg 627 Cœpit die 23. Maii, feria 7.

Interea miserunt *Koraïshitæ Arwam Mas'ûdi* filium *Al-Thakîfitam.* Is erat princeps *Al-Tâïefitarum*: Cumque ad Apostolum Dei... venisset, dixit: Koraïshitæ *Pardorum pelles induerunt; & Deum testem adjurarunt, te* Meccam *ad illos nusquam, nisi per vim intraturum.*

Dumque *Arwa* cum Apostolo Dei... familiariter colloquebatur, barbam ejus adblandiendo cœpit demulcere. Quod cùm animadvertisset *Al-Mogaïra Sha'abæ* filius, qui Apostolo Dei adstabat, illius manum vi depellens, *Abstine*, inquit, *manum tuam a facie APOSTOLI Dei... priusquam ad te reverti amplius non possit.* Cui ille, *neque te dilacero,* inquit, *neque tibi injuriam facio.* Subrisit autem Apostolus Dei...

Cumque *Arwa* paululùm ab Apostolo Dei ... concessisset, vidit quomodo se erga illum gererent comites ejus; quomodo videlicet ipse sacra lotione non se mundaret, quin illi celeriter accurrentes lotionem ejus religiose susciperent; neque sputum excrearet, quin protinùs illud avidè capesserent; neque capillitii ejus quicquam decideret, quin illud promptè colligerent. Reversus deinde ad *Koraïshitas*, sic eos alloquutus est: *Ego* Kesram (Cosroem,) *&* Cæsarem *adii, ambos in regno ipsorum; Sed per Deum! nequaquam vidi Regem inter subditos suos instar MOHAMMEDIS inter comites suos.*

Deinde vocavit ad se Apostolus Dei... *Omarum Al-Chettâbi* filium, quem ad *Koraïshitas* mitteret, ut ipsis, se ad bellum gerendum nequaquam venisse, significaret. Dixit *Omar*: *At enim* Koraïshitas *Ego vereor, tum quia illos verbis factisque duriter tractavi, tum quia inimicitiæ mihi privatæ cum eis intercedunt.* Misit itaque Apostolus Dei... *Othmânum Affâni* filium ad *Abu-Sofiânum,* cæterosque *Koraïshita-*

a *Al-Hodaibia.* Oppidum celebre, quod huic Expeditioni nomen dedit: Abu'l-Feda noster in Descript. Arab. pag. 12. de situ ejus sic loquitur ex Auctore Al-Mostarec: الحديبية موضع بعضه في الحل وبعضه في الحرم وهو الموضع الذي صد فيه المشركون رسول الله صلعم عن زيارة البيت وهو ابعد اطراف الحرم عن البيت وهو في مثل زاوية الحرم فلذلك صار بينها وبين المسجد اكثر من يوم Al-Hodaibia, *locus est partim in* Al-Hal, *i. e. in* Territorio Profano, *& partim in* Al-Haram, *i. e. in* Territorio Sacro *situs; ubi* Associantes (Koraïshitæ) *prohibuerunt Apostolum Dei ... à* Visitatione Domûs (Templi Meccani.) *Estque remotissimus limes* Territorii sacri *à* Domo, *& velut in angulo ipsius* Territorii sacri; *ideoque inter ipsum & Templum est plusquam diei iter.* Elmacinus ex Al-Tabario ponit illam: في طريق جدة *in via, qua itur* Gjoddam. Qui est portus *Meccæ* ad mare *Rubrum.* Nomen oppido impositum à *Puteo* ejusdem nominis; alii volunt sic appellatum ab Arbore dicta حدباء *Hadbâ,* quasi dicas *Gibbosam,* & late se extendentem, sub qua facta est Inauguratio spontanea, de qua infra.

Anno ab O C sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l Fedam 6221. A Nativitate Christi 636. Hegjræ 6. Ætatis Mohammedis 58. Æræ Christi Vulg. 627. Computo die 23 Maii, feria 7.

*rum* Primores, se minimè ad bellum inferendum venire; se autem religione adductum ad loca sacra visitandum, atque istam Domum (Templi *Meccani*) veneraturum adesse. Ubi ad illos pervenit *Othmân*, hujusmodi eis significavit. Dixerunt ei: *Tu quidem, si ita lubet, potes circuitus sacros circa Domum peragere.* Respondit: *Neutiquam ita facturus sum, nisi postquam Apostolus Dei . . . sacros circuitus ipse peregerit.* Quare comprehensum illum in vincula conjiciunt. Inde rumor ad Apostolum Dei . . . perlatus est, *Othmanum* esse necatum. Dixitque: *Hinc non discedemus, donec hostem pugnâ adorti fuerimus.*

انه لم يات لحرب وانما جاء زايرا ومعظما لهذا البيت فلما وصل اليهم عثمان وعرفهم بذلك قالوا له ان احببت ان تطوف بالبيت فطف فقال ما كنت لافعل حتى يطوف رسول الله صلعم فامسكوه وحبسوه وبلغ رسول الله صلعم ان عثمان قتل فقال رسول الله صلعم لا نبرح حتى نناجز القوم

Et confestim ad inaugurandum se suos vocavit.

ودعا رسول الله صلعم الى البيعة

## CAP. XLIII.

### *De* Inauguratione Spontanea.

ذكر بيعة الرضوان

Facta est autem illa Inauguratio [a] sub Arbore. Aicbant homines Apostolum Dei . . . debere juramento se obligare usque ad mortem, sed dicebat *Gjaber*: *Nobis juramentum præstet* (non usque ad mortem, sed) *quoad usque nos cœtum non amplius componamus.* Præstitit itaque suis Apostolus Dei . . . juramentum. Neque ullus *Moslemorum* detrectavit ei juramentum præstare, præter unum *Al-Hadum Kaisi* filium, qui post camelam suam delituit. Juramentum etiam præstitit Apostolus Dei . . . *Othmano* absenti, unam è suis manibus altera complodens. Tum demùm ad Apostolum Dei . . . certus pervenit nuncius, *Othmânum* non esse necatum.

وكانت بيعة الرضوان تحت الشجرة وكان الناس يقولون بايعهم رسول الله صلعم على الموت وكان جابر يقول لم يبايعنا الا على ان لا نفر فبايع رسول الله صلعم الناس ولم يتخلف احد من المسلمين الا الجد بن قيس استتر بناقته وبايع رسول الله صلعم لعثمان في غيبته فضرب باحدى يديه على الاخرى ثم اتى النبي صلعم الخبر ان عثمان لم يقتل

## CAP. XLIV.

### *Pax* Prophetam . . . *inter*, & Koraïshitas.

ذكر الصلح بين النبي صلعم وقريش

Deinde *Koraishitæ Sohailum Amrûi* filium ad Pacem petendam [b] miserunt. Qua de re cum Propheta . . . est colloquutus. Cum-

ثم ان قريشا بعثوا سهيل بن عمرو في الصلح وتكلم مع النبي صلعم في ذلك

[a] *Sub Arbore.* Hujus Arboris, ut & Inaugurationis sub illa factæ mentio est Al-Coran. Sur. 48. v. 18. لقد رضي الله عن المؤمنين اذ يبايعونك تحت الشجرة فعلم ما في قلوبهم فانزل السكينة عليهم واثابهم فتحا قريبا *Et quidem jam propitius fuit Deus Fidelibus; quando Inaugurarunt te sub* ARBORE: *& cognovit quid esset in cordibus eorum; & descendere fecit* Sechinam, (i.e. Præsentiam divinam,) *super eos, & remuneravit eos Expugnatione propinqua* (Chaibari.) Arborem illam Gelalo'ddinus ait fuisse سمرة *Samram*, seu *Spinam Ægyptiacam.* Elmacinus ex Tabario ait: وفقدت بعد ذلك وقيل ان السيول ذهبت بها *Et postea periit: Aiuntque inundationem aquarum in eam impetum fecisse.*

[b] *Miserunt.* Ratio cur eo tandem adducti fuerint Koraishitæ, ut Legationem hanc secundam de Pace ad Mohammedem mitterent, fuit ipsius Mohammedis clementia, qua in quosdam Infideles, qui sibi insidias struxerant, usus fuit, postquam ab illis auxilio Dei liberatus fuisset juxta illud Al-Cor. Sur. 48. v. 24. وهو الذي كف ايديهم عنكم وايديكم عنهم ببطن مكة من بعد ان اظفركم عليهم وكان الله بما تعملون بصيرا *Ipse est* (Deus,) *qui cohibuit manus eorum à vobis, & manus vestras ab eis in Valle* Meccæ, *postquam dedit vobis victoriam super illos: Est enim Deus in id, quod facitis, inspiciens.* Quæ verba Gelalo'ddini Paraphrasis sic illustrat: فان ثمانين منهم بعسكركم ليصيبوا منكم فاخذوا واتي بهم الى رسول الله صلعم فعفى عنهم وخلي سبيلهم *Nam octoginta ex eis in castris vestris delituerunt, ut aliquot ex vobis opprimerent; sed capti, adductique sunt ad Apostolum Dei . . . qui pepercit eis, atque in libertatem dimisit.* Qui actus clementiæ, concludit Gelalo'ddinus, وكان ذلك سبب الصلح *Fuit causa* PACIS.

que

فلما اجاب الى الصلح قال عمر بن
الخطاب يا رسول الله اولسنا بالمسلمين
فقال النبي صلعم بلى قال فعلام
نعطي الدنية في ديننا فقال رسول
الله صلعم انا عبد الله ورسوله ولن
اخالف امره ولن يضيعني

ثم دعا رسول الله صلعم علي بن ابي
طالب وقال اكتب بسم الله الرحمن
الرحيم فقال سهيل لا اعرف هذا ولكن
اكتب باسمك اللهم فقال رسول الله
صلعم اكتب باسمك اللهم ثم قال
اكتب هذا ما صالح عليه محمد رسول
الله فقال سهيل لو شهدت انك رسول
الله لم اقاتلك ولكن اكتب اسمك واسم
ابيك فقال رسول الله صلعم اكتب
هذا ما صالح عليه محمد بن عبد الله
سهيل بن عمرو على وضع الحرب عن
الناس عشر سنين وانه من احب ان
يدخل في عقد محمد وعهده دخل فيه
ومن احب ان يدخل في عقد قريش
وعهدهم دخل فيه واشهد في الكتاب
علي الصلح رجالا من المسلمين والمشركين

وقد كان اصحاب رسول الله
صلعم لما خرجوا من المدينة لا يشكون
في فتح مكة لرويا راها النبي صلعم
فلما راوا ما راوا من الصلح والرجوع
داخل الناس من ذلك غم عظيم حتي
كادوا يهلكون

ولما فرغ رسول الله صلعم من
ذلك نحر هديه وحلق راسه وقام
الناس ايضا فنحروا وحلقوا وقال
رسول الله صلعم يومئذ يرحم الله
المحلقين قالوا والمقصرين يا رسول الله
قال يرحم الله المحلقين حتي اعادوا
واعاد ذلك ثلاث مرات ثم قفل رسول
الله صلعم الي المدينة واقام بها حتي
خرجت السنة

ثم دخلت سنة سبع

que ille Paci faciendæ aſſenſum præbuiſſet, dixit *Omar Al-Chettâbi* filius: *O Apoſtole Dei...* *Annon ſumus* Moſlemi? Reſpondit Propheta... *Ita profectò.* Tum ille, *Quamobrem igitur iſtius hominis Religionem cum noſtra Religione ſuſcipis.* Cui Apoſtolus Dei... *Ego ſum Servus Dei, &* APOSTOLUS *ejus; nuſquam mandato ejus rebellis futurus ſum, neque ille me diſperditurus eſt.*

Tunc advocans Apoſtolus Dei... *Alîm Abu-Tâlebi* filium, dixit ei: *Scribito;* IN NOMINE DEI MISERATORIS MISERICORDIS. Dixit *Sohaïl: Hujuſmodi non novi: Quin potius ſcribito:* IN NOMINE TUO, O DEUS. *Scribito itaque,* ait Apoſtolus Dei... IN NOMINE TUO, O DEUS. Tum dixit: *Scribito: Hæ ſunt Conditiones, quibus pacem facit* MOHAMMED APOSTOLUS DEI. Dixit *Sohail: Si te* APOSTOLUM DEI *eſſe faterer, nuſquam tecum bello contendiſſem; ſcribe igitur nomen tuum, & nomen patris tui.* Dixit Apoſtolus Dei... *Scribito: Hæ ſunt conditiones, quibus* MOHAMMED ABDO'LLAHI *filius, Pacem facit cum* Sohailo Amrûi *filio: Ut ad decennium inter homines ſint Induciæ. Ut, ſi quis in* MOHAMMEDIS *pactum & fœdus intrare voluerit, fas ſit intrare. Ut, ſiquis in* Koraiſhitarum *pactum & fœdus intrare voluerit, fas ſit intrare.* Cui Scripto de Pace incunda omnes tam *Moſlemi,* quam *Idololatræ* teſtimonio ſuo aſſenſum præbuerunt.

Porrò Apoſtoli Dei... comites, quamprimùm *Medina* egreſſi erant, minimè dubitaverant, quin *Meccam* expugnarent, præſertim illa* Viſione, quam habuerat Propheta... confiſi: At verò, ut viderunt Pacem eſſe factam, & ſibi re infecta redeundum, tantus mœror omnes inceſſit, ut parum abfuerit, quin eo conficerentur.

Quibus ita peractis, Apoſtolus Dei... camelos ſuos oblationi deſtinatos jugulavit; tum caput ſuum abraſit. Deinde ſui conſurgentes etiam camelos ſuos in ſacrificium jugularunt, atque abraſi ſunt. Dixitque Apoſtolus Dei... *Miſeratur Deus hodie capite-abraſorum.* Dixerunt illi: *Atque etiam barba-detonſorum, O Apoſtole Dei.* Tum Propheta... *Miſereatur Deus,* inquit, *capite-abraſorum.* Quæ verba illi tribus vicibus repetierunt; ipſeque totidem vicibus pronunciavit. Deinde *Medinam* reverſus eſt, ibique uſque ad finem anni ſubſtitit.

Tum cœpit annus SEPTIMUS (Hegjræ.)

Anno ab O.C. ſive a Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6221.
A Nativitate Chriſti 636.
Hegjræ 6.
Ætatis Mohammedis 58.
Æræ Chriſti Vulg. 627. Cœpit die 23 Maii, feria 7

* De qua v. ſupra pag. 84. in Not.

## CAP. XLV.

ذكر غزوة خيبر

ثم خرج رسول الله في منتصف
المحرم من هذه السنة اعني سنة سبع

*Bellum* [a] Chaïbarenſe.

DEinde Apoſtolus Dei... medio menſe *Moharram* hujus anni, videlicet anni ſeptimi,

a *Chaïbarenſe.* Abu'l-Feda noſter in Deſcript. Arabiæ, pag. 43. خيبر لها نخيل كثير وهي بلد بني عنزة والخيبر بلغة اليهود الحصن وهي من جهة الشمال والشرق من المدينة علي



adversùs

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Christi 637.
Hegiræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Christi Vulg. 628. Cœpit die 11 Maii, feria 4

adversùs *Chaïbarenses* profectus obsedit eos, & fortunis eorum potitus est, castella eorum unum post alterum expugnando. Primum, quod expugnavit, fuit castellum *Nâ'em*. Deinde cepit castellum *Al-Kamûs*. Fecitque Apostolus Dei... captivas, è quarum numero fuit [a] *Safîa* unius è magnatibus eorum *Haiæ* filii *Achtabi* filia. Atque illam uxorem duxit Apostolus Dei... pro dote libertatem donans. Et facta est una è maximè familiaribus ejus conjugibus. Inde potitus est castello [b] *Al-Asabi*;

الي خيبر وحصرهم واخذ الاموال وفتحها حصنا حصنا فاول ما فتح حصن ناعم ثم افتتح حصن القموص واصاب رسول الله منها سبايا منهن صفية بنت كبيرهم حيي بن اخطب فتزوجها رسول الله صلعم وجعل عتقها صداقها وهذه من خواصه عليه السلام ثم افتتح حصن العصب

نحو ست مراحل قال الادريسي وخيبر مدينة صغيرة كالحصن ذات نخيل وزروع وكانت في صدر الاسلام دار الابني قريظة والنضير وكان بها السموال بن عاديا ومنها الي المدينة اربع مراحل Chaibar *palmis abundat*; *& est regio filiorum* Anzæ (filii *Asadi*, filii *Rabî'æ*, filii *Nazâri*, filii *Ma'adi*, filii *Adnâni*, de quo v. supra pag. 7.) Al-Chaibar *in Dialecto* Judæorum *est* Castellum. *Distat ab* Al-Medina, *inter Septentrionem & Ortum*, *ferè sex stationibus*. Chaibar, *inquit Al-Edrisius*, urbs parva, instar castelli, palmis & sativis fertilis. Initio *Islamismi* sedes erat filiorum *Koraidhæ*, & *Al-Nadhiri*, (quo a Mohammede in exilium expulsi sunt, v. supra pag. 72.) In ea fuit *Al-Shamûl Adiâi* filius. Ab *Medina* distat quatuor stationibus. Urbem hanc fuisse antiquissimam inde a *Mosis* temporibus colligere est ex eodem Abu'l-Feda, si quidem verum sit id, quod refert Hist. Parte 1. cap. de *Amalecitis*, *Mosen*, post maris Rubri transitum misisse exercitum contra *Amalecitas*, qui *Yathrebum*, & *Chaïbarum* occupabant. Quoad significationem nominis *Chaïbar*, quod Dialecto *Judaica* sit *castellum*, si conjecturis locus est, posset derivari vel ab Hebr. כבר *Cabar*, i. e. *robustus*, *firmus*, *validus fuit*; vel à חבר *Chaber*, i. e. *socius*, quasi *Chaïbar* esset urbs *Sociorum*, seu confœderatorum sese castellis munientium. Et revera nulla *Arabiæ* Provinciæ tot castellis frequentior fuit. Auctor noster quatuor eaque potiora duntaxat enumerat; sed Gjannabius aliique Historici ad minus novem recensent præter ipsam urbem *Chaïbar*; quæ omnia seu vi expugnata, seu deditione accepta in suam potestatem redegit *Mohammed*. Causa hujus Belli fuit *Mohammedis* tum in omnes *Judæos* odium intensissimum, tum ut reliquias *Judæorum Nadhirensium*, qui *Chaïbarum* se receperant, exterminaret. Eo autem fidentiùs ad hanc Expeditionem se accinxit quod, ut ait Abu'l-Rabî' in Libro Splendorum: وكان الله تعالي وعده اياها وهو بالحديبية بقوله عز من قايل وعدكم الله مغانم كثيرة تاخذونها فجعل لكم هذه يعني بان سجعل صلح الحديبية والمغانم الموعود بها فتح خيبر فخرج اليها مستنجزا وعد ربه سبحانه واثقا بالكفالة ونصره *Promiserat illi Deus excelsus hanc* (civitatem,) *dum adhuc esset* Al-Hodaibiæ, *sic loquens in tertia Persona*: Sur. 48. v. 20. Promittit vobis Deus Spolia ingentia, quæ capturi estis. Hoc autem interim vobis præmisit. *Per hæc ultima verba loquitur de* Pace, *quæ prius inita fuit (cum* Meccensibus) *Hodaibiæ*: *Et per* Spolia *promittit Expugnationem* Chaibari. *Prodiit itaque adversùs illam apparatu bellico succinctus, Domini sui gloriosi promissis, & fidejussioni ejus auxilioque fretus.*

a *Safîa*. Hujus pater *Haia Achtabi* filius *Judæus*, Inimicus Dei, jam antea, ut supra vidimus p. 79. cum cæteris *Koraidhitis* in fovea, Mohammedis jussu, capite plexus fuerat. Illa deinde, eo tempore, quo Mohammed ad *Chaïbarum* castra metatus est, desponsata fuerat *Kenânæ Al-Rabî'i* filio *Judæorum Chaibarensium* Regi. Interea autem *Safîa* somnium habuit, in quo فرات ان الشمس نزلت حتي وقعت في صدرها فقصت ذلك علي زوجها فقال والله ما تمنين الا هذا الملك الذي نزل بنا فلطم وجهها لطمة اخضرت عينها منها فاصطفاها المصطفي لنفسه فاسلمت فجعل عتقها صداقها *Vidit* Solem *descendentem*, *donec in sinu suo conquiesceret*. *Quod cùm sponso suo narrasset*; Per Deum! *inquit ille*, haud alium exoptas maritum, quam Regem istum, qui adversùm nos castra metatus est. *Atque hæc dicens alapam ei in faciem tanta vi impegit, ut oculum ejus eruerit*. *Illam itaque sibi prælegit* Al-Mostafa, (i. e. *Electus*, quod est unum e cognominibus Mohammedis.) *Cumque ipsa* Islamismum *amplexa esset*, *eam pro Dote libertate donavit*.

b *Al-Asabi*. Is erat بن معاذ *Mo'âdi* filius, referente Ebn-Ishak. In hujus autem castelli obsidione *Moslemi* labore, fame, aliisque calamitatibus affligebantur: *Adeo ut*, inquit idem Ebn-Ishak, شكا اليه صلعم بعض اصحابه وقالوا جهدنا يا رسول الله فقال اللهم انك قد عرفت حالهم وان ليست لهم قوة وان ليس بيدي شيء اعطيهم اياه فافتح عليهم اعظم حصن حصونها واكثرها طعاما وودكا ففتح الله عليهم حصن العصب بن معاذ *Conquesti sint apud Prophetam*.: *nonnulli è comitibus ejus dicentes* · Jam ad angustias redacti sumus, O Apostole Dei: *Quare hanc fudit orationem*: O Deus, tu præsentem illorum statum nosti, eosque viribus deficere, meque nihil quicquam præ manibus habere, quod illis porrigam; Quare aperito eis hostium Castellum hoc maximum, illudque cibariis, & carnibus pinguibus omnium refertissimum. *Et statim aperuit Deus illis Castellum* Asabi Mo'adi *filii*. Ditissimos, opulentissimosque istos *Judæos Chaïbarenses* fuisse oportet, si vera sint, quæ de illorum spoliis narrantur à Gjabero oculato teste: ووجدنا والله في حصن العصب بن معاذ من الاطعمة ما لم نظن ان يكون هنالك من الشعير والتمر والسمن والعسل والودك... ووجد فيه من البز والانية يعني شيا كثيرا قال واخرجنا منه غنما كثيرا وبقرا وحمرا واخرجنا الة كثيرة للحرب ومنجنيقات وعرادات فظن اليهود ان الحصار يكون دهرا *Invenimus*, *Per Deum! in Castello* Al-Asabi Mo'abi *filii copiam incredibilem hordei*, *Dactylorum*, *olei*, *mellis*, *& carnium pinguium*... *Inventa fuit ibi vasta congeries armorum*, *& vasorum omnis generis*. *Inde eduximus oves*, *& boves*, *& asinos*; *innumera instrumenta bellica*, *& machinas petrarias*, *& balistas*, *fundasque*, *quasi* Judæi *obsidionem per integrum sæculum fore sibi sustinendam credidissent*. Addit Al-Wâkedius: ان النبي صلعم اوتي بمسك جمل يعني جلد جمل فاذا

neque

وما كان لخيبر حصن اكثر طعاما وودكا منه ثم انتهى الى الوطيح والسلالم وكانوا اخر حصون خيبر افتتاحا

neque fuit *Chaibarensium* castellum annona, & carnibus pinguibus, eo copiosius. Denique *Al-Watîhum*, & *Al-Salálemum* perrexit: Quæ duo castella postrema fuerunt, quæ in deditionem venere.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222. A Nativitate Christi 637. Hegiræ 7. Ætatis Mohammedis 59. Æræ Christi Vulg. 628. Cœpit die 1. Maii, feria 4.

وروي ان رسول الله صلعم ربما كانت بامره الشقيقة فلبث اليوم واليومين لا يخرج فلما نزل خيبر اخذته فاخذ ابو بكر الصديق الراية فقاتل قتالا شديدا ثم رجع فاخذها عمر بن الخطاب فقاتل قتالا اشد من الاول ثم رجع فاخبر ذلك رسول الله صلعم فقال اما والله لاعطين الراية غدا رجلا يحب الله ورسوله ويحبه الله ورسوله كرارا غير فرار ياخذها عنوة فتطاول المهاجرون والانصار وكان علي بن ابي طالب عاميا فجاء وهو ارمد قد عصب عينيه فقال رسول الله صلعم ادن مني فدنا منه فتفل في عينيه فزال وجعهما ثم اعطاه الراية فنهض بها وعليه حلة حمرا

Traditur, Apostolum Dei... postquam jussu ejus facta esset Ruina (in muro castelli *Al-Kamûs*) oppugnationem die uno & altero distulisse. Dum autem eo intervallo à capiendo *Chaibaro* cessaretur, *Abu-Becr Al-Seddik*, (i.e. Testis fidelis,) vexillum arripiens, (ad Ruinam expugnandam,) acriter dimicavit. Sed re infecta reversus est. Deinde *Omar Al-Chettabi* filius, accepto vexillo, etiam acriori adhuc quam prius certamine conflixit. Sed non meliore successu; reversusque ad Apostolum Dei... id ei renunciavit. *At verò*, inquit ille, *per Deum! crastino mane dandum est vexillum viro, qui Deum, & Apostolum ejus amat; quique à Deo, & Apostolo ejus amatur; viro inquam, intrepido, minimè fugaci: Atque is hoc (vexillum) istorum loco accipiet.* His attoniti tam *Mohâgjerii*, (i.e. Fugæ comites,) quam *Ansarii*, (i.e. Adjutores,) colla quaquaversùm prospiciendi ergò protendebant. Erat autem *Alì Abu-Tâlebi* filius cæcus: Nihilominus in conspectum venit, oculos vitta constrictus, quippe qui ophtalmia laboraret. Dixitque Apostolus Dei... *Accede ad me.* Et accessit. Tunc Apostolus Dei... in oculos ejus salivam suam expuit: Et continuo illorum morbus penitùs cessavit. Dedit itaque ipsi vexillum; quo ille accepto, lætabundus [a] exiliit. Eratque tunc Syndone rubra indutus.

وخرج مرحب صاحب الحصن وعليه مغفر وهو يقول

Prodiit autem adversùs eum [b] *Marhab* castelli Dominus galea munitus, illumque sic alloquutus est:

قد علمت خيبر
اني مرحب

*Jam nosti* Chaïbarum:
*Ego sum* Marhab,

جلد اسورة الذهب ومسالج الذهب وخلاخل الذهب وقرطة الذهب ونظم من الجوهر وزمرد وخواتم ذهب *Allatum fuisse ad Prophetam... ingens corium cameli, seu pellem camelinam plenam Monilibus aureis, Armillis aureis, Periscelidibus aureis, Inauribus aureis, Gemmarum* (seu Margaritarum,) *& Smaragdorum funiculis, ac denique sigillis aureis.*

a *Exiliit.* Additur in *Sonna* Al-Bocharii, unde hæc Traditio desumpta est: فقال علي يا رسول الله اقاتلهم حتى يكونوا مثلنا فقال انفذ على رسلك بساحتهم ثم ادعهم الى الاسلام فاخبرهم بما يجب عليهم من حق الله فيه فوالله لان يهدي الله بك رجلا واحدا خير لك من ان يكون لك حمر النعم *Et dixit* Alî: O Apostole Dei, pugnaturus sum cum illis, quoadusque ipsi convertantur, & fiant similes nobis. *Cui Propheta...* Procede jam pro tuo commodo, donec ad hostium pomœria pervenias: Atque ibi illos ad Islamismum vocato: Tum eis denunciato quid de Veritate Dei teneantur credere, & profiteri. Per Deum! Quod Deus per te vel unum hominem in viam salutis dirigat, melius tibi erit quam si præstantissimas oves gregis possideres.

b *Marhab.* Is in Libro *Sahih*, cujus Auctor est Moslem, appellatur ملك *Rex*; eratque Dominus castelli القموص *Al-Kamûs.* Virum illum, seu potius Gigantem, sic describit Auctor Libri dicti معالم التنزيل *Mo'âlem Al-Tanzil*: روي انه لم يكن في اهل خيبر اشجع من مرحب وكان يومئذ قد لبس درعين وتقلد بسيفين واعتم بعمامتين ولبس فوقها مغفرا وحجر كهيئة البيضة على راسه وله رمح سنانه ثلاثة اسنان ولم يقدر من اهل الاسلام ان يقاومه في الحرب *Tradunt neminem inter* Chaibarenses Marhabo *strenuiorem audacioremque extitisse. Eo die duplici lorica indutus erat, & duobus gladiis succinctus; duplici etiam cidari caput redimitus, cui Galeam superinduerat: Et lapis-pretiosus ovi figuram referens capiti ejus affixus refulgebat: Lanceam gestabat in morem Tridentis acuminatam: Adeò ut* Mosslemorum *nemo cum illo in acie consistere auderet.*

Anno ab O C. five à Lapfu Adami, fecundùm Abu'l-Feda 6222.
A Nativitate Christi 637.
Hegjræ 7.
Ætatis Mohammedis 59
Æræ Christi Vulg. 628. Cæpit die 11. Maii, feria 4.

*Armis benè instructus,* — شاكي السلاح

*Heros strenuus, bello expertus.* — بطل مجرب

Cui *Alî* his verbis ita respondit: — فقال علي

*Ego sum, qui appellatus fui* — انا الذي سمتني

*A Matre mea,* [a] *AL-HAIDARA.* — امي حيدرة

*Mensurabo vos gladio,* — اكيلكم بالسيف

*Mensura* [b] *AL-SANDARA.* — كيل السندرة

Dum autem ambo mutuis ictibus confligerent, ictus unus ab *Alî* inflictus galeam, & caput *Marhabi* medium fidit; quo ille ad terram exanimis corruit.

فاختلطا ضربتين فقدت ضربة علي المغفر وراس مرحب ووقع الي الارض

[c] Contraria his tradit *Ebn-Ishak*; sed id quod narravimus certius est.

وروي ابن اسحق خلاف ذلك والذي ذكرناه هو الاصح

Deinde capta fuit urbs (*Chaibar*) per manum *Alî*, cui Deus sit propitius, post dierum circiter decem obsidionem.

وفتحت المدينة علي يد علي رضي الله عنه وذلك بعد حصار بضع عشر ليلة

Porrò stupendum facinus narrat *Abu-Râfè* Apostoli Dei ... servus his verbis: *Egressi fuimus cum* Alì, *cui Deus sit propitius, quando misit illum Apostolus Dei ... contra* Chaibarum. *Prodiere adversùs eum castelli milites, quibuscum dum acriter pugnaret* Alì, *cui Deus sit propitius, illum quidam* Judæus *percussit: Quo ictu clypeus ejus è manu excidit. Mox ipse portam, quæ castello appensa erat, corripiens loco avulsit, eaque pro clypeo usus est. Neque destitit illam manu gestare, quamdiu pugnavit, donec, juvante Deo, castello potitus est. Quo facto illam è manu projecit. Porrò memetipsum vidi cum septem hominibus, quibus Ego octavus accessi: cumque totis viribus* [d] *portam illam versare adniteremur, nequaquam loco movere potuimus.*

وحكي ابو رافع مولي رسول الله صلعم قال خرجنا مع علي رضي الله عنه حين بعثه رسول الله صلعم الي خيبر فخرج اليه اهل الحصن فقاتلهم علي رضي الله عنه فضربه رجل من اليهود فطرح ترس علي من يده فتناول بابا كان عند الحصن فتترس به ولم يزل في يده وهو يقاتل حتي فتح الله عليه ثم القاه من يده فلقد رايتني في سبعة نفر انا ثامنهم نجهد علي ان نقلب ذلك الباب فما نقلبه

a *Al-Haidara.* Est unum e nominibus *Leonis*, à compacto firmoque corpore sic dicti. Alius *Ali* communi nomine insignitur titulo اسد الله الغالب Asado'-llah Al-Gâleb, i. e. *Leo Dei victor*, & apud *Persas* شير خدا Shîr Chodâ, *Leo Dei.* Traditio est, ان مرحبا راى في منامه ان اسدا افترسه فلعل الله اطلع عليا علي رويا مرحب Marhabum *in somnio vidisse* Leonem, *à quo discerpebatur. Haud dubium, quin Deus hanc* Marhabi *visionem*, (ad quam alludit,) *ipsi* Alì *revelaverit.* Ita Gjannab.

b *Sandara.* Est magnum mensuræ aridorum genus.

c *Contraria.* Contrarietas in eo consistit, quod, referente Ebn-Ishak ex Gjâbero, *Marhab Judæus* non ab Alì occisus fuerit, sed à *Mohammede Mosalamæ* filio, *Ansario*, de quo supra pag. 64. Sic autem rem narrat Ebn-Ishak: *Postquam Apostolus Dei* ... Marhabi *verba mox allata audivisset, ad suos conversus dixit*:

من هذا فقال محمد بن مسلمة انا والله قال فقم اليه اللهم اعنه عليه فقام فحمل مرحب علي محمد بن مسلمة فضربه فاتقاه بالدرقة فوقع سيفه فيها فعضت به فامسكته فضربه محمد بن مسلمة حتي قتله ثم خرج بعد مرحب اخوه ياسر وهو يقول هل من مبارز فخرج اليه الزبير بن العوام رضي الله عنه فقالت صفية امه بنت عبد المطلب يقتل ابني يا رسول الله قال بل ابنك يقتله ان شاء الله فخرج الزبير فالتقيا جميعا فقتله الزبير

Quis hic præsto est? *Respondit* Mohammed Mosalamæ *filius*: Ego adsum, Per Deum! Adsta igitur, *inquit*, Propheta... contra illum: O Deus, faveto ei. *Adstitit itaque. Et statim* Marhab *impetum faciens in* Mohammedem Mosalamæ *filium, percussit eum; ille scutum suum celeriter objecit, cadensque gladius scutum ipsum perfregit. Dumque in scuto hæreret gladius, illicò* Mohammed Mosalamæ *filius* Marhabum *percutiens interfecit. Deinde* Marhabo *succedens frater ejus* Yâser *dixit*: Estne aliquis, qui mecum in arenam descendat? *Mox adversùs illum prodiit* Al-Zobair Al-Awâmi *filius, cui Deus sit propitius*: *Quod videns mater ejus* Safîa Abdo'l-Motallebi *filia exclamavit*: Occidetur filius meus, O Apostole Dei. Nequaquam, *inquit ille*, imò verò occidet illum filius tuus, si Deus voluerit. *Progrediente itaque* Al-Zobairo, *ambo concurrêre; atque* Yâserum *occidit* Al-Zobair. Hanc Ebn-Ishaki Narrationem meritò explodit Abu'l-Feda cum cæteris Historicis, qui omnes totum istius Monomachiæ honorem τῷ *Alî* deferunt; atque insuper ejusdem *Marhabi* fratrem ab eodem *Alî*, singulari etiam certamine, victum occisumque scribunt, ut videbimus in Gjannabio.

d *Portam illam.* Duo similia roboris, & fortitudinis plusquam humanæ exempla nobis exhibent Poetæ de *Hectore*, & *Turno*, pondera ingentia, contra hostes pugnando, adtollentibus. Homer. Iliad. M. 445. & Virgil. Æneid. 12. 896.

وكان فتح خيبر في صفر سنة سبع للهجرة وسال اهل خيبر رسول الله صلعم على ان يساقيهم على النصف من ثمارهم ويخرجهم متى شاء ففعل ذلك وفعل مثل ذلك اهل فدك وكانت خيبر للمسلمين وكانت فدك خاصة لرسول الله صلعم لانها فتحت بغير ايجاف خيل ولم يزل يهود خيبر كذلك الى خلافة عمر رضي الله عنه فاجلاهم منها

ولما فرغ رسول الله صلعم من خيبر انصرف الى وادي القرى وحاصره ليالي وافتتحه عنوة ثم سار الى المدينة

ولما قدمها وصل اليه من الحبشة بقية المهاجرين ومعهم جعفر بن ابي طالب روي ان النبي صلعم قال ما ادري بايهما اسر بفتح خيبر ام بقدوم جعفر وكان النبي صلعم قد كتب الى النجاشي بطلبهم ويخطب ام حبيبة بنت ابي سفيان وكانت هاجرت مع زوجها عبد الله جحش فتنصر عبد الله المذكور واقام بالحبشة فزوجها للنبي صلعم ابن عمها خالد بن سعيد بن العاص بن امية وكان بالحبشة من جملة المهاجرين واصدقها النجاشي عن النبي

Expugnatio *Chaïbari* contigit mense *Safar* anni *Hegjræ* septimi. Petierunt autem *Chaïbarenses*, ab Apostolo Dei ... ut sibi palmas suas colendas pro dimidia proventûs parte relinqueret ea conditione, ut eos inde, quandocunque vellet, ejiceret, quod eis concessit. Idem quoque fecere *Fadacenses*. Deinde *Chaïbar Moslemis* cessit. *Fadac* verò in proprium Apostolo Dei ... remansit: quia urbs illa absque * equitatûs ope in deditionem venerat. Atque hoc modo *Judæi Chaïbarenses* patria sua frui non destitere, usque ad *Omari*, cui Deus sit propitius, *Chalifatum*, qui illos inde exulare jussit.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222. A Nativitate Christi 637. Hegjræ 7. Ætatis Mohammedis 59. Æræ Christi Vulg. 628 Cœpit die 11 Maii, feria 4.

* Juxta legem Al-Cor Sur 59. v. 6. de qua vide supra p. 72. in Not.

Finito bello *Chaïbarensi*, Apostolus Dei ... ad oppidum [a] *Wâdi'l-Korâ* iter arripuit; quod quidem post paucorum dierum obsidionem vi expugnavit. Deinde *Medinam* profectus est.

Quo cùm pervenisset, accesserunt ad eum reliquiæ Profugorum ex *Al-Habasha*, (Æthiopia;) quibuscum erat *Gjafar Abu-Tâlebi* filius. Tradunt tunc Prophetam ... præ gaudio dixisse: *Utrum me majori lætitia afficiat, nescio; an* Chaïbari *expugnatio, an* Gjafari *adventus.* Jam autem scripserat Propheta ... ad *Al-Nagjâshium*, tum ut hos reposceret, tum ut ille sibi [b] desponsaret *Omm-Habîbam Abu-Sofiani* filiam; quæ quidem eò fugerat cum marito suo *Abdo'llabo Gjahashi* filio. Is autem *Abdo'llah Christianus* factus in *Al-Habasha* remansit, (ibique mortuus est.) Duxitque illam pro Propheta ... filius patrui ejus *Châled* filius *Sa'idi* filii *Al-Asi*, filii *Omaiæ*, qui tunc erat in *Al-Habasha* cum cæteris Profugis. Et in dotem dedit ei *Al-Nagjâshius* loco Pro-

a *Wâdi'l-Korâ*. Oppidum ad *Judæos* etiam pertinens, circiter bidui itinere ab *Chaïbaro* distans *Syriam* versùs; sic appellatur, quasi *vallis urbium*, a frequentia oppidorum seu pagorum, quibus Tractus ille abundat. Gjannabius ait: ناحية وادي القرى على سبع ليال من المدينة *Tractum* Wâdi'l-Korâ *ab* Medina *dissitum esse septem dierum itinere.* *Al-Edrisius* inter *Al-Hag'r*, & *Wâdi'l-Korâ*, ponit unius diei iter; ita etiam *Ebn-Hawkal*: Sed Abu'l-Feda noster in Descript. Arabiæ pag. 43. اقول لم يحصل ذلك فان بينهما اكثر من خمسة ايام *Ego dico*, inquit, *hoc non congruere; nam inter utrumque plus est, quam iter quinque dierum.* Iter hoc aggressus est Mohammed mense Gjomâda anni Hegiræ septimi. De hac Expeditione plura videbimus in Gjannabio.

b *Desponsaret* Pompa hujus Desponsationis magnifice describitur ab *Abdo'l-Bakide* in Hist. Æthiop. Parte 2. cap. 3. Hic tantùm Formulam Orationis, quam in illa Ceremonia recitavit *Al-Nagjâshius*, ex eodem Auctore apponemus: وخطب النجاشي وقال الحمد لله الملك القدوس السلام المومن المهيمن العزيز الجبار واشهد ان لا اله الا الله وان محمدا عبده ورسوله وانه الذي بشر به عيسى ابن مريم صلعم اما بعد فان رسول الله صلعم كتب الي ان ازوجه ام حبيبة بنت ابي سفيان فاجبت الى ما دعا اليه رسول الله صلعم وقد اصدقتها اربعماية دينار ثم سكب الدنانير بين يدي القوم *Tunc Sponsalium Orationem pronunciavit* Al-Nagjâshius *dicens*: Laus Deo, Regi Sanctissimo, Pacifico, Fideli, Veraci, Potenti, Maximo. Testor non esse Deum, nisi Deum; Et Mohammedem esse servum ejus, & Apostolum ejus; cumque esse, quem Isa (Jesus) *Mariæ* filius, cui Deus benedicat, & salutem largiatur, prænunciavit venturum Porrò Apostolus Dei ... scripsit ad me, ut Ego ipsi uxorem conjungerem *Omm Habîbam Abu-Sofiani* filiam. Quare petitioni Apostoli Dei ... libentissimè annuo: Quin etiam Dotis vice quater centum Denarios (aureos) do. *His dictis coràm universo populo Denarios numeravit.* Munera insuper regiæ magnificentiæ ad Mohammedem destinavit, quæ toto sequenti capite describit *Abdo'l-Bakides*. Porrò autem hujus Matrimonii, quo Mohammedem inter & Abu-Sofiânum hactenùs inimicissimos, tandem intercessit affinitas, volunt mentionem fieri in Al-Cor. Sur. 60. v. 7. his verbis: عسى الله ان يجعل بينكم وبين الذين عاديتم منهم مودة والله قدير والله غفور رحيم *Fortè an eveniet, ut Deus ponat inter vos, & inter illos, quos hostes habetis ex eis, amicitiam: Nam Deus est Potens, & Deus est condonator, misericors.* Nondum tamen ideo reconciliatio sequuta fuit, ut infra mox patebit.

Anno ab O.C. five à Lapfu Adami, fecundum Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Chrifti 637.
Hegjræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Chrifti Vulg. 628. Capit die 11. Maii, feria 4.

phetæ . . . quadringentos denarios. Cujus rei cum fama ad *Abu-Sofiânum* perlata effet, dixit: *Hic eft Camelus Admiffarius, cujus nares capiftro non coercentur.* Venit itaque illa ad Prophetam . . . Tunc Apoftolus Dei . . . auctor fuit *Moflemis*, ut illos, qui jam ex *Al-Habafha* reduces aderant in Sortitionem prædæ *Chaibarenfis* admitterent: Quod & illi ultrò fecere.

Tempore Belli *Chaibarenfis* obtulit Prophetæ . . . [a] *Zainab Al-Hârethi* filia, Judæa, ovem veneno infectam; cujus cum accepiffet fruftulum, ac manducatum ore rursùs expuiffet, dixit: *Narrat mihi hæc ovis veneno fe infectam effe.* Deinde cùm morbo, quo mortuus eft, laboraret, dixit: [b] *Non defiit me fubinde vifere bolus* Chaibarenfis; *hoc autem tempore ipfæ cordis venæ mihi rumpuntur.*

صلعم اربعماية دينار ولما بلغ اباها ابا سفيان ان النبي صلعم تزوجها قال ذلك الفحل الذي لا يقرع انفه فقدمت الي النبي صلعم وكلم رسول الله صلعم المسلمين في ان يدخلوا الذين حضروا من الحبشة في سهامهم من الغنم ففعلوا

وفي غزوة خيبر اهدت الي النبي صلعم زينب بنت الحارث اليهودية شاة مسمومة فاخذ منها قطعة ولاكها ثم لفظها وقال تخبرني هذه الشاة انها مسمومة ثم قال في مرض موته ان اكلة خيبر لم تزل تعاودني وهذا زمان انقطاع ابهري

## CAP. XLVI.

### *De* Legatis, *quos Propheta . . . mifit ad Reges.*

### ذكر رسل النبي صلعم الي الملوك

* Menfe *Moharram*. Ita Gjannab.

HOC anno, nempe feptimo*, [c] mifit Propheta . . . Literas fuas, & Legatos fuos ad Reges, ut illos ad *Iflamifmum* vocaret. Et quidem ad *Kefram* (Cofroem cognomento,) [d] *Parvîz, Hormozi* filium Legatum mifit

في هذه السنة اعني سنة سبع بعث النبي صلعم كتبه ورسله الي الملوك يدعوهم الي الاسلام فارسل الي كسري برويز بن هرمز

a *Zaïnab.* Hæc fuit foror *Marhabi* illius, quem *Alî* in obfidione Caftelli *Al-Kamûs* fingulari certamine interfecerat; quare necem fratris fui ultura Mohammedi, cæterifque ejus convivis, venenum propinavit. Inquit Ebn-Ifhak: وذلك بعد ما دخل النبي صلعم حصن القموص واطمان اهدت له زينب شاة مصلية مسمومة كلها لكن جعلت السم في الذراع اكثرمما في باقي الاعضا لانها سالت اي عضو من الشاة احب الي محمد فقيل لها الذراع *Id accidit poftquam ingreffus effet Propheta . . . in Caftellum* Al-Kamûs, *ibique, dùm cum omnimoda fecuritate verfaretur, obtulit ei* Zainab *ovem affam, totam quidem veneno infectam, adeò tamen, ut plus veneni* Armo, *quam cæteris membris indiderit. Prius enim rogaverat quodnam potiffimùm affæ* Ovis *membrum* MOHAMMEDI *placeret? Et refponderant ei*: Armus.

b *Non defiit.* Hunc locum vir cl. Pocockius luculento commentario illuftravit Specim. Hift. Arab. p. 189. poftquam integrum Paragraphum ex Auctore noftro defcripfit, & Verfione Latina donavit. *Poftrema hæc verba*, inquit ille, *paulo aliter referunt* Ebno'l-Athir, *&* Ebn-Phares. *Scil.* ما زالت اكلة خيبر تعاودني فهذا اوان قطعة ابهري *quæ fic explicat* Ebno'l-Athir, ما زالت تراجعني ويعاودني الم سمها في اوقات معلومة Non defiit ad me reverti buccella *Chaibarenfis*, ita ut me certis temporibus fubinde viferit, vel cruciaverit dolor veneni ejus; hac autem vice venas cordis mei perrumpit. *Ejufdem ovis efu è medio, ftatim antequam loco moveretur, fublatus eft è fociis ipfius* Bafhar *quidam, qui præproperè ejus partem aliquam deglutiverat, cui tres annos fuperftes fuit* Mohammedes. &c. Reliquam Hiftoriæ partem fufiùs in ipfo Gjannabio videbimus, à quo pauca quædam propofito fuo facientia mutuatus eft Vir Doctiffimus, quæ ibidem in antecefſum poteft confulere curiofus Lector.

c *Mifit.* Quomodo hæc *Legatorum* Miffio facta fit, narratur in Libro الانوار *Splendorum*, Auctore Abu-Zeid Seid his verbis: روي ابو سعيد النيسابوري بسنده الي عبد الرحمان ابن عبد القاري ان رسول الله صلعم قام ذات يوم علي المنبر خطيبا فحمد الله واثني عليه وتشهد ثم قال اما بعد فاني اريد ان ابعث بعضكم الي ملوك الاعاجم فلا تختلفوا علي كما اختلفت بنوا اسرايل علي عيسي فقال المهاجرون يا رسول الله والله لا نختلف عليك ابدا فمرنا وابعثنا *Tradit* Abu-Sa'îd Al-Naïfabûrienfis *ex Relatione* Abdo'l-Rahmâni Abdo'l-Kâri *filii, quæ fic habet*: Die quodam Apoftolus Dei . . . ftetit in Suggefto ad concionandum: Et quidem primò Deum glorificavit, ejufque laudes celebravit. Deinde Teftatione, feu Profeffione Fidei recitata, in hunc modum peroravit: *Porrò autem Ego volo ex vobis quofdam* Legatos *mittere ad* Reges Barbaros. *Qua in re ne mihi adverfemini, quemadmodum adverfati funt filii* Ifraelis IsÆ (Jefu.) Refponderunt *Mohâgjerû*, (i. e. Fugæ comites:) O *Apoftole Dei, nufquam adverfabimur tibi, etiam ufque ad mortem*: *Jam itaque mitte nos*.

d *Parvîz.* Is erat 23. *Perfarum* Rex è *Saffanidarum* Dynaftia. Varias hujus cognominis Etymologias videfis in Bibliotheca Orientali Viri Doctiffimi D. Herbeloti pag. 997. col. 2. in fine. Tum etiam Hiftoriam regni ejus pag. 996. col. 1. Abu'l-Feda nofter obfervat tempore hujus Regis Fugam Mohammedis contigiffe, idque accuratiffime, quare ejus verba apponemus: ولمضي اثنين وثلاثين وخمس اشهر وخمس عشر يوما من ملك برويز هاجر النبي صلعم من مكة الي المدينة *Anno regni* (Cofrois

عبد الله بن حذافة فمزق كسرى
كتاب النبي صلعم وقال يكاتبني
هذا وهو عبدي ولما بلغ النبي صلعم
ذلك قال مزق الله ملكه

ثم بعث كسرى الى باذان
عامله باليمن ان ابعث اليه هذا
الرجل الذي في الحجاز فبعث باذان
الى النبي صلعم اثنين احدهما يقال
خرخرة وكتب معهما يامر النبي
صلعم بالمسير الى كسرى فدخلا
على النبي صلعم وقد حلقا لحاهما
وشواربهما فكره النبي صلعم النظر
اليهما وقال ويلكما من امركما بهذا
قالا ربنا يعنيان كسرى فقال النبي
صلعم لكن ربي امرني ان اعفي عن
لحيتي واقص شواربي فاعلماه بما قدما
له وقالا ان بعلت كتب فيك باذان
الى كسرى وان ابيت فهو مهلكك
فاخر النبي صلعم الجواب الى الغد

واتى الخبر من السما الى
النبي صلعم ان الله قد سلط
على كسرى ابنه شيروية فقتله

[a] *Abdo'llahum Hodhâfæ* filium. Sed *Kesra* Epistolam Prophetæ... laceravit: *Itane*, inquit, *audet ad me scribere iste, qui est meus servus?* Quod ubi Prophetæ... nunciatum est, dixit: *Dilacerabit Deus Regnum ejus.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222. A Nativitate Christi 637. Hegiræ 7. Ætatis Mohammedis 59. Æræ Christi Vulg. 628. Cœpit die 11 Maii, feria 4.

Deinde misit *Kesra* ad [b] *Bâdhânum Al-Yemen*, (Arabiæ felicis,) Præfectum suum, ut istum hominem, qui erat in *Al-Hegjaz*, ad se protinùs amandaret. *Bâdhân* autem misit ad Prophetam duos viros, quorum unus appellabatur *Charchara*, & simul cum eis Epistolam, qua Prophetam... jubebat ad *Kesram* proficisci. Illi itaque ad Prophetam... ambo caput & pubem abrasi ingressi sunt. At Propheta... ne quidem dignatus est eos aspicere. *Væ vobis*, inquit; *quis tale vobis mandatum dedit?* Responderunt: *Dominus noster.* Innuebant *Kesram. At verò*, inquit Propheta... *jussit mihi Dominus meus, ut de barba mea aliquid avellam, & pubem meam præcidam.* Tum significant ei qua de causa venerint. *Quæ quidem*, inquiunt, *si animum tuum perturbant, pro te ad* Kesram Bâdhân *perscribet. Si enim morem gerere detrectas, te procul dubio ille disperditurus est.* Distulit responsum Propheta... usque mane sequentis diei.

Interea venit ad Prophetam... nuncius de cœlo, Deum adversùs *Kesram* ipsiusmet filium [c] *Shîrûiam* suscitasse, qui illum interfecit.

*cognomento*) Parvîz *trigesimo secundo elapso, cum quinque mensibus, & quindecim diebus Fugit Propheta ab* Mecca Medinam. Qui annus incidit in annum 12. Heraclii Imperatoris juxta eundem Auctorem nostrum, uti supra pag. 45. ostendimus.

a *Abdo'llahum.* Hujus loco Naisaburiensis ponit شجاع بن وهب *Shagjâ'um Wahabi filium*, sed Auctor noster nititur Authoritate Al-Bocharii in *Sonna*, cujus hæc sunt verba: ورسول الله صلعم بعث بكتابه الى كسرى مع عبد الله بن حذافة السهمي فامره ان يدفعه الى عظيم البحرين فدفعه عظيم البحرين الى كسرى *Misit Apostolus Dei... Epistolam suam ad* Kesram *per* Abdo'llahum Hodhâfæ *filium*, Al-Sahamitam, *jubens, ut illam deferret ad Principem* (Provinciæ) Bahraïn. *Et Princeps* Bahraïn, *illam tradidit* Kesræ.&c. Econtra verò Naisaburiensis ait *Shagjâ'um* rectà venisse ad *Kesram*, qui tunc erat, in urbe regia *Al-Madâïen*. Tum sic pergit: المداين فلما دخل عليه امر كسري بكتاب رسول الله صلعم ان يقبض منه قال شجاع لا حتى ادفعه انا كما امرني رسول الله صلعم قال كسري وادنه فدنا فناوله الكتاب ثم دعا كاتبا له من اهل الحيرة فقراه فاذا فيه بسم الله الرحمن الرحيم من محمد بن عبد الله ورسول الله الى كسري عظيم فارس فاغضبه حين بداء رسول الله بنفسه وصاح وغضب ومزق الكتاب قبل ان يعلم ما فيه وامر بشجاع ابن وهب فاخرجه *Cumque ingressus esset ad illum, jussit* Kesra *ab eo accipi Epistolam Apostoli Dei... Dixit* Shagjâ': Nequaquam; sed Ego ipse tradam, quemadmodum præcepit mihi Apostolus Dei... *Annuente itaque* Kesra, *accessit, & Epistolam obtulit. Tunc vocavit Scribam suum, qui erat civis urbis* Hiræ; *ut eam legeret: Sic autem incipiebat*: In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis. MOHAMMED Abdo'llahi filius, APOSTOLUS Dei, KESRÆ *Imperatori* Persarum. *Quibus auditis ille ira excanduit, eò quod Apostolus Dei à semetipso ordiretur. Et exclamans, & furore percitus Epistolam laceravit, priusquam cognosceret quid in ea contineretur*; *&* Shagjâ'um Wahabi *filium à se ejecit.*

b *Bâdhânum.* Nomen hujus Præfecti vir cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 65. scribit بازان *Bazan*, Sed ipse Abu'l-Feda, Gjannabius, aliique omnes Historici constanter scribunt باذان *Bâdhân*. Job. Ludolfus, qui illum pro Rege aliquo Æthiopum accipiebat, uti vidimus supra p. 25. Bazenum appellavit.

c *Shîrûiam.* Hoc fuit cognomen *Cobâdi* filii *Parvîz*. Græcis, & Latinis Historicis appellatur *Siroes*. Abu'l-Feda in vita *Parvîz* narrat *Shîrûiam* ad Patrem suum e carcere eductum, priusquam illum interfici juberet, hanc orationem habuisse: لا تعجب ان انا قتلتك فاني ابتدى بك في سملك عيني ابيك هرمز وقتلته ولولم تفعل ذلك مع ابيك ما اقدم عليك ولدك بمثل ذلك *Ne mireris, si te interfecero; Ego enim exemplum tuum sequor, dum patris tui* Hormozi *oculos candenti ferro eruisti, ac deinde ipsum occidisti. Quod si tale facinus in Parentem tuum non perpetravisses, nequaquam in te simili facinore violentas manus injecisset filius tuus.* Atque his dictis satellitibus suis jussit, ut illum confoderent, quod & protinùs fecerunt. Addit Auctor noster loco citato quæ ad Chronologiam spectant, cum summa ἀκριβείᾳ:

Anno ab O.C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Chriſti 637.
Hegiræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Chriſti Vulg. 628. Cœpit die 11. Maii, feria 4.

Mane facto advocat illos Apoſtolus Dei... atque hæc eis renunciat. Quibus hæc inſuper adjicit: *Religio mea & Imperium meum ad illud magnitudinis faſtigium perventura ſunt, quo pervenit regnum* Keſræ. *Dicite igitur* Bâdhâno, *ut Iſlamiſmum amplectatur.* Reverſi illi ad *Badhânum* hæc retulerunt. Nec multo poſt allatæ ſunt literæ *Shîrûïæ* ad *Bâdbanum*, quibus illum certiorem faciebat, ſe patrem ſuum *Keſram* interfeciſſe; ac proinde ne amplius Prophetæ ... moleſtiam inferret. Tunc *Iſlamiſmum* profeſſus eſt *Bádhán*, ut & *Perſæ*, qui cum eo erant.

فدعاهما رسول الله صلعم واخبرهما
بذلك وقال لهما ان دينى
وسلطانى سيبلغ ما بلغ ملك
كسرى فقولا لباذان اسلم
فرجعا الى باذان واخبراه بذلك
ثم ورد مكاتبة شيرويه الى
باذان بقتل ابيه كسرى وان
لا يتعرض الى النبى صلعم فاسلم
باذان واسلم معه ناس من فارس
الذين معه

Ad [a] *Cæſarem* autem Regem *Romanorum* legatum miſit *Dohïam Holaifæ* filium *Al-Calbîtam.* Hunc cum magno honore excepit *Cæſar*, qui & [b] Epiſtolam Apoſtoli Dei ... in pulvinari ſuo depoſuit; ipſumque *Dohiam* cum egregiis muneribus dimiſit.

وارسل دحية بن خليفة الكلبي
الى قيصر ملك الروم فاكرم
قيصر دحية ووضع كتاب رسول
الله صلعم على فخذه ورد دحية
ردا جميلا

وكان هلاك برويز لمضي خمس سنين وستة اشهر وخمسة عشر يوما للهجرة *Interitus* (Choſrois) Parvîz *contigit anno* Hegiræ *elapſo quinto cum menſibus ſex, & diebus quindecim.* Quem computum calculis ſubductis probat hoc modo: لانه من السنة الثانية والاربعين من ملك انوشروان وهي سنة مولد رسول الله صلعم الي نصف السنة الثالثة والثلثين من ملك برويز وهي عام الهجرة ثلاث وخمسون سنة وبيان ذلك ان رسول الله صلعم ولد في السنة الثانية والاربعين من ملك انوشروان وهاجر رسول الله لما كان له من العمر ثلاث وخمسون سنة فيكون لرسول الله صلعم سبع سنين في ايام انوشروان واثنتا عشر سنة في ايام هرمز بن انوشروان وسنة ونصف بالتقريب في فترة التي كانت بين امساك هرمز وبين استقرار ابنه برويز وايضا وثلثون سنة بالتقريب من ملك برويز ومجموع ذلك ثلاث وخمسون سنة وعلي ذلك فتكون السنة الثالثة والثلاثون من ملك برويز هي السنة الخامسة والثلثون وتسع مائة للاسكندر بالتقريب *Nam ab anno regni* Anûſhirwâni 42. *qui fuit Apoſtoli Dei.. natalis ad annum dimidium regni* Parvîz 33. *qui quidem fuit annus* Fugæ, *effluxerunt anni* 53 *Quod ſic demonſtratur: Natus eſt Apoſtolus Dei ... anno regni* Anûſhirwâni 42. Fuga *autem Apoſtoli Dei ... contigit, cùm ipſe eſſet natus annos* 53. *ex quibus tempore ejuſdem* Anûſhirwâni *vixit annos* 7. *deinde tempore* Hormozi Anuſhirwâni *filii vixit annos* 12. *tum inter Detentionem, ſeu Abdicationem* Hormozi, *& Confirmationem filii ejus* Parvîz, *fuit interregnum unius anni cum ferè dimidio. Denique vixit ſub regno* Parvîz *annos fermè* 32. *Summa eſt annorum* 53. *Atque juxta hunc computum annus regni* Parvîz 33. *incidit in annum* Alexandri 935. *præter propter.* Tum demum ſic concludit وكانت مدة ملك برويز ثمانيا وثلثين سنة فيكون هلاك برويز في سنة اربعين وتسعمائة للاسكندر *Duratio autem regni* Parvîz *fuit annorum* 38. *Ejuſque interitus incidit in annum* Alexandri 940. In Libro dicto *Sairat* Ebn-Heſham dicitur, quod *Gabriel* Mohammedi revelaverit, Necem *Parvîz* eveniſſe nocte 13. menſis *Gjomâdæ* prioris, præciſe بعد ما مضى من الليل سبع ساعة *poſtquam præterierat hora noctis ſeptima.* Quo momento filius ipſius بقر بطنه *ventrem ejus perfodit.* Cedrenus Hiſtor. Comp. pag. 419. καὶ αὐτὸν τόξοις ἀνεῖλε, *& ipſum ſagittis confecit.*

a *Cæſarem.* Is erat *Heraclius*, cujus nomen Arabes vulgo ſcribunt هرقل *Herakl.* Obſervat Auctor noſter cap. *de Regibus Romanorum*, quod اسمه بالرومي ارقلدوس *nomen ejus in Lingua* Romana *ſit* Eraclius.

b *Epiſtolam.* Refert Ahmed Ben Joſeph Hiſtoriæ ſuæ Generalis Sect. 54. cap. 9. *Heraclium* Imperatorem tunc temporis *Conſtantinopoli* profectum per *Syriam* iter habuiſſe; cumque ad urbem حمص *Hems*, (i. e. Emeſſam,) perveniſſet *Dobiam* Mohammedis Legatum eo acceſſiſſe, atque Epiſtolam obtuliſſe. At verò Auctor Libri *Splendorum*, ex Traditione Abu-Sofiâni, ait *Dobiam* veniſſe ad عظيم بصرى Præfectum *Boſræ*, qui Epiſtolam *Heraclio* tradidit; quam cum ille aperuiſſet, & ecce in ea ſcriptum erat: بسم الله الرحمن الرحيم من محمد بن عبد الله رسول الله الي هرقل عظيم الروم سلام علي من اتبع الهدى اما بعد فاني ادعوك بدعاية الاسلام فاسلم تسلم يؤتيك الله اجرك مرتين وان توليت فان عليك اثم الاريسيين يا اهل الكتاب تعالوا الى كلمة سواء بيننا وبينكم ولا نعبد الا الله ولا نشرك به شيا ولا يتخذ بعضنا بعضا اربابا من دون الله فان تولوا فقولوا اشهدوا بانا مسلمون *In nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis* MOHAMMED Abdo'llahi *filius*, APOSTOLUS DEI Heraclio Romanorum *Imperatori Salutem. Pax ſuper illum, qui ſequitur Directionem* (veræ Religionis.) *Porro autem: Ego voco te vocatione* Iſlamiſmi. *Amplectere igitur* Iſlamiſmum; *eſto* Moſlemus; *&* Deus *retribuet tibi mercedem duplicem. Quod ſi autem renueris facere, jam reus eris criminis* Paganorum. O Populc Libri (Chriſtiani,) *accedite ad loquendi modum æqualem inter nos, & inter vos; neque*

Ad

وارسل حاطب بن ابي بلتعة
بالكتاب الى صاحب مصر وهو المقوقس
جريج بن متى فاكرم حاطبا واهدى
الى النبي صلعم اربع جوار وقيل
جاريتين احداهما مارية وولدت
من النبي صلعم ابرهيم ابنه واهدى
ايضا بغلة النبي صلعم دلدل
وحمارة يعفور

وكان من ارسل الى النجاشي
عمرو بن امية فبعل كتاب

Ad Dominum *Ægypti*, qui erat [a] *Al-Mokawkas*, cognomento *Harib Mattai* (seu *Matthæi*) filius, legatum misit *Hâtebum Abu-Baltaæ* filium. Hunc quoque *Hâtebum* ille honorifice excepit; & insuper ad Prophetam... quatuor gemmas pretiosas dono misit; &, uti aiunt, duas puellas, quarum una appellabatur *Maria*, quæ ex Prophetâ... peperit *Ibrahîmum* filium ipsius. Dono etiam adjecit Mulam Prophetæ... nomine *Daldal*, & Asinam dictam *Ya'fûr*.

Ad [b] *Al-Nagjâshium* (regem *Æthiopiæ*,) jam legatum miserat [*] *Amrûum Omaiæ* filium. Et ille

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Christi 637.
Hegiræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Christi Vulg. 628 Cœpit die 11 Maii, feria 4.

[*] De quo vide supra p. 91.

*colamus, nisi* Deum, *neve associemus ei rem ullam, neve nos invicem* Dominos *nuncupemus præter* Deum: *Quod si vos facere recusetis, at saltem dicite, testemini, nos esse* Moslemos. Huic Epistolæ nonnulli Al-Corani versiculi subjecti erant, quibus Mohammed novam suam Religionem comprobabat, teste eodem Ahmede Ben Joseph. & Gjannabius ait: وقيل انه اسلم ولم يعدر ان يظاهره خوفا من ذهاب ملكه *Dicunt nonnulli eum* Illamismum *amplexum fuisse, sed metu, ne suum Regnum amitteret, non ausum fuisse* Moslemum *se palàm profiteri.*

a *Al-Mokawkas.* De illo sic loquitur Ebn Patrik, alias Eutychius, Historiæ suæ Tom. 2. p. 302. Edit. Pocock. وكان العامل على الخراج بمصر المقوقس من قبل هرقل الملك وكان يعقوبيا مبغضا للروم الا انه لم يكن يقدر ان يظهر مقالته اليعقوبية لئلا يقتلوه وكان ايضا قد اقتطع اموال مصر من وقت حصار كسرى القسطنطينية وكان يخاف ان يقع في يد هرقل الملك فيقتله *Præfectus autem vectigali Ægypti, nomine* Heraclii *Imperatoris fuit* Al-Mokawkas, *qui & Jacobita fuit,* Græcos *odio habens, nisi quod sententiam suam* Jacobiticam *palàm facere ipsi visum non esset, ne ab ipsis occideretur. Quin & Ægypti reditus detinuerat, ex quo obsedit* Kesra Constantinopolim, *adeo ut timeret in* Heraclii *Imperatoris manus incidere, ne ipsum morte mulctaret.* Exemplum Epistolæ Mohammedis ad illum scriptæ nobis exhibet Ahmed Ben Joseph Hist. Gener. Sect. 54. cap. 11. quæ sic habet: بسم الله الرحمن الرحيم من محمد رسول الله الى المقوقس عظيم القبط سلام على من اتبع الهدي اما بعد فاني ادعوك بدعاية الاسلام فاسلم تسلم يوتيك الله اجرك مرتين يا اهل الكتاب تعالوا الى كلمة سواء بيننا وبينكم ان لا نعبد الا الله ولا نشرك به شيا ولا يتخذ بعضنا بعضا اربابا من دون الله فان تولوا فقولوا اشهدوا بانا مسلمون *In nomine Dei Miseratoris, Misericordis.* MOHAMMED APOSTOLUS DEI Al-Mokawkaso *Principi* Koptorum *salutem. Pax super illum, qui sequitur Directionem. Porro autem: Ego voco te vocatione* Illamismi: *Amplectere igitur* Illamismum, *esto* Moslemus: Deus *retribuet tibi mercedem duplicem.* O Popule Libri, (Christiani,) *accedite ad loquendi modum æqualem inter nos, & inter vos, neque colamus nisi* Deum, *neve associemus ei rem ullam, neve nos invicem* Dominos *nuncupemus præter* Deum. *Quod si id vos facere recusetis; at saltem dicite, testemini, nos esse* Moslemos. Responsionem *Mokawkasi* ad hanc Epistolam subjicit idem Ahmed Ben Joseph, loco citato ita pergens: فلما قراه اخذه وضمه الى صدره وجعله في حق من عاج وختم عليه ثم دعا كاتبا يكتب بالعربية فكتب لمحمد بن عبد الله من المقوقس عظيم القبط سلام اما بعد فقد قرات كتابك وفهمت ما ذكرت وما تدعوا اليه وقد علمت ان نبيا قد بقي وكنت اظن انه يخرج بالشام وقد اكرمت رسولك وبعثت اليك بجاريتين لهما مكان في القبط عظيم وبغلة شهبا وحمارا اشهب وثيابا من قباطي مصر وعسل من عسل بنها وبمال *Quam Epistolam postquam legisset, illam pectori suo reverenter adplicuit, tum in pixide eburnea recondidit, quam & suo sigillo munivit. Deinde Scribam advocans jussit ut hæc* Arabice *scriberet.* MOHAMMEDI *Abdo'llahi* filio *Al-Mokawkas* Princeps *Coptorum*, salutem. Porrò Epistolam tuam legi: Quoad illud quod commemoras, meque ad ipsum amplectendum vocas, id quidem mihi consideratione dignum videtur; jampridem enim novi PROPHETAM adhuc venturum superesse, at vero putabam illum è *Syria* proditurum. Interim Legatum tuum cum honore excepi. Mitto autem ad te duas Puellas apud *Coptos* amplissimo loco natas: Item Mulam albam, & Asinum album, & Vestes e lino *Ægyptiaco* contectas, & Mel exquisitissimum cum Butyro. Ex hac Responsione patet *Mokawkasum* Mohammedis rationibus non omninò persuasum fuisse; quamvis, ut ait Gjannabius: وكاد ان يسلم *parum abfuerit quin* Illamismum *amplecteretur.* Et anno *Hegiræ* 19. quo *Ægyptus Moslemorum* jugum subire coacta fuit, sub *Omari Chalifatu*, idem *Mokawkas* cum cæteris *Koptis* quorum principem se gerebat, *Græcorum* partes perfide deserens, ab *Amrûo Al-Asi* filio conditiones Pacis, quibus tributum solvendo, *Christianam* Religionem sibi suisque profiteri liceret, obtinuit; rogavitque, ut post obitum suum *Alexandriæ*, in *S. Johannis* Templo sepeliretur. Eutychius loco citato.

b *Al-Nagjâshium.* De hujus nominis Appellatione jam supra disseruimus p. 24. Nota a. Ejus nomen proprium fuit اصحمة *Ashama*, quod Ludolfus ex Seldeno in loco à nobis laudato supra p. 25. scribit *Atzhamus.* Verba Seldeni in Libro dicto, *Uxor Ebraica*, pag. 535. hæc sunt: *Atshama. Ita tamen, ut perquam variam nominis Scriptionem, quam & exhibet, ipse reperire fateatur, nam & scribi ait* واصحمه Watshahe, *aliasque. Et certè nemo non videt, qui elementa noverit Arabica, nomen hoc perquam exiguo scriptionis discrimine transire potuisse in* واصحمه *seu* اصحمه Azguag, *quod in regum* Æthiopum *successione libello de eis ex* Æthiopico *versô* (Romæ 1552.) *locum sanè tenet* Atshamæ *huic satis debitum.* Hactenùs Jo. Sel-

Anno ab O.C. five a Lapfu Adami, fecundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Chrifti 637.
Hegjræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Chrifti Vulg. 628. Cœpit die 11. Maii, feria 4.

Apoftoli Dei ... [a] Epiftolam benignè fufcepe-rat. *Iflamifmum* autem pridem [b] profeffus fue-rat inter manus *Gjafari Abu-Tâlebi* filii, inde ab ipfo tempore FUGÆ (primæ in *Æthiopiam*.)

Ad *Al-Hârethum Abu-Shamari* filium *Al-Gaffanitam*, legatum mifit *Shagjâ'um Wahebi* filium *Al-Afaditam*. At ille perlecta Pro-

رسول الله صلعم واسلم علي يد جعفر ابن ابي طالب حين كان عنده في الهجرة

وارسل شجاع بن وهب الاسدي الي بن ابي شمر الغساني فلما قرا كتاب

denus. Sed non admodùm rectè legit varietatem iftorum nominum, quam adducit, ut patet ex ipfo Abdo'l-Bakidis textu, qui fic fe habet: في اسمه علي اقوال اصحمة واصحمه وصحمه واصبحه بالباء الموحدة واصخمة بالخاء المعجمة ومكحول بن صعصعه واول هو المشهور *Quoad nomen illius, variæ funt ejus pronunciationes*, Ashama, *&* Afmaha, *&* Sahama, *&* Asbaha, *cum* ب Be *unico puncto infra notato*, *&* Afchama, *cum* خ Cha Perfico, *&* Machul *filius* Sa'fa'æ; *fed horum prius eft magis commune*.

a *Epiftolam*. Hoc eft Exemplum hujus Epiftolæ Mohammedis ad *Al-Nagjâfhium*, prout extat Parte. 2. c. 2. Libri de *Excellentiis Habeffinorum*, Auctore Mohammede Abdo'l-Bakide: بسم الله الرحمن الرحيم من محمد رسول الله الي النجاشي اصحمة ملك الحبشة سلام عليك اما بعد فاني احمد اليك الله لا اله الا هو الملك القدوس السلام المومن المهيمن واشهد ان عيسى ابن مريم روح الله وكلمته القاها الي مريم البتول الطيبة الحصينة فحملت بعيسى فخلقه من روحه ونفخه كما خلق ادم بيده ونفخه واني ادعوك الي الله وحده لا شريك له والموالاة علي طاعته وان تومن بي وتتبعني وبالذي جاءني فاني رسول الله وقد بعثت اليك ابن عمي جعفر ومعه نفر من المسلمين فاذا جاوك فاقرهم ودع التجبر واني ادعوك وجنودك الي الله تعالي وقد بلغت ونصحت فلقبلي نصيحتي والسلام علي من اتبع الهدي *In nomine Dei Miferatoris, Mifericordis.* MOHAMMED APOSTOLUS DEI Al-Nagjâfhio Ashamæ Regi Al-Habafhæ (Æthiopiæ,) *falutem. Porrò autem Ego ad te laudo* Deum, *præter quem non eft* Deus, *nifi ipfe* Rex Sanctiffimus, Pacificus, Fidelis, Protector. *Et teftor quòd* ISA (Jefus) *filius* Mariæ *eft* SPIRITUS DEI, & * VERBUM ejus; *quod quidem fupervenire fecit* Mariæ *Virgini Beatæ, Immaculatæ: Et ipfa concepit* ISAM. *Creavit autem illum* (Deus) *de Spiritu fuo, & infuflavit in eum, quemadmodum creavit* Adamum *manu fua, & infuflavit in eum. Ego vero voco te ad* Deum unicum, *cui non eft Socius; fub cujus obedientia funt* (omnes) *Poteftates. Jam ergò crede in me, & fequere me, & efto inter illos, qui venerunt ad me: Ego enim fum* APOSTOLUS DEI. *Jam mifi ad te Patruelem meum* Gjafarum, *& cum illo aliquot* Moflemos. *Cùm itaque ad te pervenerint fuftenta illos: Tu vero faftum ac fuperbiam deponito. Ego interim Te, tuafque Legiones voco ad* Deum Excelfum. *De cætero, * munere meo defunctus fum, & adhortatus fui: Supereft, ut adhortatio mea fufcipiatur. Pax fuper illum, qui fequitur Directionem.* Quanta cum reverentia & humilitate hanc Epiftolam fufceperit *Al-Nagjâfhius* defcribit Al-Wâkedius apud Abdo'l-Bâkidem Parte 2. cap. 3. انه لما ورد عليه كتابا من رسول الله صلعم وضعه علي عينيه ونزل عن سريره فجلس علي الارض تواضعا ثم اسلم وشهد شهادة الحق وقال لو كنت استطيع ان اتيه لاتيته ثم دعا بحق عاج فجعل فيه كتابي رسول الله صلعم وقال لن تزال الحبشة بخير ما زال هذان الكتابان بين اظهرهم *Statim atque allata eft ad ipfum Epiftola* Apoftoli Dei ... *illam oculis fuis adplicuit: Tum è folio fuo defcendens humi confedit profundæ humilitatis gratia. Deinde* Iflamifmum *profeffus eft, teftando Teftationem veritatis; dixitque:* O utinam mihi daretur facultas ipfum adeundi, ut coràm hoc firmum ratumque facerem! *Denique Pixidem eburneam ad fe adferri juffit, & in ea ambas* Apoftoli Dei ... *Epiftolas recondidit, dicens:* Nufquam ceffabit *Al-Habafha* (Æthiopia) effe bonis affluens, quamdiu hæc duæ Epiftolæ in confpectu illorum, (*Habeffinorum*) manebunt. Duarum Epiftolarum mentionem facit, quarum primam jam fcripferat Mohammed, tum ut focios fuos profugos repofceret, tum ut *Omm Habibam* in conjugem peteret; de qua fupra pag. 91.

b *Profeffus fuerat*. Id ipfe teftatur *Al-Nagjâfhius* in fua ad Epiftolam Mohammedis Refponfione, cujus hoc eft Exemplum ex eodem Abdo'l-Bakide, qui habuit ex Bagawio, & Al-Wâkedio: بسم الله الرحمن الرحيم الي محمد رسول الله صلعم من النجاشي اصحمة بن ابحر سلام عليك يا رسول الله ورحمة الله وبركاته لا اله الا هو الذي هداني للاسلام اما بعد فقد بلغني كتابك يا رسول الله فيه ما ذكرت من امر عيسى فورب السماء والارض ان عيسى ما يزيد علي ما ذكرت تفروقا وقد عرفنا ما بعثت به الينا وقد قردنا ابن عمك واصحابه فاشهد انك رسول الله صادقا مصدقا وقد بايعتك وبايعت ابن عمك واسلمت علي يديه لله رب العالمين وقد بعثت اليك يا نبي الله ابني ارحا بن الاصحمة فاني لا املك الا نفسي وان شيت ان اتيك فعلت يا رسول الله فاني اشهد ان ما تقوله حق *In nomine Dei Miferatoris, Mifericordis.* MOHAMMEDI APOSTOLO DEI ... Al-Nagjâfhius, Ashama Abhari *filius, falutem. Pax fuper te,* O APOSTOLE DEI, *& Mifericordia ejus, & Benedictiones ejus. Non eft* Deus *nifi ipfe, qui ad* Iflamifmum *perduxit me. Porrò autem: Pervenit ad me* Epiftola *tua,* O APOSTOLE DEI, *in qua ad illud, quod memoras de* ISA (Jefu,) *teftor per Dominum cæli & terræ,* ISAM ipfum, *præter id quod narras, nihil amplius addidiffe. Jam agnovimus id quod in ea mififti ad nos; & hofpitio recepimus Patruelem tuum & focios ejus. Teftor autem te effe* APOSTOLUM DEI *veracem, & veridicum: Jam etiam Juramentum præftiti tibi, & Patrueli tuo, & fimul* Iflamifmum *profeffus fum in manibus ejus* Deo, Domino *fæculorum. Jam quoque mifi ad te,* O APOSTOLE DEI, *filium meum* Arihâum Al-Ashamæ *filium. Ego verò non poffideo, nifi animam meam. Quod fi volueris, ut veniam ad te, faciam,* O APOSTOLE DEI. *De cætero, teftor id, quod tu dicis, effe veritatem.* Quomodo Rex *Æthiopiæ Iflamifmum* profeffus fuerat defcripfimus fupra pag. 26. in Not.

* Confer. Al-Coran. Sur. 4. v. 169.

* Confer. Al-Coran. Sur. 7. v. 63. & 80

phetæ ...

النبي صلعم فال ها انا سابر اليه فقال
النبي صلعم لما بلغه ذلك باد ملكه

phetæ... Epiftolâ, *Ego*, inquit, *mox ad ipfum proficifcar.* Quo ejus accepto refponfo Propheta... dixit: *Malè pereat regnum ejus.*

وارسل سليط بن عمرو الي هوذة
بن علي ملك اليمامة وكان
نصرانيا فقال هوذة ان جعل
الامر من بعده سرت اليه فاسلمت
ونصرته والا قصدت حربه فقال
النبى لا ولا كرامة اللهم اكفه
فمات بعد قليل وكان قد ارسل
هوذة رجلا فقال له الرجال اقدم
الي النبي وقدم فاسلم وقرا سورة
البقرة وفقه ورجع الي اليمامة
فارتد وشهد ان النبي صلعم
اشرك معه مسيلمة الكذاب
في النبوة

Ad *Howadham Alî* filium, *Al-Yemâmæ* Regem, legatum mifit *Solaïtum Amrûi* filium. *Howadha* autem erat *Chriftianus*, dixitque: *Si rem adhuc pofthac mihi propofuerit, poftquam jam illum adii, & Iflamifmum profeffus fum, & opera mea ipfum juvi; Ego bellum ei inferre decrevi.* Quo audito refponfo Propheta... dixit: *Nequaquam, minimè, inquam, illum pofthac tanto honore dignaturus fum: O Deus, cohibe illum, & intra breve tempus moriatur.* Et quidem ifte *Howadha* jam antea hominem miferat; fed dixerunt ei nonnulli; *tu ipfe pergito ad Prophetam.* Venit itaque, & *Iflamifmum* profeffus fuit, & lecta * Surata, cui Titulus eft *Al-Bakara*, (i. e. Vacca,) intelligentiam adeptus fuit. Poftquam autem in *Al-Yemâmam* reverfus eft, Apoftatavit: Tum deinde, Prophetam... fecum adfociaffe *Mofailamam* mendacem in Prophetico munere, palàm dictitabat.

Anno ab O.C. five à Lapfu Adami, fecundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Chrifti 637.
Hegiræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Chrifti Vulg 628. Cœpit die 11 Maii, Feria 4.

* Al-Cor. Sur. 2.

وارسل العلاء الحضرمي الي
ملك البحرين وهو المنذر بن ساوي
فاسلم فهو من قتل الفرس واسلم
جميع العرب بالبحرين

Ad *Mondarum* denique *Sâwæ* filium, Regem *Al-Bahrain* legatum mifit *Al-Alâum Al-Hadhramitam.* Et ille *Iflamifmum* amplexus eft. Is eft qui *Perfis* magnam poftea cladem intulit. Tum deinde *Iflamifmo* nomen dedere omnes *Arabes*, qui *Al-Bahrain* incolebant.

## CAP. XLVII.

ذكر عمرة القضاء

*De Vifitatione-facra dicta* [a] Al-Kadhâ, (*i. e.* Confummationis, *five* Complementi.)

ثم خرج رسول الله صلعم في
ذي القعدة من سنة سبع
معتمرا عمرة القضاء وساق معه
سبعين بدنة ولما قرب من مكة

POftea menfe *Dhu'l-Ka'ada* anni feptimi egreffus eft Apoftolus Dei... Vifitationem facram intendens peragere dictam *Al-Kadhâ.* Agebat autem fecum camelos facrificio deftinatos feptuaginta: Cumque *Meccam* appro-

a *Al-Kadhâ.* Eft *Confummatio*, *Perfectio*, *Complementum*; nomen verbale à قضى quod inter alia fignificat, *Abfolvit*, *finivit*, *confummavit.* Ratio hujus appellationis eft quod, cùm anno præcendente menfe *Dhu'l-Ka'ada*, Mohammed à *Meccenfibus*, ne *Meccam* ingrederetur, loca facra vifitandi caufa, prohibitus fuerit, uti vidimus fupra pag 85. & 86. demùm facta cum illis Pace, de qua pag. 87. ftatuit hoc anno, eodemque menfe *Dhu'l-Ka'ada* Vifitationem facram, quam intendebat, complere. Siquidem una è conditionibus Pacis fuerat, ut Mohammedi, fociifque ejus liceret in pofterum certis quibufdam legibus, loca facra vifitandi gratia, *Meccam* ingredi. Qua de re, quæ non fine Miraculo tranfacta fuit, audiendus ipfe Al-Bocharius in *Sonna*:
ذكر انس عن البراء قال اعتمر النبى صلعم في ذي القعدة فابى اهل مكة ان
يدعوه يدخل مكة حتي قاضاهم علي ان يقيم بها ثلثة ايام فلما كتبوا الكتاب
كتبوا هذا ما قاضانا عليه محمد رسول الله فالوا لا نقر بهذا لو نعلم انك رسول الله
واذا محمد بن عبد الله ثم قال لعلي امح رسول الله قال لا والله لا امحوك ابدا فاخذ
رسول الله صلعم الكتاب وليس يحسن يكتب فكتب هذا ما قاضى عليه محمد
بن عبد الله لا يدخل مكة السلاح الا السيف في القراب وان لا يخرج من اهلها باحد
ان اراد ان يقيم بها *Narrabat* Anas *ex* Al-Barâo *inquiens*: Menfe *Dhu'l-Ka'ada* (anni *Hegiræ* fexti,) Apoftolus Dei... Vifitationem-facram indixerat: Sed *Meccenfes* noluerunt ei facultatem concedere *Meccam* intrandi. Poftmodum verò, (Pace inita) ftipulatus eft cum illis fe per tres dies tantùm *Meccæ*, (ad Vifitationem complendam,) moraturum. Ubi autem ad fcribendum Diploma acceflerunt, fcripfere (Mohammedis Scribæ:) *Hæc funt conditiones, quas nobifcum ftipulatus eft* MOHAMMED APOSTOLUS DEI. Ibi (*Meccenfes*) dixerunt: *Hujufmodi nequaquam ratum habebimus*: *Nos enim* (*volumus fcribi*:) MOHAMMED ABDO'LLAHI *filius.* Tunc ad *Alîm* dixit: *Deleto iftud*, APOSTOLUS DEI. At ille, *Minimè verò*, inquit, *Per Deum! Non delebo te in æternum.* Mox Apoftolus Dei Chirographum accepit, & quamvis prorsùs fcribendi imperitus effet, fcripfit: *Hæ funt conditiones, quas ftipulatur* MOHAMMED ABDO'LLAHI *filius*: *Non ingredietur* Meccam *armatus, nifi tantùm accinctus gladio, eoque in vagina recondito*: *Neminem ex ejus civibus fecum inde exire compellet, fi ifte civis in ea remanere voluerit.* &c.



pinquaret,

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222.
A Nativitate Christi 637.
Hegjræ 7.
Ætatis Mohammedis 59.
Æræ Christi Vulg 628. Cœpit die 1. Maii, feria 4.

pinquaret, inde obviàm ei processerunt *Koraïshitæ.* Illi autem [a] confabulabantur invicem, Prophetam... difficultate & molestia itineris penè esse confectum: Utque ipsum intuerentur, ad Domum conciliabuli constiterunt. At ille, statim atque ingressus est Templum, expedivit se dimidium pallii sui sub brachio dextro colligens, & oram ejus super humerum sinistrum rejiciens; ita loquutus est: *Misereatur Deus* [b] *mulieris: Ostendat eis hodie virtutem.* Mox (ter) [c] deproperavit, cum quatuor ordinariis incessibus circuitionis. Deinde *Al-Safâ*, & *Merwam* versùs iter arripiens, inter utrumque (collem) [d] discursitavit.

خرجت له قريش عنها وتحدثوا ان النبي صلعم في عسر وجهد واصطفوا له عند دار الندوة فلما دخل المسجد اضطبع بردائه وجعل وسط ردائه تحت عضده الايمن وطرفيه علي عاتقه الايسر ثم قال رحم الله امرأ اراهم اليوم قوة ورمل في اربعة اشواط من الطواف ثم خرج الي الصفا والمروة فسعي بينهما

a *Confabulabantur.* Nempe irridebant eum, sociosque ejus. Aiebant scilicet المشركون *Idololatræ* alter ad alterum, referente Al-Bochario in *Sonna*: انه يقدم عليكم وفد وهنتهم حمي يثرب *Accedit ad vos hominum turma, quos nimius* Yatrebi *calor imbelles reddidit.*

b *Mulieris*, i. e. Mohammedis ipsius, quem, propter longi itineris defatigationem exantlatam, imbellem instar Mulieris putant, atque ideo circuitibus circa *Ca'abam* peragendis minus idoneum.

c *Deproperavit.* رمل *properanter incessit*, citatiore gressu saltando ivit; idem quod هرول *tollutim*, seu glomerato gressu *incessit*, medio inter simplicem incessum, & cursum. Quod genus Gressûs Al-Gazalius sic definit, referente viro cl. Pocockio, Specim. Hist. Arab. p. 313. الاسراع في المشي مع تقارب الخطا وهو دون العدو وفوق المشي المعتاد i. e. *Properatio inter eundum gressibus contractioribus, quæ sit infra cursum, & suprà incessum communem.* Addit vir doctus: *Hac in circumeunda* Ca'aba *utuntur. Septies autem illam circumeunt, ter gressu hujusmodi concitato, atque humeros agitantes, quater magis lento, seu usitato, juxta illud à* Mohammede *acceptum*: الطواف رمل ثلثا ومشي اربعا Circuitio ter incessu citatiori peragitur, quater ordinario. *Scil. ut robur & agilitatem præ se ferant, quod primò consultò factum,* قطعا لطمع الكفار quo spem Infidelibus præciderent; postea in ritum transiit. Ita & Ebno'l-Athir: رمل الطواف هو الذي امر به النبي اصحابه في عمرة القضا ليري المشركين قوتهم حتي قالوا وهنتهم حمي يثرب وهو مسنون في بعض الاطاف دون بعض *Properatio, qua utuntur* (Ca'abam) *circumeuntes, illa est, quam sociis suis præcepit Propheta . . . in visitatione ista, quam* Consummationis *vocant, ut Idololatris robur ipsorum ostenderet, quod dicerent*: Nimius calor *Iathrebi* eos imbelles reddidit. *Observatur autem ipsa quibusdam tantùm vicibus, non omnibus*, (nempe tribus prioribus ex septem circuitionibus.) Cujus rei rationem reddens Al-Gjannabius dicit Mohammedem ita fecisse: رفقا بهم واشفاقا عليهم *ut eis parceret, & pro suo erga illos tenero affectu*: Quippe qui ex itinere jam essent defatigati. Al-Gjuzius Libro *de Ritibus Peregrinationis Meccanæ*, cap. 83. observat quod, لا ترمل المراة ولا تضطبع ولا يرمل اهل مكة *Mulieres hanc Peregrinationem non peragunt, neque se expediunt, vestes suas* (more virorum) *colligendo · Neque etiam cives Meccani Properationem perficiunt.* Pro *Mulieribus* ratio plana est, ne scilicet pudor & honestas lædatur. *Meccani* autem, cùm ex itinere non adveniant, non indigent, ut virtutem suam ostendant. Atque hic Ritus, cujus primus Auctor fuit Mohammed, etiamnum hodieque à Peregrinantibus *Moslemis* religiosè observatur; sed si credimus *Alberto Bobovio*, qui & ipse, tanquam bonus *Moslemus*, Peregrinatione *Meccana* defunctus fuit, illi, dum deproperant, in *Christianos*, non in *Meccenses*, intentionem suam dirigunt: En ejus verba Tract. *de Peregrinatione Meccana*, pag. 14. ubi Ritum hunc describit: *Et extendat* (Peregrinus) *Stolam, seu Palliolum suum sub axillas mittendi gratia, & alteram partem projiciat super humerum sinistrum, & procedat ponè* الحطيم Al-Hatîm, *seu* Murum *illum humilem, qui non pertingit usque ad medium corpus; hunc murum septies circumeat, parvis passibus, sed properando & humeros agitando in tribus prioribus Circuitibus,* اظهارا للجلادة علي المشركين *in manifestationem certaminis contra* Associatores, (*i. e.* Christianos,) *promptè & alacriter suscipiendi.* Dictio جلادة quam vertit *certamen*, propriè significat *Duritiem, robur, agilitatem* corporis: Quare subdubito an revera Ritus ille ab eis, saltem primitivæ Institutionis peritis, in *Christianos* dirigatur: Ignarum vulgus non moror.

d *Discursitavit.* Cursu dicto السعي Al-Sa'â. *Peregrinanti*, inquit Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 313. *septies discurrere, idque partim* علي هينة gravitate consueta, (seu reverentia debita,) *partim* بالسير السريع gressu citato *pars hujus cultus est.* يفعل ذلك سبعا ويرمل في موضع الرمل في كل مرة ويسكن في موضع السكون Septies hoc faciet, & unaquaque vice festinabit, ubi festinandum est; & lentè incedet, ubi lento gressu incedendum est, *inquit* Al-Gazalius, *ritus istos describens.* De duobus collibus *Safâ*, & *Merwa*, & Ritu utrumque circumeundi, expressa mentio est Al-Cor. Sur. 2. v. 160. ان الصفا والمروة من شعاير الله فمن حج البيت او اعتمر فلا جناح عليه ان يطوف بهما Porrò Safâ, & Merwa *sunt ex Signis*, seu Monumentis *Dei*: *Et qui peregrinatus fuerit ad Domum* (Caabæ,) *aut visitationem-sacram peregerit, non erit piaculum super eum, si* (collem) *utrumque circumierit.* Ubi Gelalo'ddinus: نزلت لما كره المسلمون ذلك لان اهل الجاهلية كانوا يطوفون بهما وعليهما صنمان ويمسحونهما *Cælitùs demissus fuit hic* (Versiculus,) *quando* Moslemi *hunc* (Ritum)

In

وتزوج في سفره هذا ميمونة بنت الحارث زوجه اياها عمه العباس وذكر انه تزوجها محرما وهو من خواصه ثم رجع الى المدينة

ثم دخلت سنة ثمان من الهجرة

In hoc itinere *Maïmûnam Al-Hârethi* filiam uxorem duxit, ceremoniam conjugii administrante Patruo ejus *Al-Abbâso*; qui & memoriæ prodidit, illum tunc fuisse [a] *Mohrem*, (i. e. *Sacratum*.) Quod quidem fuit unum è singularibus Privilegiis ejus. Deinde *Medinam* reversus est.

Tum cœpit annus OCTAVUS *Hegjræ*; tuncque ille *Medinæ* commorabatur.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6222. A Nativitate Christi 637. Hegjræ 7. Ætatis Mohammedis 59. Æræ Christ Vulg. 628. Cœpit die 11 Maii feria 4.

## CAP. XLVIII.

ذكر اسلام خالد بن الوليد وعمرو بن العاص

### *De* Islamismo Châledi Al-Walîdi *filii*, & Amrûi Al-Asi *filii*.

وفي سنة ثمان قدم خالد بن الوليد وعمرو بن العاص السهمي

ANno octavo accesserunt [b] *Châled Al-Walîdi* filius; [c] *Amrû Al-Asi* filius, *Al-Sahamita*,

*observare refugiebant, eo quod populus Ignorantiæ*, (Ethnici ante Islamismum,) *solebant circa istos duos* (colles) *circumire, in quibus duo erant* Idola, *quæ illi inungebant*. De quibus consule virum cl. Pocockium doctissimè disserentem Specim. Hist. Arab. pag. 128.

a *Mohrem*. Propriè ille est, qui indumento dicto احرام *Ehrâm*, i. e. *sacro* induitur Visitationem-sacram, sive Peregrinationem *Meccanam* obiturus; cujus formam describit Bobovius in Tract. de Peregr. Mecc. p. 13. Addit Ebn-Abbâs apud Al-Bocharium in *Sonna*, unde hæc Traditio desumpta est: وبنى بها وهو حلال *Deinde ingressus est ad illam, cùm jam esset* Halâl, i. e. *Solutus*, (seu veste sacra dicta *Ehrâm* exutus.)

b *Châled*. Hic ante, & post conversionem suam ad Islamismum fuit Arabum bellator fortissimus. Jam illum vidimus supra p. 66. in prælio Ohodensi Equitatûs Koraishitarum dextrum cornu agentem totam Moslemorum aciem cum ingenti strage in fugam convertere. Postquam autem ipse Moslemus factus est, inquit Auctor Libri dicti اسد الغابة *Asado'l-Gâba*, (i. e. *Leo Sylvæ*,) لم يزل يوليه رسول الله صلعم اعنة الخيل فيكون في مقدمتها في محاربة العرب *Non desiit Apostolus Dei... illum habenis equorum*, (i. e. Equitatui,) *præficere*: *Adeo ut in bellis* Arabum *semper in prima illorum acie pugnaverit*. Illum Mohammed sic comiter affatus est: قد كنت ارى لك عقلا رجوت ان الله يسلمك الى الى خير *Cùm te viderim intellectu præditum, spes mihi affulsit fore, ut Deus aliquando te mihi morigerum redderet in bonum*. Plura de illo dicemus, ubi de Bello Mûtensi.

c *Amrû*. Ille est, qui à *Koraishitis* missus fuerat Legatus, in *Æthiopiam*, ad repetendos Profugos, de quo v. supra pag 25. Is modum suæ conversionis sane singularem ipse sic narrabat, referente Ebn-Ishak in libro *Splendorum* *Quo tempore apud Regem* Æthiopiæ *legatione fungerer*: ان جاء عمرو بن امية الضمري وكان رسول الله قد بعثه في شان جعفر واصحابه فدخل عليه ثم خرج من عنده فقلت لاصحابي هذا عمرو بن امية فلو قد دخلت على النجاشي فسالته اياه فاعطانيه فضربت عنقه فاذا فعلت ذلك رات قريش اني قد اجزات عنها حين قتلت رسول محمد فدخلت عليه وسجدت له كما كنت اصنع قال مرحبا بصديقي فلت له ايها الملك اني قد رايت رجلا خرج من عندك فهو رسول رجل هو عدو لنا فاعطنيه لاقتله فانه قد اصاب من اشرافنا وخيارنا قال مد فغضب ثم مد يده فضرب بها انفه ضربة ظننت انه قد كسره فلو انشقت الارض لدخلت فيها فرقا منه ثم قلت له ايها الملك والله لو ظننت انك تكره هذا ما سالتكه قال اتسلني ان اعطيك رسول رجل ياتيه الناموس الاكبر من الذي كان ياتي موسى لتقتله قلت ايها الملك كذا هو قال ويحك يا عمرو اطعني واتبعه فانه والله انه لعلي الحق وليظهر على من خالفه كما ظهر موسى على فرعون وجنوده قلت افتبايعني له على الاسلام قال نعم فبسط يديه فبايعته على الاسلام ثم خرجت الى اصحابي وقد حال رايي عما كان عليه وكتمت اصحابي اسلامي ثم خرجت عامدا الى رسول الله صلعم لاسلم فلقيت خالد بن الوليد وذلك قبل الفتح هو مقبل من مكة فقلت اين يا ابا سليمان قال والله لقد استقام المنسم وان الرجل النبي اذهب والله فاسلم فحتى متى قلت والله ما جيت الا اسلم فقدمنا المدينة على رسول الله صلعم فتقدم خالد بن الوليد فاسلم وبايع ثم دنوت فقلت يا رسول الله اني ابايعك على ان تغفر لي ما تقدم من ذنبي ولا اذكر ما تاخر فقال رسول الله صلعم يا عمرو بايع فان الاسلام يجب ما كان قبله وان الهجرة تجب ما كان قبلها فبايعته ثم انصرفت *Ecce advenit* Amrû Omaiæ *filius* Al-Dhamrita, *Legatus Apostoli Dei... quem* Gjafari *sociorumque ejus gratia miserat*: *Ingressusque est ad* Al-Nagjâshium, *tum ab eo exivit*. *Hic Ego ad socios meos*, Is est, *inquam*, *Amrû Omaiæ* filius! Si ingressus fuero ad *Al-Nagjâshium*, & ab eo postulavero, ut mihi illum tradat, illicò percutiam collum ejus: Quod ubi fecero, intelligent *Koraishitæ* me, occidendo Mohammedis Legatum, rem ipsis gratissimam patravisse. *Quare ad illum ingressus ad-*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

& [a] *Othmân* filius *Talhæ* filii *Abdo'l-Dâri*. Et *Islamismum* amplexi sunt. Deinde contigit

وعثمان بن طلحة بن عبد الدار. فاسلموا ثم كانت

## CAP. XLIX.

*Bellum* Mûtense.

غزوة موتة

ATque hoc fuit primum bellum, quod gestum est *Moslemos* inter, & *Romanos*. Contigit autem mense *Gjômâdâ* priore anni 8. Misit Apostolus Dei... tria militum millia, quibus servum suum emptitium *Zaidum Hârethæ* filium ducem constituit. *Si is*, inquit, *occisus fuerit*, *Dux esto exercitûs* Gjafar Abu-Tâlebi *filius*; *qui si occisus etiam fuerit*, *Imperator esto* Abdo'llah Rawâhæ *filius*. Perrexerunt itaque [b] *Mûtam*, quæ est urbs ad *Syriam* pertinens

وفي اولى الغزوات بين المسلمين والروم وكانت في جمادي الاولى سنة ثمان بعث رسول الله صلعم ثلاثة الاف وامر عليهم مولاه زيد بن حارثة قال ان قتل فامير الناس جعفر بن ابي طالب وان قتل فامرهم عبد الله بن رواحة ووصلوا الي موتة من ارض الشام

*oravi, prout solitus eram facere. Dixit mihi*: Felix faustusque sit adventus tuus inter amicos. *Tum Ego*, O Rex, *inquam*, hominem vidi à te discedentem; is est Legatus hominis nobis inimici: Tradito illum mihi, quem protinus interficiam; ipse enim magnates & optimates nostros injuria affecit. *Ille indignabundus*, Apagesis, *inquit*. *Et simul extendens manum*, *eâ nasum suum tanta vi percussit*, *ut eum ictu fractum putaverim*. *Quo momento*, *si dehiscens terra sê se aperuisset*, *in profundum ejus me demisissem*, *ut ab eo divellerer*. O Rex, *inquam*, si hoc tibi displicere credidissem, nusquam à te id postulassem. *Tum ille*, Rogas, ut tibi tradam Legatum viri illius, ad quem allata est Lex longe præstantior illa, quam attulit Moses; scilicet ut illum trucides? *Respondi*: Ita se res habet, O Rex, fateor. Væ tibi, *inquit ille*, O *Amrû*; quin tu mihi obtempera, & illum sequere: Enimvero ipsa veritate nititur. Et victoriam reportaturus est adversùs cum, qui illi resistet, quemadmodum *Moses* a *Pharaone*, & exercitibus ejus victor evasit. *Tum Ego*, An tu ipse, *inquam*, Juramentum ei super *Islamismo* præstare paratus sis? Ita certè, *ait ille*. *Et statim extendens manus suas Juramentum super* Islamismo *præstitit*. *Quibus ita peractis ad socios meos discessi*, *longè animo meo mutatus ab eo facinore*, *quod intendebam*. *Socios autem meos* Islamismum *meum celavi*. *Regressus sum igitur* (ex Æthiopia,) *certus coràm Apostolo Dei*... *me quamprimùm sistere*. *Fortè autem evenit*, *ut* Chaledo Al-Walîdi *filio occurrerem*, *idque ante expugnationem* (Meccæ.) *Is ab* Mecca *itineri se dederat*. *Huic Ego*, Quo vadis, *inquam*, O *Abu-Solaimân*? *Respondit*: Per Deum! Nundinis solemnibus interesse intendo, ac simul hominem illum Prophetam convenire; & quidem, Per Deum! ut *Islamismum* amplectar, idque nulla interposita mora. *Dixi*: Neque ego vado, nisi ut etiam *Islamismum* profitear. *Perreximus itaque ambo* Medinam *ad Apostolum Dei*... *Et prior accedens* Châled Al-Walîdi *filius* Islamismo *nomen dedit*, *& Juramentum præstitit*. *Tum Ego succedens dixi*: O *Apostole Dei*, Ego Juramenti fide me obligo, ea conditione, ut mihi transacta peccata remittas: Ne ergò præteritorum memineris. *Respondit Apostolus Dei*... O *Amrû*, Tantummodò Juramentum præstes: Nam sola *Islamismi* professio quidquid ante illum commissum fuit, rescindit; & ipsa *Fuga* (Religionis causâ,) quidquid antea factum fuit, abrogat. *Quare Juramentum præstiti*, *atque ita discessi*.

a *Othmân*. Is erat Præfectus, seu Æditiuus *Ca'abæ*. Quæ dignitas, quæ appellatur ولاية البيت i.e. *Præfectura Domûs*, magnam possessoribus ejus conciliabat inter *Koraishitas* Auctoritatem inde à temporibus *Ismaelis* & filiorum ejus; qua de re vide supra p. 13. Hujus *Othmâni* conversio rem Mohammedis plurimum auxit; quomodo autem evenerit ipse quoque narrabat his verbis, quæ extant in اسناد Relationibus Al-Wâkedii ex Abu'l-Rabi'o: فلما دخل رسول الله صلعم مكة عام القضية غير الله قلبي عما كان عليه ودخلني الاسلام وجعلت اذكر فيما نحن عليه وما نعبد من حجر لا يسمع ولا يبصر ولا ينفع ولا يضر وانظر الي الرسول الله صلعم واصحابه وعزوف انفسهم عن الدنيا فيقع ذلك مني فاقول ما عمل القوم الا على الثواب لما يكون بعد الموت وجعلت احب النظر الي الرسول الله صلعم الي ان رايته خارجا باب بني شيبة يريد منزله والابطح فاردت ان اتيه واخذ بيده واسلم عليه فلم يعزم علي ذلك فانصرف رسول الله صلعم راجعا الى المدينة ثم لي علي الخروج اليه فانبجت الي بطن ياجج فالقي خالد بن الوليد *Quando autem Apostolus Dei*... Meccam *ingressus est anno* Visitationis *dictæ* Al-Kadhâ, *jam tum Deus mutavit cor meum ab eo quod erat antea*; *& animo meo subiit* Islamismus; *& cœpi detestari* (Idololatriam,) *cui tunc addicti eramus*; *& quod coleremus* Lapidem, *qui neque audit*, *neque videt*, *neque prodest*, *neque nocet*: *Econtra verò Apostolum Dei*... *& Comites ejus contemplabar*, *& aversionem animarum illorum à rebus mundanis*. *Hæc seriò mecum recogitans*, Quid, *inquiebam*, homini allaborandum est, nisi ut bonis operibus totus incumbat, quorum merces ipsum post mortem maneat? *Cœpi itaque Apostolum Dei*... *cum amore contueri*; *adeò ut tandem cùm illum viderem portam filiorum* Shabîæ *subeuntem*, *& ad hospitium suum*, *& campum-glareosum tendentem*, *ipsum adire mecum statuerim*: *Atque ibi*, *apprehensa ejus manu*, Islamismum *coràm profiteri*. *At ille tunc temporis rem parùm attendit*: *Tum paulo post Apostolus Dei*... Medinam *reversurus discessit*. *Deinde ipsemet mecum deliberavi*, *ut ad illum pergerem*; *& diluculo surgens ad* Batn-Yâgjagj *iter arripui*; *&* Châledo Al-Walîdi *filio occurri*. &c.

b *Mûtam*. Hoc nomen scribendum, inquit Gjannabius, موتة *Mûta*, cum ضم اولها واسكان ثانيها بعدها تاء مثناة فوقية قال جماعة بسكون الواو بغير همز وجزم جماعة انها بالهمز *Dhamma* (o) primæ literæ, quiescente secunda, & ultima ة, fœminini nota, cum duobus punctis supernè adscriptis: Quidam volunt و esse quiescens sine *Hamza*, & *Gjezma*, alii cum *Hamza*. Additque *Mûtam* esse موضع من ارض الشام من عمل البلقاء والبلقاء دون دمشق *Locum ad* Syriam *pertinentem*, *è ditione* Balkâensi. Balkâ *autem infra* Damascum *sita est*. Al-Edrisius ait *Balkam* distare ab *Hierosolymis* itinere trium dierum cum dimidio, scilicet in *Peræa* trans *Jordanem*.

وفي قبلي الكرك فاجتمعت عليهم الروم وللعرب المتنصرة في نحو مائة الف فالتقوا بموته وكانت الراية مع زيد فقتل فاخذها جعفر فقتل فاخذها عبد الله بن رواحة فقتل واتفق العسكر على خالد بن الوليد فاخذ الراية ورجع بالناس وقدم المدينة

ex oppoſito [a] *Al-Caraci*. Congregati ſunt autem contra illos *Romani* cum auxiliaribus *Arabum* copiis, numero fermè centum millia hominum. Et ad *Mûtam* pugnatum fuit. Vexillum (Iſlamiſmi) penes [b] *Zaïdum fuit*; quo occiſo, accepit illud [c] *Gjafar*, quo etiam occiſo, accepit illud *Abdo'llah Rawâhæ* filius; quo itidem interfecto, imperium ex univerſi exercitûs conſenſu ad *Châledum Al-Walîdi* filium delatum eſt. Is accepto vexillo cum ſuis *Medinam* [d] revertitur.

Anno ab O C ſive a Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Chriſti 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Chriſti Vulg. 629. Cœpit die 1 Maii, feria 2

a *Al-Caraci*. Hujus Caſtelli, tanquam munitiſſimi, crebra eſt mentio apud Elmacinum in Continuatione Hiſtoriæ ejus ineditâ, quam ex Codice MS. Erpeniano deſcriptam cum Latina Verſione prælo paravimus. *Caracum* Hiſtoricis belli ſacri contra *Saracenos*, appellatur vulgo *Crac de Montréal*, poſtquam nempe *Franci* captis *Hieroſolymis* eo cum *Peræa*, ſeu *Trans-jordanina* regione potiti ſunt anno Chriſti 1098. qui reſpondit anno Hegiræ 492. donec demum anno 1187. Hegiræ 583. Magnus *Salaho'ddinus*, poſt inſignem victoriam à *Francis* ad *Tiberiadem* reportatam, illud caſtellum inter alia multa recepit; &, ut refert Elmacinus, فقتل السلطان صاحب الكرك بيده Soltanus *Dominum* Caraci *propria manu interfecit*. Cujus facinoris tanto principe indigni hiſtoria, quæ non eſt hujus loci, poteſt legi in Bibl. Orient. viri doctiſſimi D. D'herbelot, pag. 743. col. 1. Hic tantùm juvat obiter, pro re nata, circa nomen iſtius *Caraci* Domini, ſatis lepidam viri cæteroquin in iſtis Literis verſatiſſimi hallucinationem obſervare. Illum appellat Bornos, idque contra omnium Hiſtoricorum fidem, apud quos vulgo audit *Renaud de Châtillon*; ita Lud. Maimbourg *Hiſt. des Croiſades* Tom. 2. p. 121. Edit. 2. Pariſ. Scilicet vir doctus in textu *Arabico* dictionem peregrinam invenit برنس vel cum Articulo præpoſito الابرنس nullis vocalibus inſignitam; quare, iis de ſuo appoſitis, legit *Bornos*, ſed infeliciter admodum, cum iſta dictio ſit pro vernacula noſtra Prince; quod clarius patebit ex ipſo Elmacino captivos in Prælio *Tiberiadenſi* factos, cum titulis, & nominibus eorum, recenſente. وحملوا في الاسرى الملك ركي واخوه هيمر وصاحب جبل واكهعري والابرنس ارناط صاحب الكرك *Et adducti ſunt inter captivos Rex* Re-Guy (de Luſignan Rex Jeruſalem,) *& frater ejus* Haimar, *& Dominus* Montis (de Montferrat,) *&* Geoffroy, *&* Le Prince Renaud, *Dominus* Al-Caraci. Adeò autem placuit Herbeloto nomen Bornos, ut huic locum dederit in Bibliotheca ſua inter Titulos uncialibus literis ſcriptos pag. 211. *Quo nomine*, ait ille, Boemondus Rogerii Siciliæ *&* Calabriæ *Regis frater ab* Arabibus *Hiſtoricis vocatur*. Melius dixiſſet à ſe ipſo ita vocari, legendo *Bornos*, ubi legendum erat *Prince*.

b *Zaïdum*. De hoc Zaïdo, ſeu *Zeïdo Hârethæ* filio jam ſupra vidimus p. 17. illum jam pridem inter primos *Iſlamiſmum* ſuſcepiſſe poſt *Alim*, ac proinde à Mohammede, cujus erat ſervus, manumiſſum fuiſſe. Poſtea ad multas Expeditiones bellicas miſſus, ab iis ſemper victor reverſus eſt, uti refert Gjannabius, *ſed de* quibus nihil habet Abu'l-Feda noſter, ut nec de Mohammedis conjugio cum *Zainaba* uxore ejuſdem *Zaïdi*, poſtquam is eam dimiſerat: Cujus rei Hiſtoriam fusè proſequitur Gjannabius ad annum *Hegiræ* quintum; & nos aliquid delibabimus infra ad Caput *de Uxoribus* Mohammedis, ubi noſter *Zainabam* expreſſe nominat inter uxores ejus.

c *Gjafar*. Is *Abu-Tâlebi* filius, & *Alis* frater, magnum præ cæteris *Iſlamiſmi* promovendi Zelum præ ſe tulit, adeo ut Regem *Æthiopiæ* converterit, & ejus Profeſſionem *Iſlamiticæ* Religionis ſuſceperit: Nec minor fuit virtus ejus bellica, adeo ut pugnando tergum hoſti nuſquam obverterit; cujus in ſupremo iſto conflictu illuſtre exemplum dedit referente oculato teſte *Abdo'llaho Omari* filio in Al-Bocharii Sonna ان ابن عمر اخبره (نافع) انه وقف على جعفر يومئذ وهو قتيل فعددت به خمسين بين طعنة وضربة ليس منها في دبره Ebn Omar *narrabat ei* (Nâfe'o) *ſe adſtitiſſe* Gjafaro *eo die, quo occiſus fuit*: Et in corpore ejus numeravi, (inquit) quinquaginta vulnera partim punctionibus lancearum, partim gladiorum ictibus facta, quorum ne unum quidem dorſo ejus inflictum erat. Auctor Libri dicti *Al-Ectefâ*, وقتل جعفر وهو ابن ثلاث وثلاثين سنة *Occiſus fuit* Gjafar, *cùm eſſet annos natus* 33. Al-Bagawius in Libro dicto معجم *Moagem*, refert Mohammedem poſt exequias *Gjafari* dixiſſe ad ſuos: لا تبكوا على اخي بعد اليوم وقال انه له جناحين يطير بهما حيث يشاء من الجنة *Ne amplius poſt hunc diem flete ſuper fratre meo*: *Enimverò*, inquit, *jam habet duas Alas*, *quarum beneficio per Paradiſum*, *quocunque volupe eſt*, *pervolitat*. Datæ fuerunt ei iſtæ Alæ pro duabus manibus, quæ ipſi in conflictu abſciſſæ fuerant. Cùm enim accepiſſet vexillum, فقاتل حتى قطعت يده اليمنى فاخذ اللواء بيده اليسرا فقطعت فضمه بعضديه فضربه رجل من الروم فقطعه بنصفين *Tamdiu pugnavit, donec abſciſſa fuit manus ejus dextra*: *Protinùs manu ſiniſtra vexillum excepit, qua pariter amputata, illud inter duo brachia complexus firmiter ſtringebat*: *At unus è* Romanorum *militibus ipſum in duas partes diffidit*. Et in Al-Bocharii *Sonna*: كان ابن عمر اذا حيى ابن جعفر قال السلام عليك يا ابن ذي الجناحين Omari *filius* (Abdo'llah) *quando ſalutabat* Gjafari *filium*, *dicere ſolitus erat*: Pax tibi, O fili illius, qui duabus alis præditus eſt (in Paradiſo.)

d *Revertitur*. At nonniſi poſt acerrimum certamen redintegratum, à quo ingenti edita hoſtium ſtrage, & ſpoliis onuſtus, victor evaſit: Quæ omnia fuse narrat Gjannabius. Atque hinc *Châled* nobili titulo meruit appellari à Mohammede Gladius Dei, ut habetur in Traditione, quæ ad Anaſum Al-Mâleki filium accepta refertur in Al-Bocharii *Sonna* his verbis: ان النبي صلعم نعى زيدا وجعفرا وابن رواحة للناس قبل ان ياتيهم خبرهم فقال اخذ الراية زيد فاصيب ثم اخذ جعفر فاصيب ثم اخذ ابن رواحة فاصيب وعيناه تذرفان حتى اخذ الراية سيف من سيوف الله حتى فتح الله عليهم Propheta... Zaïdi, Gjafari, & Rawâhæ *filii mortem ſuis annunciavit, priuſquam de ea nuncius ad illos perve-*

Anno ab O. C. sive à Creatione Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223; A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Capit die 1. Maii, feriâ 2.

Causa hujus Belli fuit, quod Propheta... *Al-Hârethum Omairi* filium cum literis misserat ad Regem *Bosræ*, quemadmodùm ad cæteros Reges Legatos amandaverat. Huic *Mûtæ* diversanti occurrens *Amrû Shorhaïli* filius, *Al Gassanita*, eum interfecit. Nullus autem Legatorum Apostoli Dei... præter istum usquam occisus fuit.

وكان سبب هذه الغزوات ان النبي صلعم بعث الحارث بن عمير رسولا الى ملك بصرى كما بعث الى سائر الملوك فلما نزل موته عرض له عمرو بن شرحبيل الغساني فقتله ولم يقتل لرسول الله صلعم رسول غيره

# CAP. L.

## *Violatio* Pacis.

ذكر نقض الصلح

VIolatæ Pacis causa fuit, quod cùm filii *Becri* in *Koraïshitarum* pacto & fœdere essent, *Chozaitæ* autem in Apostoli Dei... pacto fœdereque ejus; hoc anno, nempe Hegjræ octavo, filii *Becri Chozaitas* adorti aliquot ex eis interfecere: Ad hanc porro expeditionem *Koraïshitarum* turmam in subsidium advocaverant. Atque hac ratione *Koraïshitæ* fœdus violarunt.

كان السبب في نقض الصلح ان بني بكر كانوا في عقد قريش وعهدهم وخزاعة في عقد رسول الله صلعم وعهده وفي هذه السنة اعني سنة ثمان لقيت بنو بكر خزاعة وقتلوا منهم واعانهم على ذلك جماعة من قريش فانتقض بذلك عهد قريش

Mox tamen *Koraïshitas* violati fœderis pœnituit. Quamobrem *Abu-Sofiân Harbi* filius *Medinam* fœdus renovaturus accessit. Ingressusque est ad filiam suam *Omm Habibam*, Prophetæ... uxorem. Cumque vellet super lecto Apostoli Dei... sedere, illa lectum ab eo propere complicuit. *Heus filia*, inquit, *an hunc lectum præ me diligis?* Respondit: *Hic est lectus APOSTOLI DEI*: *Tu verò* Idololatra es, *atque impurus*. Tum ille ait: *Jam ergò post me malum tibi adveniat*. Inde ad Prophetam... veniens eum alloquutus est: At ille ne verbum quidem respondit. Hinc ad comitum ejus primores, quales erant *Abu-Becr*, *Al-Seddik*, (i. e. Testis-fidelis,) & *Alî*, ambobus Deus sit propitius, se contulit, quos cum affatus esset, illi neque responsum dederunt. *Meccam* itaq; regressus, *Koraïshitis* ea quæ sibi acciderant, narravit.

وندمت قريش على نقض العهد فقدم ابو سفيان بن حرب الى المدينة ليجدد العهد ودخل على ابنته ام حبيبة زوج النبي صلعم واراد ان يجلس على فراش رسول الله صلعم فطوته عنه فقال يا بنية ارغبت به عني فقالت هو فراش رسول الله وانت مشرك نجس فقال لقد اصابك بعدي شر ثم اتى النبي صلعم فكلمه فلم يرد شيا واتى كبار الصحابة مثل ابا بكر الصديق وعلي رضي الله عنهما وتحدث معهما فما اجاباه الى ذلك فعاد الى مكة واخبر قريشا بما جرى

# CAP. LI.

## [a] *Expugnatio* Meccæ.

ذكر فتح مكة

INterim Apostolus Dei... apparatu belli instructo *Koraïshitas* adoriri, atque inopinantes *Meccæ* opprimere, priusquam ea de re quicquam rescirent, intendebat. Tum vero *Hateb Abu-Baltaæ* filius Epistolam ad *Koraïshitas*

وتجهز رسول الله صلعم وقصد ان يبغت قريشا بمكة على قبل ان يعلموا به فكتب حاطب ابن ابي بلتعة كتابا الى قريش

*...isset; dixitque*: Accepit vexillum *Zaid*, & succubit: Deinde accepit *Gjafar*, & succubuit: Tum accepit *Rawâhæ* filius, & ipse quoque succubuit. *Hic obortis lachrymis oculi ejus madefacti sunt*. At vero, *inquit*, tandem accepit vexillum CHALED, UNUS E GLADIIS DEI, quo facto, Deus illis victoriam dedit. *Et revera tanta fuit CHALEDI virtutis fama*, inquit vir doctus Simon Ockleius Libro *de Expugnationibus* Syriæ &c. *per* Saracenos, pag. 14. *ut etiam apud hostes suos hoc cognomine notus fuerit*, *teste* — Theophane Chronographiæ p. 278. Edit. Paris. Ἐξῆλθεν δὲ ὁ Ἀμηρᾶς ὁ Χάλεδ ὃν λέγουσι μάχαιραν τοῦ Θεοῦ. Prodiit autem unus *Emirus* nomine *Châledus*, quem appellabant GLADIUM DEI.

a *Expugnatio*. Dictio الفتح propriè est *Apertio*, seu *Apertio*, & Metaphorice *expugnatio* Urbium, ac etiam Regionum, & *Victoria*, quæ aperitione portarum, seu murorum, & propugnaculorum ruina, aut hostium strage obtinetur. Atque in hoc sensu est Titulus Al-Corani Suratæ 48. in qua præcipue, secundùm Interpretes tantum non omnes, memoratur Expugnatio Meccæ, idque ab ipso initio, cujus hæc sunt verba, in quibus Deus Mohammedem alloquitur: انا فتحنا لك فتحا مبينا i. e. ad literam, *Utique Nos aperuimus tibi aperturam manifestam*. Et Metaphorice, *Utique Nos dedimus tibi Victoriam*, seu *Expugna-*

مع سارة مولاة بني هاشم يعلمهم
بقصد النبي صلعم فاطلع الله
رسوله على ذلك وارسل على
بن ابي طالب والزبير بن
العوام فادركا سارة واخذا منها
الكتاب واحضر النبي صلعم حاطبا
وقال ما حملك على هذا فقال
والله اني لمؤمن ما بدلت ولا
غيرت ولكن لي بين القوم اهل
اهل وولد وليس لي عشيرة
فصانعتهم فقال عمر بن الخطاب
دعني اضرب عنقه فانه منافق
فقال النبي صلعم لعل الله اطلع
على اهل بدر فقال اعملوا ما شئتم
فقد غفرت لكم ثم خرج رسول الله
صلعم من المدينة لعشر مضين

*sbitas* scripsit per *Sáram* filiorum *Hashemi* servam, illos de Prophetæ ... consilio deliberato certiores faciens. At Deus Apostolo suo rem illam revelavit. Misit itaque *Alîm Abu-Tâlebi* filium cum *Zobairo Al-Awâmi* filio: Qui ambo *Sâram* adsequuti Epistolam ab ea acceperę. Et accersens Propheta ... *Hâtebum*, *Quidnam te*, inquit, *ut ita faceres compulit?* Respondit ille: *Ego quidem nihil* (*de mea erga te obedientia*) *mutavi*, *neque* (*in Religione*) *inconstans fui. Verùm est mihi familia in medio illorum* (Koraishitarum;) *sunt & liberi: Neque intercedit mihi cum illis affinitas & cognatio. Tantummodo volui hoc officio illorum erga me meosque benevolentiam conciliare.* Dixit *Omar Al-Chettabi* filius: *Sinito me istius collum amputare*; *est enim Incredulus & Hypocrita.* Propheta ... autem, *Fortè an*, inquit, *Deus iis*, *qui prælio* Bedrensi *interfuerunt*, [a] *revelavit.* Tum subjecit: *Vos* (Koraishitis) *quidquid volueritis jam denunciate*; *modo vobis ignosco.* Deinde *Medina* profectus est Apostolus Dei ... * die decimo

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegjræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629 Cœpit die 1 Maii, feria 2.

* Feria quarta, post Precationem vespertinam Ita Gjannab

*tionem* (Meccæ) Zamachsharius hujus loci celeberrimi habet luculentam hanc expositionem: هو فتح مكة وقد نزلت مرجع رسول الله صلعم عن مكة عام الحديبية عدة له بالفتح وجيء به على لفظ الماضي على عادة رب العزة سبحانه في اخباره لانها في تحققها وتيقنها بمنزلة الكائنة الموجودة وفي ذلك من الفخامة والدلالة على علو شان المخبر ما لا يخفى *Hæc fuit Expugnatio* Meccæ *Jam autem Cœlitùs descenderat* (hic versiculus,) *dum reverteretur Apostolus Dei... ab* Mecca *anno Expeditionis* Al-Hodaibiensis, (de qua supra pag. 84.) *in quo promissio ei facta fuit de* Expugnatione (Meccæ.) *Usurpatur autem verbum temporis præteriti, juxta consuetudinem, qua Dominus potens, gloriosus solebat aliquid ei annunciare. Hæc enim* (promissio) *propter veritatem & certitudinem suam fuit in gradu rei actu existentis ac præsentis. Quod quidem magnificentiam secum importat, & est argumentum rei, quæ annunciatur, summi momenti, quatenus jam non amplius in occulto* (futuri temporis) *lateat.* Deinde idem Auctor aliorum Doctorum interpretationes subdit, sed quæ minus ipsi probantur: وقيل هو فتح الحديبية ولم يكن فيه قتال شديد وقيل هو فتح خيبر وقيل هو فتح الروم وقيل فتح الله له بالاسلام والنبوة والدعوة بالحجة والسيف ولا فتح ابين منه واعظم وقيل معناه قضينا لك على اهل مكة ان تدخلها انت واصحابك من قابل *Alii dicunt* Hæc est Victoria Hodaibiensis. *Sed ibi non admodum fuit vehemens conflictus. Alii* est Expugnatio Chaibari. *Alii* Victoria *à Romanis reportata* (id Mutam) *Nonnulli* (verbum فتح in sensu revelandi accipientes,) *dicunt innui*, Deum revelasse illi *Islamismum*, & *Prophetiam* & *Vocationem* (ad suam Religionem,) *per vim ratiocinii*, & *Gladii Qua quidem* Apertione, *seu* Revelatione *nihil manifestius Denique quidam*, (verbum فتح interpretantes in sensu Decreti,) *aiunt significationem esse*: Decrevimus tibi decreto manifesto contra habitatores *Meccæ*, ut tu illam ingrediaris, & socii tui, qui pugnaturi sunt.

a *Revelavit* Scilicet in compensationem meriti illorum, quod fortiter pro causa Dei pugnaverint; e quorum numero fuerat *Hâteb*. Id autem, quod illi Deus revelaverat, ipsemet *Hâteb* declarat in peroratione Apologiæ suæ, quam omisit Auctor noster, unde sensus loci obscurior; quare illam ex Gjannabio supplebimus: وقد علمت ان الله ينزل بهم باسه وان كتابي لا يغني عنهم شيئا وما فعلت ذلك ارتدادا عن ديني ولا رضى بالكفر بعد الاسلام *De cætero, probè noveram fore, ut Deus in illos* (Koraishitas) *vindictam suam effunderet, ac proinde Epistolam meam illis nihil profuturam. Neque hoc feci animo à Religione mea deficiendi, aut ullo desiderio fidem abnegandi, posteaquam* Islamismum *professus fueram.* Tum addit idem Auctor Qua audita oratione, فصدقه رسول الله صلعم وعذره *justificavit illum Apostolus Dei. . & excusatum habuit.* Attamen, ne quid tale in posterum eveniret, quod pessimo esset exemplo, neve quis ullo prætextu cum hostibus commercium haberet, occasione hujus *Hatebi* cœlitus demissa sunt hæc verba Al-Cor Sur. 60. v. 1. يا ايها الذين امنوا لا تتخذوا عدوي وعدوكم اولياء تلقون اليهم بالمودة وقد كفروا بما جاءكم من الحق يخرجون الرسول واياكم ان تؤمنوا بالله ربكم ان كنتم خرجتم جهادا في سبيلي وابتغاء مرضاتي تسرون اليهم بالمودة وانا اعلم بما اخفيتم وما اعلنتم ومن يفعله منكم فقد ضل سواء السبيل *O vos, qui credidistis, ne accipiatis hostem meum, & hostem vestrum in amicos, ita ut demonstretis eis charitatem: Siquidem illi abnegarunt id, quod venit ad vos de Veritate, dum* (Meccâ) *ejecerunt APOSTOLUM, & vosmetipsos, eo quod crederetis in Deum, Dominum vestrum. Quod si, dum egredimini* (Medina) *ad bellum sacrum gerendum pro via mea, & cum desiderio implendi beneplacitum meum, nihilominus tamen erga illos charitatem clanculùm exhibetis; at enim Ego probè scio, tam id, quod occultatis, quam id, quod palàm demonstratis. Quisquis autem fecerit hoc ex vobis, jam ab æquitate viæ prævaricatus est.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223
A Nativitate Christi 638.
Hegjræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

mensis *Ramadhân* anni *Hegjræ* octavi, habens secum *Mohagjerios*, *Ansariosque*, & *Arabum* cohortes. Cumque *Meccam* [a] appropinquaret, exercitus ejus ad decem millia hominum jam excreverat.

Tunc *Al-Abbâs* Mulam Apostoli Dei... conscendens, ita secum loquutus est: *Si fortè lignatorem aliquem, aut quemcunque alium hominem inveniam, qui* Koraïshitas *de adventu APOSTOLI DEI... certiores faciat, ut illi obviam veniant, ab eo securitatem deditione voluntaria orantes; alioquin omnes ad unum perituri sunt. Egressus igitur*, pergit ille, *audio vocem* Abu-Sofiâni Harbi *filii*, *nec non* Hakîmi Hezâmi *filii*, & Bodaïli Warkâi *filii*, Al-Chozaïtæ, *qui quidem explorandi causa* [b] *prodierant.* Hìc prior *Al-Abbâs*, *Heus tu*, O Abu-*Hantala, (id est, *Abu-Sofiân.*) Cui ille: *Tune es* Abu'l-Fadhl? Imo, inquam. Præsto sum, *ait ille*; pretium redemptionis tuæ sint pater meus, & mater mea, quid istìc ponè te est? *Dixi ei*, (inquit *Al-Abbâs*:) Jam venit ad vos APOSTOLUS DEI... cum decem *Moslemorum* millibus. Quid tum, *inquit*, jubes me ut faciam? Ut mecum adequites, securitatem ab APOSTOLO DEI... tibi ipsi rogaturus; sin minus collum tuum amputabit. *Post me igitur inequitavit, sicque illum ad Apostolum Dei... perduxi. Cumque in itinere juxta* Omarum Al-Chettâbi *filium*, *cui Deus sit propitius*, *venissem*; *ille exclamans ait*: En *Abu-Sofiân*! Laus Deo, qui te in potestatem meam pacto & fœdere expertem adduxit. *Hinc ille rapido cursu ad Apostolum Dei... contendit. Ego verò vestigiis ejus institi. Dixitque* Omar: O Apostole Dei, finito me ejus collum amputare. Econtra autem *Al-Abbâs* pro eo Apostolum Dei... rogavit. Tunc Propheta... *Ego*, inquit, *illi securitatem do*: *Tu verò*, O Abbâs, *crastino die ipsum mihi præsentem sistito.* Eum itaque *Al-Abbâs* in hospitium suum secum abduxit. Et postero mane cum eo ad Apostolum Dei... venit. Dixitque Apostolus Dei... *Heus*, Abu-Sofiân, *Nonne jam tandem tempus est, ut scias, non esse Deum præter Deum*? Respondit: Ita certè scio. Tum rursùs Propheta: *Væ tibi, Nonne tempus*

*Hantala *Abu-Sofiâni* filius occisus fuerat in prælio *Bedrensi*. v. supra p. 59.

من رمضان سنة ثمان ومعه
المهاجرين والانصار وطوايف من
العرب وكان جيشه عشرة الالف
حتي قارب مكة
فركب العباس بغلة رسول الله
صلعم وقال لعلي اجد حطابا او رجلا
يعلم قريشا نحو رسول الله صلعم
فياتوه ويستامنونه والا هلكوا عن
اخرهم قال فلما خرجت سمعت صوت
ابي سفيان بن حرب وحكيم
بن حزام وبديل بن ورقا الخزعي
قد خرجوا يتجسسون فقال العباس
ابا حنظلة يعني ابا سفيان فقال
ابا الفضل قلت نعم قال لبيك
فداك ابي وامي ما وراك فقلت
قد تاكم رسول الله صلعم في عشرة
الالف من المسلمين فقال ابو
سفيان ما تامرني به قلت تركب
لاستامن لك رسول الله صلعم والا
يضرب عنقك فردفني وجيت به الي
رسول الله صلعم وجات طريقي علي
عمر بن الخطاب رضي الله عنه
فقال عمر ابا سفيان الحمد لله
الذي امكني منك بغير عقد ولا
عهد ثم اشتد نحو رسول الله صلعم
وادركته فقال يا رسول الله دعني
اضرب عنقه وسال العباس رسول
الله صلعم فيه فقال النبي صلعم قد
امنته واحضره يا عباس بالغداة
فرجع به العباس الي منزله واتي
به رسول الله صلعم بالغداة فقال
رسول الله صلعم يا ابا سفيان
اما ان تعلم ان لا اله الا الله
قال بلي قال ويحك الم يان

a *Appropinquaret.* Nempe ad distantiam unius diei itineris; ubi castra metatus est in loco dicto مر الظهران *Marro'l-Dhahrân*: Qui locus, inquit Auctor Lexici Al-Kamûs, علي مرحلة من مكة وقيل منه الي مكة اربعة فراسخ *una statione ab* Mecca *distat*; *vel secundùm alios* 4. Parasangis. Ibi referente Ben-Sa'ad: نزل رسول الله صلعم عشاء فامر اصحابه فاوقدوا عشرة الاف نار وجعل علي الحرس عمر ابن الخطاب وقد عميت الاخبار من قريش فلا ياتيهم خبر عن رسول الله صلعم ولا يدرون ما هو فاعل وهم مغتمون لما يخافون من غزوة اياهم *Castra posuit Apostolus Dei... cùm jam advesperasceret. Jussitque comitibus suis, ut decem mille ignes accenderent*; & Omarum Al-Chettâbi *filium castrorum custodiis præfecit*; *cujus diligentia factum est, ut omnes nuncii à* Koraïshitis *intercluderentur*; *adeò ut nullus ad eos rumor de Apostoli Dei... adventu perlatus fuerit*; *neque quidnam rei moliretur satis scirent*, *dum tamen metu belli imminentis mœrore consternati essent.*

b *Prodierant.* Scil. ab *Mecca* usque ad locum dictum الاراك *Al-Arâc*, in tractu montis *Arafa*, lignis consitum, in quo diversari solebant Lignatores, & coctores laterum, atque vitriarii. Nomen loco inditum ab arbore dicta *Arâc*, in Oriente notissima; estque arboris spinosæ species, & amaræ: Laudatur ab Ebn-Sina, vulgo Avicenna. I. p. 372. l. 6. Cujus descriptionem videsis in Lexico Castelli ad vocem اراك *Arâc*.

لك ان تعلم اني رسول الله فقال
بابي انت وامي اما هذه ففي النفس
منها شي فقال له العباس ويحك
تشهد قبل ان تضرب عنقك فتشهد
واسلم معه حكيم بن حزام وبديل
بن ورقا فقال النبي صلعم للعباس
اذهب بابي سفيان الى مضيق
الوادي يشاهد جنود الله فقال
العباس يا رسول الله انه يحب الفخر
فاجعل له شيا يكون في قومه *
فقال من دخل دار ابي سفيان
فهو امن ومن دخل المسجد فهو امن
ومن اغلق على بابه فهو امن ومن
دخل دار حكيم بن حزام فهو امن
قال فخرجت به كما امرني رسول
الله صلعم فمرت عليه القبايل فهو
يسال عن قبيلة قبيلة واذا اعلمه
حتى مر رسول الله صلعم في كتيبته
الخضراء من المهاجرين والانصار لا
يبين منهم الا الحدق فقال من هولاء
فقلت رسول الله صلعم في المهاجرين
والانصار فقال لقد اصبح ملك ابن
اخيك ملكا عظيما قال فقلت
ويحك انها النبوة قال نعم

ثم امر رسول الله صلعم الزبير بن
العوام ان يدخل ببعض الناس من
كداء وامر سعد بن عبادة سيد الخزرج
ان يدخل ببعض الناس من ثنية كدا

*est quoque, ut scias, Me esse APOSTOLUM DEI?* Respondit: *Esto mihi tu patris mei, & matris meæ loco; verum quoad istud, quidvis aliud, præter hoc (fateor, hactenùs) animo meo insedit.* Hic *Al-Abbas*, *Væ tibi*, inquit, *protinus testare, priusquam collum tuum amputetur.* Testatus est igitur. Et cum eo simul *Islamismum* professi sunt *Hakîm Hezâmi* filius, & *Bodail Warkâi* filius. Tunc dixit Propheta ... *Al-Abbâso*: *Vade cum* Abu-Sofiâno *ad angustias vallis*, *ut testis oculatus exercitus Dei contempletur. Al-Abbas* autem, *O Apostole Dei*, inquit, *Ille est amans gloriæ; quamobrem, ut inter populares suos authoritate polleat, aliquam honoris prærogativam ei attribuas velim.* Edixit itaque: *Quisquis ingredietur domum* Abu-Sofiâni, *securus esto*: *Quisquis ingredietur Templum securus esto*: *Quisquis januam suam clauserit*, *securus esto. Quisquis ingredietur domum* Hakîmi Hezâmi *filii*, *securus esto.* Inquit (Abbâs:) *Profectus sum igitur cum eo, prout mandatum mihi erat ab Apostolo Dei ... Dumque coram pertransirent variæ Tribus, ille de singulis interrogabat, quas Ego nominatim indicabam; donec transiit ipse Apostolus Dei ... in medio exercitûs sui selectiorum virorum, compositi ex* Mohagjeriis, Ansâriisque, *inter quos nemo apparebat, qui non esset aspectu terribili.* Quinam sunt isti, *inquit*? *Respondi*: Hic est APOSTOLUS DEI ... cum *Mohâgeriis* & *Ansariis*. Profectò, *inquit*, Regnum filii fratris tui in magnum Regnum jam evasit! Hui, *inquam*, ea est Prophetici muneris dignitas. Ita sane, *ait ille*.

Anno ab O C sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Aer. Christi Vulg. 629 Cœpit die 1 Maii, feria 2.

Jussit deinde Apostolus Dei ... *Al-Zobairo Al-Awâmi* filio, ut cum parte copiarum viam iniret per collem [a] *Cadâ* & *Sa'ado Obadæ* filio, *Chazregjitarum* principi, ut cum alia parte copiarum per clivum *Coda* procederet. Tum

a *Cadâ*. Is ingressus in *Meccam* per clivum *Cadâ*, quem tunc fieri jussit Mohammed, postea Peregrinantibus in Ritum transiit, juxta hæc Al-Gjuzii verba Libro *de Ritibus Peregrinationis Meccanæ*, cap 65 يستحب لمن اراد مكة للحج ان يغتسل ويدخلها من اعلاها من ثنية كداء واذا خرج خرج من اسفلها من ثنية كدا وفي الصحيحين من حديث عايشة رضي الله عنها النبي صلعم لما جا الى مكة دخلها من اعلاها وخرج من اسفلها *Quisquis* Meccam *vult ingredi ad* Peregrinationem *obeundam, debet, præmissa Ablutione, intrare per loca ejus superiora à parte Clivi dicti* Cadâ; *& quando egredietur, debet exire per loca ejus planiora. Est enim Traditio in utroque Libro* Sahih, *quæ ad* Aiesham, *cui Deus sit propitius, refertur accepta, Scil.* Propheta . . quando *Meccam* venit, intravit per loca ejus superiora, & exiit per loca planiora. Quoad nomen istius Clivi, seu Collis, idem Auctor habet observationem, quæ ad Topographiam illustrandam facit, his verbis: واعلم ان كثيرا من الناس لا يعرفون يفرق بين كداء بفتح الكاف وضمها وربما غلطوا في ذلك وتحقيق ذلك اني اقول اعلم ان بمكة ثلثة امكنة اسماوها على الشكل ولذلك نسبته فالاول كداء بفتح الكاف مع المد فهو باعلى مكة اذا صعد فيه الادنى من طريق العمرة وما هناك انحدر به الى المقابر والى المحصب وهو الذي يستحب الدخول منه والثاني كدا بضم الكاف مع القصر والتنوين وهو اسفل مكة يدخل فيه الداخل بعد لمن يفصل من ذي طوي وهو بقرب شعب الشعبين عند قعيقعان وهو الذي يستحب الخروج منه والموضع الثالث كدى بضم الكاف مع تشديد الياء مصغر وانما هو لمن خرج من مكة الى اليمن وهو في طريقه *Scito porrò homines plerosque nescire differentiam, quæ est inter* Cadâ *cum* Fatha *τοῦ* ك, *& inter* Coda *cum* Dhamma *ejusdem; ac proinde frequenter hallucinari. Quapropter operæ pretium duxi rem uti revera se habet declarare. Scito igitur* Meccæ *tria esse loca, quorum nomina sunt ejusdem formæ*, (quoad consonantes) *quorum differentia* (*in vocalibus*) *consistit. Primus locus est* كداء *cum* Phatha *τοῦ* ك, *&* Med-

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6123. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cæpit die 1. Maii, feria 2.

*Ali* præcepit, ut cum accepto à se vexillo præiret, statim atque signum daretur, à *Sa'ado* vociferante his verbis: *Dies iste Dies stragis magnæ; dies, in quo* a *sacrum solvi, ac violari necesse est. Châledo Al-Walîdi* filio imperavit, ut cum reliqua copiarum parte planitiem *Meccanam* invaderet. Omnes istæ copiæ à pugnando abstinuerunt: Prohibuerat enim Propheta . . . ne prælium consererent; nisi quod *Châled Al-Walîdi* filius in occursum habuit *Koraïshitarum* turmam, qui, ne ulteriùs progrederetur, opponentes se, sagittas in illum conjecerunt. Quare, commisso cum eis prælio, viginti octo *Idololatras* interfecit. Quod ubi intellexit Propheta . . . ait: *Annon pugnari vetueram?* Dixerunt: *Haud dubium est, quin* Châled *ad prælium provocatus pugnaverit.* Ex *Moslemis* duo homines cæsi sunt.

Contigit Expugnatio *Meccæ* die Conventûs (i. e. Veneris,) qui fuit dies vigesimus primus mensis b *Ramadhân.*

ثم امر عليا ان ياخذ الراية منه فيدخل بها لما بلغه عن قول سعد اليوم يوم الملحمة اليوم تستحل الحرمة وامر خالد بن الوليد ان يدخل من اسفل مكة في بعض الناس وكل هاولاء الجنود لم يقاتلوا لان النبي صلعم نهى عن القتال الا ان خالد بن الوليد لقيه جماعة من قريش فرموه بالنبل ومنعوه من الدخول فقاتلهم خالد فقتل من المشركين ثمانية وعشرين رجلا فلما ظهر النبي صلعم على ذلك قال الم انهي عن القتال فقالوا ان خالدا قوتل فقاتل وقتل من المسلمين رجلان

وكان فتح مكة يوم الجمعة لعشر بقين من رمضان

da, (τῶ ا, & *pronunciatur* Cadâ.) *Situs est hic Clivus in locis* Meccæ *superioribus, quem conscendit ille, qui in itinere venit ab* 'Amra; *ibi non est excessus caloris vel frigoris, inde ad Cœmeteria, & campum glareosum: Atque is est Clivus, à quo* Meccam *ingressus fieri debet. Secundus est* كدا *cum* Dhamma τῶ ك *cum brevitate duarum reliquarum, (i. e. sine* Medda,) *situs est in planitie* Meccæ, *per quem solet incedere, qui à* Dhu Tawa *discessit; estque propè Pagum* Al-Shat'ain *ad montem* Ka'ika'ân: *Atque is locus, per quem exitus ab* Mecca *fieri debet. Tertius denique locus est* كدي *cum* Dhamma τῶ ك, & Teshdîd τῶ ي *diminutivi, & effertur* Codijjon. *Estque locus, per quem ab* Mecca *egreditur, qui in* Al-Yemen, (Arabiam felicem,) *tendit; siquidem in via ejus situs est.*

a *Sacrum.* الحرمة propriè *Prohibitum, vetitum, inviolabile.* Cujus loco in Al-Bocharii *Sonna* legitur, تستحل الكعبة i. e. *Necesse est violari,* seu *profanari* CA'ABAM. i. e. ut committatur in ipsa cædes fuso Proscriptorum sanguine in ipso Templo Meccano, ad quod tanquam sacrum Asylum confugient, ut infra videbimus. Unum autem è nominibus *Ca'abæ* est البيت الحرام *Domus Al-Harâm, interdicta,* i. e. *sacra* seu *Asylum*; juxta illud Al-Cor. Sur. 5. v. 106. جعل الله الكعبة البيت الحرام قياما للناس *Posuit Deus CA'ABAM, Domum sacram, stationem hominibus.* Et Sur. 3. v. 97. expressis verbis dicitur, ومن دخله كان امنا *Et qui ingressurus fuerit in eam, erit securus.* Ubi Gelalo'ddinus addit explicationis gratia, لا نعرض عليه بقتل وظلم او غير ذلك *Adeò ut nemini licitum sit ei necem, aut injuriam, vel quamlibet hujusmodi noxam inferre.* Quæ loci sanctitas etiam inde à priscis temporibus ipsorum *Idololatrarum* mentibus altè insederat, ut patet ex *Abu-Sofiâni* recens ad *Islamismum* conversi ad Mohammedem responsione, postquam inauditam illam Proclamationem intellexit: Quam rem ita narrat Al-Bocharius: فلما مر رسول الله صلعم بابي سفيان قال الم تعلم ما قال سعد بن عبادة قال ما قال قال كذا وكذا فقال كذب سعد ولكن هذا يوم يعظم الله فيه الكعبة ويوم تكسى فيه الكعبة *Cùm autem fortè transiret Apostolus Dei . . . juxta* Abu-Sofiânum, *dixit ei*: Nostine quid proclamavit *Sa'ad Obâdæ* filius? Quidnam autem proclamavit, *inquit ille? Respondit:* Sic & sic proclamavit. *Quibus auditis* Abu-Sofiân *exclamat*: Mentitus est *Sa'ad*: Imò verò hic est dies, quo Deus magis venerabilem reddere debet *Ca'abam*; dies, inquam, quo operiri oportet *Ca'abam* (holosericis tapetibus.) Quo itaque jure loci sanctitatem violaverit Mohammed? Respondent Doctores id ei licuisse ex singulari, & personali Privilegio, quod nulli mortalium præterquam ipsi concessum fuit. Atque hoc inter cætera, ما اختص به من المحرمات القتال بمكة *quæ peculiariter licita fuerunt ei ex rebus interdictis,* (nempe) *cædem committere in* ipsa Mecca. Potuisset addere: *Imò in ipso sacerrimo CA'ABÆ Sanctuario.*

b *Ramadhân.* Hic mensis, ut supra vidimus pag. 55. est Jejunio sacer ex Institutione Al-Corani, Sur. 2. v. 184. Et quidem ex præscripto illius Legis Mohammed cum suis Jejunium inchoaverat ineunte mense, quinetiam, quamvis itinerantes a jejunio dispenlentur juxta illud ejusdem Sur. 2. v. 185. & 187. ومن كان منكم مريضا او على سفر فعدة من ايام اخر *Qui autem ex vobis fuerit ægrotus, aut in itinere, numerus ex diebus aliis* (accipiatur ad supplendum Jejunium.) Nihilominus tamen tam ipse quam Moslemi omnes, qui cum illo erant, Jejunium maximam itineris partem ex supererogato continuarunt. Qua de re extat Traditio Ebn-Abbâsi in Al-Bocharii *Sonna* his verbis: رسول الله صلعم غزا غزوة الفتح في رمضان صام حتى اذا بلغ الكديد الماء الذي بين قديد وعسفان افطر فلم يزل مفطرا حتى انسلخ الشهر *Apostolus Dei . . . bellum Expugnationis* (Meccæ) *gessit mense* Ramadhân; *Jejunavit autem usquedum pervenit ad* Cadîdum; *quæ est* Aqua *inter* Kodaïdum, & Osfânum *sita; Atque ibi Jejunium solvit: neque destitit Jejunium solvere, usque ad finem mensis.* De Moslemis etiam hæc habet idem

Et

ودخل رسول الله صلعم مكة
وملكها صلحا والى ذلك ذهب
الشافعي رضي الله عنه وقال ابو
حنيفة انها فتحت عنوة

ولما امكن الله رسوله من رقاب
قريش عنوة قال ما ترون اني فاعل بكم
قالوا له خيرا اخ كريم وابن اخ كريم
قال فاذهبوا فانتم الطلقا

ولما اطمان الناس خرج النبي
صلعم الى الطواف فطاف بالبيت
سبعا على راحلته واستلم الركن
بمحجن كان في يده ودخل
الكعبة وراى فيها الشخوص
على صور الملائكة وصورة ابراهيم

Et ingressus est *Meccam* Apostolus Dei... eaque potitus est [a] pacificè; in quam sententiam concedit *Al-Shâfe'ius*, cui Deus sit propitius. Econtra verò *Abu-Honaifa* illam vi expugnatam fuisse contendit.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

Postquam igitur Deus Apostolo suo in *Koraishitarum* cervices potestatem, vi facta, concessit, ita illos affatus est: *Quidnam vobis me facturum putatis?* Responderunt: *Bonum, O frater generose, O fili fratris generosi.* Et dixit: *Ite, vos enim jam estis* [b] *Manumissi.*

Cumque homines jam satis pacati essent: prodiit Propheta... ad circuitiones peragendas; & Domum (Ca'abæ) septies obeundo camela sua vectus circuivit; tum etiam venerabundus angulum *Lapidis nigri* cum scipione, quem manu sua gestabat, tetigit. Denique CA'ABAM [c] ingressus, ibi vidit effigies formâ *Angelorum*; nec non [d] figuram IBRAHIMI

Auctor: فسار معه من المسلمين الى مكة بصوم وصاموا حتى بلغ كديدا افطر وافطروا *Et quotquot profecti sunt* Meccam *cum illo è* Moslemis *Jejunium continuarunt, donec ad* Cadîdum *pervenit; ubi cùm ille jejunium solvisset, & ipsi quoque solverunt. Cadid* ab *Mecca* distat circiter 70. milliaria, sicque Jejunando iter confecere 200 M. nam secundùm Al-Edrisium summa itineris *Meccam* inter & *Medinam* est 270. M.

a *Pacificè.* Hæc est magis communis Doctorum sententia; quamvis contrarium asserat Abu-Horaira. Al-Tabarius apud Elmacinum pag. 8 ودخل الى مكة بغير قتال *Et* Meccam *ingressus est sine certamine.* Et ibid. وكان فتحها صلحا وقبل عنوة *Et facta fuit Expugnatio ejus PACIFICE, & ante adhibitam violentiam* Quod autem Ghâled, commisso prælio, aliquot hostium stragem ediderit extra urbem, id fecit ab ipsis provocatus, & injussu Mohammedis, uti mox vidimus. Narrat Moslem Auctor alterius Libri dicti *Al-Sahih*, ex Traditione Gjâberi, quomodo Mohammed Châledi factum improbaverit: دخل رسول الله صلعم يوم فتح مكة وعليه عمامة سودا بغير احرام ولما علا ثنية كداء نظر الى البارقة على الجبل مع فضض المشركين فقال ما هذا وقد نهيت عن القتال فقال المهاجرون نظن ان خالدا قوتل وبدي بالقتال فلم يكن له بد ان يقاتل من قاتله وما كان يا رسول الله ليعصيك ولا يخالف امرك APOSTOLUS DEI .. *die Expugnationis* Meccæ *gradiebatur cidari nigra redimitus, præter vestem dictam* Ehrâm, (seu sacrum Indusium, de quo supra p. 99.) *Cumque clivum* Cadâ *conscendisset, gladiorum fulgorem observavit cum* Idololatrarum *strage, & fuga.* Quid hoc sibi vult, *inquit?* Jam enim pugnare vetueram! *Dixerunt* Mohâgjerii: Nos quidem putamus *Châledum* priùs pugna lacessitum, ac tum quidem pugnare cœpisse. Neque enim aliter fieri potuit, quin cum iis pugnaverit, a quibus provocatus fuit. Neque is est, O APOSTOLE DEI, qui adversum te velit rebellare, aut imperatis tuis morem gerere detrectet. Pugnam & cædem adhuc atrociorem intra ipsam urbem ab eodem *Châledo* patratam videbimus in Gjannabio; sed & hanc etiam invito, & contra volente, ac jubente Mohammede. Nec minus crudele ferocitatis Exemplum dabit infra contra *Gjadhîmitas.*

b *Manumissi.* Auctor Libri dicti *Al-Ectefâ* hæc verba sic explicat: فاعتقهم رسول الله صلعم وكان الله تعالى امكنه من رقابهم عنوة فلذلك تسمي اهل مكة الطلقاء اي الذين اطلقوا فلم يسترقوا ولم يوسروا والطليق الاسير اذا اطلق *Atque illos in libertatem restituit* APOSTOLUS DEI... *Deus enim Excelsus in cervices eorum, vi & jure belli, potestatem ei fecerat. Atque inde est, quod* Meccenses *MANUMISSOS appellaverit, id est,* qui Liberi dimissi sunt, *adeò ut posthac non amplius rapiantur, & vinculis constringantur. MANUMISSUS autem ille est, qui captivus erat eo tempore, quo in libertatem dimissus fuit.*

c *Ingressus.* In Libro dicto شفاء الغرام *Shafâo'l-Garâm,* (i. e. *Medicina morborum*) ان النبي صلعم دخل الكعبة بعد هجرته اربع مرات يوم فتح مكة ويوم ثاني الفتح وفي حجة الوداع وفي عمرة القضاء وفي كل هذه الدخلات خلاف الدخول الذي يوم فتح مكة PROPHETA... *à tempore* Fugæ suæ *CA'ABAM ingressus fuit quatuor vicibus.* 1 *Die Expugnationis* Meccæ. 2. *Die secundo post Expugnationem.* 3. *In Peregrinatione* Valedictionis. 4. *In Visitatione dicta* Al-Kadhâ, (i. e. Consummationis.) *Ex istis autem quatuor Ingressibus dignitate cæteris præstat* Ingressus *ille, qui factus est die Expugnationis* Meccæ.

d *Figuram* Ibrahimi. Locus, unde hæc desumpta sunt, extat in Al-Bocharii *Sonna* ex Ebn-Abbâso his verbis: ان رسول الله صلعم لما قدم مكة ابى ان يدخل البيت وفيه الالهة فامر بها فاخرجت فاخرج صورة ابرهيم واسمعيل في ايديهما من الازلام فقال قاتلهم الله لقد علموا انهما ما استقسما بها قط ثم دخل البيت فكبر في نواحي وخرج ولم يصل فيه APOSTOLUS DEI... *quando* Meccam *accessit, noluit in Domum* (Ca'abæ) *intrare, eo quod in illa essent* Idola. *Jussit itaque illa foras educi. Ejecit etiam figuras IBRAHIMI, & ISMAELIS, in quorum manibus erant* Sagittæ sortitionis, *dixitque:* Perdat illos Deus, (Idololatras,) ut sciant ambos (*Abrahamum,* & *Ismaelem*) artem divinandi per *Sagittas sortitionis* nunquam exercuisse. *Deinde in Domum ingressus Formulam* الله اكبر

 manu

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

manu sua [a] sagittas ad sortitionem aptas tenentis. Tunc dixit: *Perdat illos Deus: Senem nostrum sagittis sortientem finxerunt. Quid negotii* Ibrahimo *cum sagittis.* Jussu ergò ejus deletæ sunt figuræ istæ. Quibus ita peractis [b] precatus est in Domo.

وفي يده الازلام يستقسم بها فقال قاتلهم الله جعلوا شيخنا يستقسم بالازلام ما شان ابراهيم والازلام ثم امر بتلك الصور فطمست وصلي في البيت

## CAP. LII.

*De Fusione sanguinis* (Proscriptorum.)

ذكر اهدار الدم

Porrò, [c] proscriptione facta, sex virorum, & quatuor fœminarum sanguinem fundere decrevit: Quorum

واهدر دم ستة رجال واربع نسوة

Allah Acbar, i. e. Deus est Maximus, &c. *recitavit in variis Domus lateribus. Tum egressus est; sed tunc Precationem non persolvit.* Præter omnia ista Idola, quæ intra *Ca'abam* erant cum effigiebus *Abrahami* & *Ismaelis*, numerabantur etiam 360. Idolorum Statuæ extra eandem *Ca'abam* in circuitu ejus collocatæ; quas omnes quomodo Mohammed locis suis dejecerit, narratur in Al-Bocharii *Sonna* ex Abdo'llaho Omari filio:

دخل النبي صلعم مكة يوم فتح وحول البيت ستون وثلثماية نصب فجعل يطعنها بعود في يده فيقول جاء الحق وزهق الباطل جاء الحق وما يبدي الباطل وما يعيد

*Cùm ingressus esset* Meccam Propheta... *die Expugnationis*, (vidit) *circa Domum tercentum & sexaginta* Statuas (Idolorum.) *Tum cœpit illas punctim percutere cum scipione, quem manu gestabat dicens*: Jam venit Veritas; evanescat Mendacium: Venit Veritas; ne amplius igitur appareat Mendacium; nusquam revertatur. Addit Auctor Libri dicti *Al-Ectefâ*: فما اشار الى صنم منها في وجهه الا وقع لقفاه وكان اعظمها هبل وهو وجاه الكعبة حذا مقام ابراهيم لاصقا بها *Ad nullum autem ex istis* Idolis *vultu suo nutum faciebat, quin illud statim in posticam cervicis partem ad terram corruerit. Horum maximum fuit HOBAL; eratque è regione* Ca'abæ *juxta τὸ* Mekâm Ibrâhimi, (i. e. ὑποπόδιον Abrahami) *collocatum*. De hoc *Hobalo* jam supra diximus pag. 68. vide etiam quæ de illo, ut & de cæteris Arabum veterum Numinibus habet vir doctissimus Pocockius Specim. Hist. Arab. à pag. 89. ad 114. ubi Auctoris nostri, inter alios, verba frequenter adducit, & illustrat.

a *Sagittas ad sortitionem*. Erat hoc genus Sortilegii illiciti, quod fuse explicat vir cl. Pocock. Specim. Hist. Arab. pag. 96, & 97. Interdicitur Al-Cor. Sur. 5. v. 4. وان تستقسموا بالازلام ذلكم فسق *Quod verò partitionem facitis per Sagittas-sortitionis, hoc vobis illicitum est.* Ubi Gjelalo'ddinus: كانت سبعة عند سدنة الكعبة عليها اعلام وكانوا يحكمونها فان امرتهم ائتمروا وان نهتهم انتهوا *Erant numero septem, & apud Æditos* Ca'abæ *adservabantur: Notis quibusdam erant insignitæ; & illas vivificabant. Quod si* (per istas notas seu signa) *aliquid faciendum juberent, id faciebant, si verò id fieri vetarent, ab eo abstinebant.*

b *Precatus est*. Hæc Assertio videtur contradicere Traditioni Al-Bocharii in *Sonna* ex Ebn-Abbâso, à nobis mox allata, qua dixerat: ولم يصل فيه *Et non precatus est in ea.* Quæ difficultas in Libro dicto شرح الاثار Sharho'l-Athâr, i. e. *Explicatio Traditionum*, Auctore Al-Tahâwio, proponitur hoc modo: قال عبد الرحمن اتيت شيبة بن عثمان فقلت يا ابا عثمان ان ابن عباس يقول ان رسول الله صلعم دخل الكعبة فلم يصل قال بلى صلى ركعتين عند العمودين المقدمين ثم الزق بهما ظهره *Inquit* Abdo'l-Rahman. Veni ad *Shaibam* Othmâni filium, & dixi: *O Abu-Othman, Ebn-Abbâs* aiebat Apostolum Dei... in *Ca'abam* ingressum non precatum fuisse. *Respondit*: Imò verò precatus est, idque cum duabus Incurvationibus ad duas columnas anteriores, dorsum suum iisdem adplicando. Solvitur itaque hæc Contradictio apparens ex alia ejusdem Ebn-Abbâsi pleniore Traditione, quæ sic habetur ibidem: قال ابن عباس دخل رسول الله صلعم البيت فصلي بين الساريتين ركعتين ثم خرج فصلي بين الباب والحجر ركعتين ثم قال هذه القبلة ثم دخل مرة اخرى وقام فيه يدعو ثم خرج ولم يصل *Inquit* Ebn-Abbâs: Ingressus est Apostolus Dei... in Domum (Ca'abæ,) & precatus fuit inter duas Trabes, (seu Columnas,) cum duabus Incurvationibus. Tum foras prodiens precatus fuit inter *portam*, & *lapidem* (nigrum) cum duabus Incurvationibus: Atque ibi dixit: *Hæc est KEBLA.* Deinde altera vice intravit (in Ca'abam,) & stans in illa concionatus est. Denique egressus est, sed tunc non Precatus fuit.

c *Proscriptione facta*. Hanc Proscriptionem à Mohammede solemniter factam narrat Ebn-Ishak his verbis: وكان رسول الله صلعم قد عهد الى امرائه من المسلمين حين امرهم ان يدخلوا مكة ان لا يقاتلوا الا من قاتلهم الا انه قد عهد في نفر سماهم امر بقتلهم اينما ثقفوا من الحل والحرم وان وجدوا تحت استار الكعبة *Jam autem in mandatis dederat Apostolus Dei*... Emiris, (seu Ducibus) *suis* Mosslemis, *quo tempore jussit eis, ut* Meccam *intrarent; ne quemquam oppugnarent, nisi eum, qui illos oppugnaret: At verò de nonnullis, quos nominatim proscripsit, expresè mandavit jubens, ut illos interficerent, ubicunque ipsos comprehenderent, sive in solo profano, sive in solo sacro; imo etiam si sub* Ca'abæ *cortinis Asylum quærentes invenirent.* De Proscriptorum numero non conveniunt: Auctor noster sex viros, & quatuor fœminas tantùm recenset: Gjannabius undecim viros & sex fœminas numerat: Alii plures, alii pauciores, juxta varias Traditiones, habent. Hi autem, qui hic referuntur, sunt celebriores.

Primus

احدهم عكرمة بن ابي جهل ثم
استامنت له زوجته ام حكيم فامنه
فقدم عكرمة واسلم

وثانيهم هبار بن الاسود

وثالثهم عبد الله بن سعد بن
ابي سرح وكان اخا عثمان
بن عفان من الرضاعة فاتي
عثمان به النبي صلعم وساله
فيه فصمت النبي صلعم طويلا
ثم امنه فاسلم وقال لاصحابه
انما صمت ليقوم احدكم فيقتله
فقالوا هلا اومات الينا فقال
الانبياء لا يكون لهم خاينة
الاعين

وكان عبد الله المذكور
قد اسلم قبل الفتح وكتب
وحي وكان يبدل القران
ثم ارتد وعاش الى خلافة
عثمان رضي الله عنه وولاه
مصر

ورابعهم مقيس بن صبابة
لقتله الانصاري الذي قتل اخاه
خطا وارتد

وخامسهم عبد الله بن خطل كان

Primus fuit [a] *Acrema Abu-Gjeheli* filius. Tum verò uxor ejus *Omm Hakîm* securitatem pro illo rogavit. Qua impetrata *Acrema* accessit, atque *Islamismum* amplexus est.

Secundus [b] *Hobâr Al-Aswadi* filius.

Tertius [c] *Abdo'llah* filius *Sa'adi* filii *Abu-Sarahi.* Is erat frater collactaneus *Othmâni Affâni* filii. Quare illum adduxit *Othman* ad Prophetam... rogans pro eo securitatem. At Propheta... cunctabundus diu siluit; tum demùm securitatem dedit; & ille *Islamismum* professus est. Deinde Propheta... ad comites suos: *Utique*, inquit, *tamdiu silentium servabam, ut interim aliquis vestrum consurgens illum interficeret.* Dixerunt: *Annon debuisses nobis nutu, id quod volebas, significare?* *At*, inquit, *non convenit* PROPHETIS *adeò esse perfidos, ut oculis nutum faciant.*

Iste *Abdo'llah* prædictus jam ante Expugnationem *Meccæ Islamismo* nomen dederat; imo etiam (sub Apostolo Dei...) Revelationem scribebat, sed AL-CORANUM immutando fraudulenter corruperat; tum deinde fidem ejuravit. Vixit autem usque ad *Chalifatum Othmâni*, cui Deus sit propitius, qui illum etiam *Ægypto* præfecit.

Quartus, [d] *Mekîas Sabâba* filius. (Proscriptus fuit,) propterea quod *Ansarium*, qui fratrem ipsius per errorem occiderat, interfecit, tum deinde fidem ejuravit.

Quintus, [e] *Abdo'llah Chatali* filius. Is *Mosle-*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegjiræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

a *Acrema.* Inquit Auctor Libri dicti *Shafâo'l-Garâm:* واما عكرمة فهرب الى اليمن واسلمت امراته ام حكيم بنت الحارث بن هشام فاستامنت له من رسول الله صلعم فامنه فخرجت في طلبه حتى اتت به رسول الله صلعم *Quoad* Acremam, *jam in* Al-Yemen, (Arabiam felicem) *fugerat. Uxor autem ejus* Omm-Hakîm, *filia* Al-Hârethi *filii* Heshâmi, Islamismum *amplexa fuit, & pro illo securitatem ab Apostolo Dei... rogavit; qua impetrata, ad inquirendum illum profecta cum eo ad Apostolum Dei... reversa est.* Et ipse Moslemus factus est. Ejus conversionis Historia prolixa extat in Libro dicto *Safwa*, ubi dicitur illum deinceps pro nova Religione in omnibus bellis fortissime dimicavisse, حتى قتل شهيدا يوم اليرموك في خلافة ابي بكر ووجد فيه بضعا وسبعين ما بين ضربة وطعنة ورمية *Donec tandem* Martyr *occubuit in prælio* Bermucensi (anno Hegjræ 12.) *sub chalifatu* Abu-Becri: *Repertumque fuit corpus ejus septuaginta & amplius vulneribus, partim gladiorum ictibus, partim lancearum, sagittarumque punctionibus, factis confossum.*

b *Hobâr.* Is, tum quia molestia affecerat Mohammedem, tum quia particeps fuerat facinoris, quod commisit *Al-Howaireth*, de quo mox, proscriptus erat, sed die Expugnationis tam secretò delituit, ut inveniri non potuerit. Postmodum verò pœnitentia ductus Medinam veniens, Islamismum professus est. Cumque offensarum veniam deprecaretur dixit ei Mohammed: يا هبار عفوت عنك والاسلام يجب ما قبله O Hobâr *condono tibi; Siquidem* Islamismus *omnia anteacta crimina abolet.*

c *Abdo'llah.* Aliis vocatur simpliciter, *Ebn-Sa'ad.* Is præcipuè laudatur, quod كان فارس بني عامر بن لوي معروفا فيهم وهو احد النجباء والعقلاء الكرام من قريش *fuerit* Eques *filiorum* Ameri *filii* Lowæ *inter illos celebratissimus: Eratque unus è præstantissimis, prudentissimis, & honoratissimis* Koraishitarum. *In tantum autem* Equis *delectabatur, ut moriens* Al-Corani Suratam 100. *cui Titulus est* العاديات Equi-currentes, *recitaverit.* Obiit *Ascalone*, vel, secundùm alios, *Remlæ* in *Palæstina* anno Hegjræ 36, vel 37 Gjannab. Quomodo Al-Coranum scribendo corrumperet videbimus apud eundem Gjannabium.

d *Mekîas.* Ejus crimen, & Apostasia habetur supra pag. 81. Quomodo jam occisus fuerit, hic narrat Auctor Libri dicti: معالم التنزيل *Mo'âlemo'l-Tanzîl*, ad Sur. 48. وفي يوم الفتح كان يشرب الخمر في ناحية مع جماعة من المشركين واخبر نميلة بن عبد الله الليثي وهو رجل من قومه بحاله فذهب اليه فقتله *Die autem Expugnationis, ille* (Mekias) *cum* Idololatrarum *turma seorsim vinum bibebat: Qua de re certior factus* Tamîla Abdo'llahi *filius*, Al-Laithita, *qui erat vir è popularibus ejus, eò se conferens ipsum interfecit.*

e *Abdo'llah.* Quis fuerit, & crimen ejus refert, Auctor Libri Shafâo'l-Garân: *Fuit*, inquit ille, رجل من

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

*mus* factus erat; deinde, occiso *Moslemo* à fide desciverat.

قبل اسلم ثم قتل مسلما وارتد

Sextus, [a] *Al-Howaïreth Nokaïdi* filius: Molestia affecerat APOSTOLUM DEI . . . & carmine satyrico convitiatus fuerat. In hunc irruens *Ali Abu-Tâlebi* filius ipsum interfecit.

وسادسهم الحويرث بن نقيد كان يوذي رسول الله صلعم ويهجوه فقتله علي بن ابي طالب فقتله

Quoad Fœminas: Harum

واما النساء

Prima fuit *Henda Abu-Sofiani* uxor, *Moäwiæ* mater, quæ * partem jecoris *Hamzæ* devoraverat. Atque hæc, larvato habitu cæteris *Koraishitarum* fœminis immista, Apostolo Dei . . . juramentum fidelitatis præstitit. Cumque ille eam agnovisset, tum ipsa, *Ego sum* Henda, inquit, *condona jam quæ præterierunt.* Et condonavit.

* In prælio Ohodensi, de quo v. supra p. 67.

فاحداهن هند زوج ابي سفيان ام معاوية التي اكلت من كبد حمزة وتنكرت مع نسا قريش وبايعت رسول الله صلعم ولما عرفها قالت انا هند فاعف عما سلف فعفا

Ubi autem advenit tempus Precationis meridianæ, ipso die Expugnationis, *Belâl* (Præco) è superiori *Ca'abæ* tecto preces promulgavit. Dixitque *Gjowaïretha Abu-Gjebeli* filia: * *Ita Deus honoret patrem meum*: *Quo tempore nondum testatus est* Belâl Ca'abæ *fastigium conscendere properat.* Tum *Al-Hareth Heshâmi* filius ait: *Utinam antehac mortuus fuissem.* Deinde *Atâb Osaïdi* filius, *Ita Deus honoret patrem meum*, inquit, *neque hic dies purus illuxit.*

* Ut Latinis, *Ita Deum me amet.*

ولما جاء وقت الظهر يوم الفتح اذن بلال على ظهر الكعبة فقالت جويرية بنت ابي جهل لقد اكرم الله ابي حين لم يشهد نهيق بلال فوق الكعبة وقال الحرث بن هشام ليتني مت قبل هذا فقال عتاب بن اسيد لقد اكرم الله ابي فلم ير هذا اليوم

Hìc de improviso superveniens eis Apostolus Dei . . . singulis recitavit id quod quisque dixerat. Exclamat *Al-Hareth Heshâmi* filius: *Ego testor Te esse Apostolum Dei. Per Deum! Nemo hujusce rei conscius fuit, de quo possimus dicere; Is tibi indicavit.*

فخرج عليهم رسول الله صلعم ثم ذكر لهم ما قالوه فقال الحرث بن هشام اشهد انك رسول الله والله ما اطلع علي هذا احد فنقول اخبرك

بني تيم بن غالب وانما امر بقتله انه كان مسلما فبعثه رسول الله صلعم مصدقا وبعث معه رجلا من الانصار وكان معه مولى له يخدمه وكان مسلما فنزل منزلا وامر المولى ان يذبح تيسا فيصنع له طعاما فنام فاستيقظ ولم يصنع شيا فعدا عليه فقتله ثم ارتد مشركا وكانت له قينتان فرتنا وصاحبتها وكانتا تغنيان بهجا رسول الله صلعم وامر بقتلهما معه *homo è filiis* Taim *filii* Gâlebi. *Et hic quidem proscriptus fuit. Cùm enim esset* Moslemus, *miserat illum Apostolus Dei . . . ad colligendas Eleemosynas, & comitem ei adjunxerat hominem* Ansarium. *Habebat etiam servum, qui ipsi ministraret, eumque* Moslemum. *Accidit autem, ut dum in hospitio diversaretur, juberet servo, ut, mactato hœdo, cibum sibi pararet, interea ipse dormitum ivit. Ubi autem experge factus est, ille nihil adhuc paraverat. Quamobrem irruens in illum interfecit, & ad* Idololatriam *relapsus est. Quinetiam habuit secum duas mulieres* Fidicinas, *videlicet* Fariatam, *& sociam ejus, quæ carmina-satyrica in* Apostoli Dei . . . *contumeliam scurriliter decantabant. Quare & illas cum ipso proscripsit.* Nec silentio prætermittendum est ubi, & quomodo occisus fuit: ففي فتح مكة استعان بالكعبة وتعلق باستارها واختفا تحتها وحين كان النبي صلعم يطوف بالبيت قيل له يا رسول الله هذا بن خطل متعلق باستار الكعبة قال اقتلوه فقتلوه *Die autem expugnationis* Meccæ (Abdo'llah,) *Asyli quærendi causa in* Ca'abam *confugiens, se se inter Cortinas ejus immisit, & sub illis se occultavit. Dumque* Propheta . . . *circuitiones circa* Domum *obiret, dixit ei aliquis:* Ecce *Abdo'llah Chatali* filius Cortinis *Ca'abæ* obvolutus latitat. *Dixitque*: Occidite illum. *Et protinus eum interfecerunt.* Cujus facinoris magnificam in sui vindicationem Apologiam ab ipso Mohammede pronunciatam habet Gjannabius, ubi de die secundo post Expugnationem; quam suo loco videbimus.

a *Al-Howaïreth.* Is erat بن نقيد ابن وهب بن عبد بن قصي filius *Nokaïdi*, filii *Wahabi*, filii *Abdi*, filii *Kosæ*; ac proinde e nobilissima *Koraishitarum* Tribu, & ipse ditissimus, & ex illorum numero, qui Mohammedem molestia affecerant: Sed & aliud atrocissimum crimen in filias Mohammedis patraverat, quod sic narrat Ebn-Heshâm apud Auctorem Libri dicti *Shafao'l-Garâm*: وكان العباس بن عبد المطلب حمل فاطمة وام كلثوم بنتي رسول الله صلعم من مكة يريد بهما المدينة فنخس بهما الحويرث ابن نقيد فرمى بهما الى الارض *Quo tempore* Al-Abbâs Abdo'l-Motallebi *filius*, (Patruus Mohammedis,) Fâtemam, & Omm Calthûm, *Duas* APOSTOLI DEI . . . *filias ab* Mecca Medinam *deportaret*, Al-Howaïreth Nokaïdi *filius, in itinere occurrens, illas tanta violentia impulit, ut ambas ad terram dejecerit.* Alii dicunt unam ex illis fuisse *Zainabam*, alteram *Mohammedis* filiam, eamque prægnantem; quæ e jumento corruens fœtum suum enixa abortum passa fuit, unde in morbum incidit, quo & mortua est.

Ex

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1 Maii, feria 2.

ومن النساء المهدورات الدم سارة مولاة بني هاشم التي حملت كتاب حاطب

Ex fœminis, quæ proscriptæ sunt, ut sanguis earum funderetur, fuit etiam [a] *Sâra* filiorum *Hâshemi* serva; quæ Epistolam ab *Hâtebo* scriptam ad *Koraishitas* deferebat.

## CAP. LIII.

ذكر غزوة خالد بن الوليد على بني جذيمة

*Bellum* Châledi Al-Walîdi *filii adversùs filios* Gjadhîmæ.

لما فتح رسول الله صلعم مكة بعث السرايا حول مكة الى الناس يدعوهم الى الاسلام ولم يامرهم بقتال وكان بنو جذيمة قتلوا في الجاهلية عوفا ابا عبد الرحمن بن عوف وعم خالد بن الوليد كانا اقبلا من اليمن واخذوا ما كان معهما وكان من السرايا التي بعث رسول الله صلعم الى الناس ليدعوهم الى الاسلام سرية مع خالد بن الوليد

POstquam *Meccam* expugnavit Apostolus Dei... varias suorum turmas circa *Meccam* misit, qui homines ad *Islamismum* vocarent. Nequaquam jubens prælio quemquam adoriri. Filii autem *Gjadhîmæ*, tempore *Ignorantiæ*, (seu ante Islamismum,) interfecerant *Awfûm* patrem *Abdo'l-Rahmani Awfi* filii; & patruum *Châledi Al-Walîdi* filii; dum ambo ex *Al-Yemen* (Arabia felice) reverterentur, & quidquid ad ipsos pertinebat ceperant. Porro accidit, ut una ex Turmis, quas Apostolus Dei... ad vocandum homines ad *Islamismum*, ea esset Turma, cui *Châled Al-Walîdi* filius præerat.

فنزل على ماء لبني جذيمة المذكورين فلما نزل عليه اقبلت بنو جذيمة بالسلاح فقال لهم خالد ضعوا السلاح فان الناس قد اسلموا فوضعوه وامرهم فكتفوا ثم عرضهم على السيف فقتل من قتل منهم

Constitit ad Aquam quandam filiorum *Gjadhîmæ*. Dumque illic in stativis esset, obviam iverunt *Gjadhîmitæ* armis instructi. Dixit eis *Châled*: *Arma deponite*; *& homines* Islamismum *profiteantur*. Illico [b] arma deposuerunt. Jussitque illos junctis post terga manibus ligari. Quo facto ipse districto in eos irruens gladio, quos libuit obvios ferociter trucidavit.

ولما بلغ النبي صلعم ما فعله خالد رفع يديه الى السما حتى ان بياض ابطيه وقال اللهم اني ابرا اليك مما

Quod *Châledi* facinus ubi nunciatum est Prophetæ... manibus in cœlum sublatis, adeò ut candor axillarum ejus conspicuus esset, *O Deus*, inquit, *Innocens ego sum coràm te facinoris, quod*

a *Sâra*. Ejus crimen supra relatum est p. 103. ad quod aliud gravius piaculum adjecit: Nam postea *Meccam* se recipiens apud *Koraishitas* Mohammedem convitiis prosequi non cessavit, donec die Expugnationis, inquit Auctor Libri *Shafâo'l-Garâm*, واستومن لها فامنها ثم بقيت حتى اوطاها رجل من الناس فرسا في زمن عمر بن الخطاب بالابطح فقتلها *precibus suis securitatem obtinuit. Deinde superstes vixit, donec temporibus* Omari Al-Chettâbi *filii, vir quidam equo vectus illam conculcans in campo glareoso interfecit.* Hic Auctor noster ad alia festinans, duas alias fœminas, ex quatuor, quas prædixerat, nominatim recensere omisit, videlicet duas illas *Fidicinas*, quæ pertinebant ad *Abdo'llahum Chatali* filium: Illas enim Mohammed cum ipso, uti mox vidimus, proscripserat. De his hæc habet Auctor prælaudatus: واما قينتا ابن خطل فقتلت احداهما وهربت الاخرى حتى استومن لها رسول الله صلعم بعد فامنها *Quoad duas* Ebn-Chatali Fidicinas, *prior quidem occisa fuit; sed altera fuga se proripuit: Postmodum verò ab Apostolo Dei... securitatem precibus obtinuit.* Omittit etiam solemnem illam & omnium postremam Inaugurationem Mohammedis, quæ facta fuit in colle *Al-Safâ*, & Juramentum, quod ei præstiterunt novi subditi *Meccenses*, tam viri, quam fœminæ. Quæ omnia fuse narrat Gjannabius.

b *Arma deposuerunt*. At enim, si Al-Bochario credimus in *Sonna*, non arma deposuerunt, nisi post acerrimum conflictum victi: Quare audienda est ejus Traditio, quam ad *Al-Zobarium* acceptam refert ex *Sâlemo*, cujus pater prælio interfuerat: Sic autem is rem gestam narrat: بعث النبي صلعم خالد بن الوليد الى بني جذيمة فدعاهم الى الاسلام فلم يحسنوا ان يقولوا اسلمنا فجعلوا يقولون صبانا صبانا فجعل خالد يقتل وياسر ودفع الى كل رجل منا اسيره حتى اذا كان يوم امر خالد ان يقتل كل رجل منا اسيره فقلت والله لا اقتل اسيري ولا يقتل رجل من اصحابي اسيره حتى قدمنا على النبي فذكرنا له *Misit Propheta*... Châledum Al-Walîdi *filium ad* Gjadhîmitas, *ut illos ad* Islamismum *vocaret. At illis non placuit dicere*: Islamismum amplectimur. *Quin econtra dicere exorsi sunt*: Sabaismum profitemur, Sabaismum profitemur. *Tunc* Châled, *commisso prælio, cœpit illos partim cædere, partim captivos facere; tum singulis quibusque nostrûm captivum suum tradere; donec die quodam unicuique nostrûm edixit, ut captivum suum trucidaret. Ego verò dixi*: Per Deum! non interficiam captivum meum; neque ullus è commilitonibus meis suum interfecturus est. *Tum demùm ad Prophetam reversi rem totam ei narravimus*, &c. De Religione *Sabîorum* v. Hottinger. *Hist. Orient.* Lib. 1. cap. 8. & Abr. Ecchell. *Eutych. Vindic.* parte 2. c. 27. sed præsertim cl. Th. Hydius Lib. *de Religione Veterum* Persarum, qui hoc Argumentum omnium doctissimè tractavit.

 [a] *commisit*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Capit die 1. Maii, feria 2.

[a] *commisit* Châled. Et extemplò Apostolus Dei... *Alîm Abu-Tâlebi* filium cum summa pecuniarum misit, jubens, ut pretium sanguinis persolveret, & opes restitueret. Quæ omnia, pro mandatis, *Alî* exequutus est. Tum interrogans eos dixit: *An aliquid restat sive opum, sive sanguinis pretii, quod vobis restituendum postuletis?* Responderunt: *Nihil.* Cumque haberet *Alî* præ manibus parumper pecuniæ, quod supererat, id totum inter illos ex abundanti, & ut corda eorum solaretur, distribuit. Quod ubi à se factum Prophetæ... retulit, id ille cum admiratione comprobavit.

صنع خالد ثم ارسل رسول الله صلعم علي بن ابي طالب بمال وامرهم ان يودي لهم الدما والاموال ففعل علي ذلك ثم سالهم هل بقي لكم مال او دم فقالوا لا وكان فضل مع علي بن ابي طالب قليل مال فدفعه اليهم زيادة وتطيبا لقلوبهم واخبر النبي صلعم بذلك فاعجبه

Deinde infenso animo fuit *Abdo'l-Rahman* adversus *Châledum*: Cujus causa hæc fuit: Nempe dixerat ei *Châled*: *Ego ultus sum mortem patris tui.* Cui Abdo'l-Rahman, *Imò potius ulcisci voluisti mortem patrui tui, qui tunc in comitatu ejus erat: Tu verò, hoc tempore* Islamismi, *facinus commisisti Ignorantiæ seu Paganismi temporibus dignum.* Quæ amborum altercatio cùm Apostolo Dei... innotuisset, dixit: *O Châled, absiste molestia urgere comites meos. Per Deum! si tantum auri possideres, quantus est (mons) OHOD: tum illud totum pro causa Dei Excelsi expenderes, nusquam adsequi poteris meritum unius ex illis seu matutinum seu vespertinum.*

وانكر عبد الرحمن بن عوف على خالد فعله ذلك فقال خالد ثارت اباك فقال عبد الرحمن بل ثارت عمك الفاكه وفعلت فعل الجاهلية في الاسلام وبلغ رسول الله صلعم خصامهما فقال يا خالد دع عنك اصحابي فوالله لو كان لك احد ذهبا ثم انفقته في سبيل الله تعالي ما ادركت غدوة احدهم ولا روحته

## CAP. LIV.

### *Bellum* Honaïnense.

ذكر غزوة حنين

HOC Bellum accidit Mense *Shawal* anni *Hegjræ* octavi. *Honaïn* autem est vallis ab *Mecca* tria milliaria distans.* Post expugnationem *Meccæ* convenerunt *Hawâzenitæ* cum omnibus carioribus suis, (uxoribus & liberis,) opibusque ad bellum Apostolo Dei... inferendum. Horum Dux erat *Malec Awfi* filius *Al-Nadhrita*: Quibus adjunxerunt se *Thakîfitæ*; hi *Al-Tâiefum* incolebant, & *Sa'aditæ* filii *Becri*: Ii sunt inter quos* enutritus fuerat Apostolus Dei... Aderat etiam cum filiis *Gjoshmi Doraïd Al-Semmæ* filius, senex grandævus jam supra centum annos natus; cujus tunc nihil amplius supererat præter Σκελετὸν, seu Cadaver adhuc anima rationali præditum. Aiebat autem tremens: *O utinam cum illa* (anima) *essem excisus. Mallem cum ipsa jacere sepultus.*

* *Meccam* inter & *Al-Tâiefum.* Ita Auctor Lexici dicti *Al-Kâmûs.*

* V supra p. 8.

وكانت في شوال سنة ثمان وحنين واد بينه وبين مكة ثلاثة اميال لما فتحت مكة تجمعت هوازن بحريمهم واموالهم لحرب رسول الله صلعم ومقدمهم مالك بن عوف النضري وانضمت اليهم ثقيف وهم اهل الطايف وبنو سعد بن بكر وهم الذين كان رسول الله صلعم مرتضعا عندهم وحضر مع بني جشم دريد بن الصمة وهو شيخ كبير قد جاوز المائة وليس يراد منه غير التيمن برايه وقال رجزا ياليتني فيها جذع اخب فيها واضع

Ubi illos congregari audivit Apostolus Dei... *Mecca* [b] egressus est die sexto mensis

ولما سمع رسول الله صلعم باجتماعهم خرج من مكة لست خلون من

a *Commisit.* Addit Al-Bocharii Traditio مرتين i. e. *duabus vicibus.* Nempe hac vice contra *Gjadhîmitas*, altera autem contra *Koraishitas* in Expugnatione *Meccæ*. v. supra pag. 106, & 107. in Not.

b *Egressus est.* Priusquam egrederetur, inquit Ebn-Ishak: بعث النبي صلعم عبد الله بن ابي حدرد الاسلمي وامره ان يدخل في الناس ويقيم فيهم حتي يعلم علمهم ثم ياتيه بخبرهم فانطلق ابن ابي حدرد فدخل عليهم فاقام فيهم حتي سمع وعلم ما قد اجمعوا له من حرب النبي صلعم وسمع من مالك وامر هوازن ما هم عليه ثم اقبل واخبر رسول الله صلعم الخبر *miserat ad illos Propheta... (exploratorem)* Abdo'llahum Abu-Gjardadi *filium* Al-Aslamitam;

*Shawal*

شوال سنة ثمان وكان يقصر الصلاة
بمكة من يوم الفتح الى حين خرج
للقاء هوازن وخرج معه اثنا عشر الفا
الفان من اهل مكة وعشرة الاف كانت
معه وكان صفوان بن امية مع رسول
الله صلعم وهو كافر لم يسلم سال
ان يمهل بالاسلام شهرين واجابه رسول
الله صلعم الى ذلك واستعار رسول
الله صلعم منه مائة درع في هذه الغزوة
وحضرها ايضا جماعة كبيرة من
المشركين وهم مع رسول الله صلعم

فانتهى رسول صلعم الى حنين
والمشركون باوطاس فقال دريد بن
الصمة باي واد انتم قالوا باوطاس
قال نعم مجال الخيل

لا حزن ضرس
ولا سهل دهس

وركب النبي صلعم بغلته الدلدل
وقال رجل من المسلمين لما
راي كثرة جيش النبي صلعم لن
نغلب هاولاء من قلة وفي ذلك
نزل قوله تعالي ويوم حنين اذا
اعجبتكم كثرتكم فلم تغن عنكم
شيا ولما التقوا انكشفت المسلمون
لا يلوي احد علي احد

*Shawal* anni *Hegjræ* octavi. A die autem, quo *Meccam* ceperat usque ad tempus, quo adversùs *Hawâzenitas* profectus est, continuò institerat precationi matutinæ, & vespertinæ. Egressa sunt cum eo duodecim hominum millia, videlicet duo millia *Meccensium*, & decem millia, quæ secum *Medina* adduxerat. Erat etiam cum Apostolo Dei ... *Safwân Omaiæ* filius, & ipse Infidelis; neque adhuc *Islamismo* nomen dederat, quippe qui duorum mensium moram postulaverat, quam ei concessit Apostolus Dei ... Interea vero Apostolus Dei ... ab illo mutuo accepit centum loricas ad istud bellum; cui præterea interfuit numerosa *Idololatrarum* turma Apostolum Dei ... sequuta.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegjræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

Et pervenit Apostolus Dei ... ad *Honainum*; *Idololatræ* autem * *Awtâsi* consederunt. Ibi *Doraïd Al-Semmæ* filius dixit, *Quanam in valle jam estis vos?* Responderunt: *In valle Awtâsi.* Tum ille, *Benè*, inquit. *Est campus equitatui idoneus, in quo*

*Neque est terra salebrosa collis asperioris,*
*Neque terra plana soli mollioris.*

* De situ hujus vallis v. infra ad cap. LV.

Porro inequitabat Propheta ... Mulæ suæ, cui nomen erat * *Daldal.*

* V. supra p. 95.

Dixit autem [a] vir quidam è *Moslemis* ingentem Prophetæ ... exercitum contemplatus: *Nequaquam isti vincendi sunt à minori numero.* Cujus occasione cœlitùs demissum est istud verbum Dei Excelsi: * *In prælio Honaïn, cùm admirationi vobis esset multitudo vestra; nihil tamen vobis quicquam profuit.* &c. Ubi enim commissum fuit prælium, tam præcipiti [b] fuga abrepti sunt *Moslemi*, ut ne unus quidem juxta alterum in acie constiterit.

* Al-Coran. Sur. 9. v. 26.

*jubens, ut inter hominum turbam ingressus, ibi moraretur, donec certò cognosceret quidnam illi molirentur; tum ad se nuncium perferret. Abiens igitur filius* Abu-Gjardadi *inter illos insinuavit se, mansitque donec audivit, & certior factus est, illos ad bellum* Prophetæ ... *inferendum congregari. Audivit etiam* Mâlekum Hawâzenitis, *quid unicuique agendum foret imperantem.* At vero ex altera parte, inquit idem Ebn-Ishak, ومالك بن عوف بعث عيونا من رجاله فاتوه وقد تفرقت اوصالهم فقال ويلكم ما شانكم فقالوا راينا رجالا بيضا علي خيل بلق فوالله ما تماسكنا ان اصابنا ما ترى Mâlek Awfi *filius è militibus suis exploratores etiam miserat: Illi autem citò reversi sunt ad eum membrorum articulis præ pavore dislocatis. Quibus ille,* Væ vobis, *inquit,* quid rei vobis accidit? *Respondent,* Vidimus hominem albis vestibus indutum, equo albo nigroque colore variegato insidentem! Per Deum! si nos adortus fuerit, nequaquam poteris illius impetum sustinere. Scilicet *Gabrielem* viderant eodem habitu, qui supra describitur pag. 59.

a *Vir quidam.* Quisnam fuerit vir ille, incertum est apud Historicos: Gjannabius varias conjecturas adducit: واختلفوا في القايل بذلك فقيل ابو بكر الصديق وقيل سلمة ابن سلامة وقيل العباس وقيل النبي صلعم والله اعلم بذلك *In diversas abeunt sententias de illo, qui hanc vocem emiserit. Alii* Abu-Becro Al-Seddik *dictam attribuunt, alii* Salemæ Al-Salâmæ *filio, alii* Al-Abbâso; *nonnulli ipsi* Prophetæ ... *Sed hoc Deus novit.* Quidquid sit, addit ibidem ex Libro dicto *Al-Ectefâ:* فكره رسول الله صلعم كلامه فوكلوا الي كلمة الرجل *Quem sermonem ægrè admodum tulit* Apostolus Dei ... *Nam ad vocem istius hominis nimia confidentia sui elati sunt.*

b *Fuga.* Causam & modum hujus Fugæ *Moslemorum* sic graphicè depingit Ebn-Ishak verbis ipsius *Gjaberi Abdo'llahi* filii, qui prælio interfuerat: لما استقبلنا وادي حنين انحدرنا في واد من اودية تهامة اجوف حطوط انما ننحدر فيه انحدارا وفي عماية الصبح وكان القوم قد سبقونا الي الواد وكمنوا لنا في شعابه واحنائه ومضايقه قد اجمعوا وتهيئوا واعدوا فوالله ما راعنا ونحن منحطون الي الكتايب قد شدوا علينا شدة رجل واحد فانشمر الناس راجعين لا يلوي احد علي احد *Cùm pervenissemus ad vallem* Honaïn, *descendimus in vallem omnium* Tehâmæ *vallium depressissimam, & profundissimam: Et revera in illam nosmetipsos omnimoda demissione demisimus. Interea verò, dùm adhuc obscura esset aurora, hostes in vallem jam nos anteverterant; atque in insidiis*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegjræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

Tunc Apostolus Dei ... ad dextrum latus secessit [a] cum aliquot è *Mohâgjeriis*, & *Ansariis*, & nonnullis ex sua [b] ipsius familia. Videntes autem *Meccenses Moslemos* in fugam conjectos, jam aperte malevolentiam, quam animis gerebant, prodidere; dixitque *Abu-Sofiân Harbi* filius: *Horum fugam nihil sistere præterquam mare poterit.* Et sagittas sortitionis in pharetra sua reconditas tenebat. Et exclamavit *Calda*: *Nunc cessavit fascinum.* Is *Calda* erat frater *Safwâni Omaiæ* filii, ex matre sua. Eratque tunc adhuc *Safwân* Idololatra; & dixit ei: *Tace*; *Deus occludat os tuum.* Tum ipse ait: *Si mihi dominaturus sit vir ex* Koraishitis, *mallem jam mihi dominetur vir ex* Hawâzenitis.

وانحاز رسول الله ذات اليمين في نفر من المهاجرين والانصار واهل بيته ولما انهزم المسلمون اظهر اهل مكة ما في نفوسهم من الضغن فقال ابو سفيان بن حرب لا تنتهي هزيمتهم دون البحر وكانت الازلام معه في كنانته وصرخ كلدة الا بطل السحر اليوم اخو صفوان بن امية لامه وكان صفوان حينئذ مشركا فقال له صفوان اسكت فض الله فاك وقال والله لان يربني رجل من قريش احب الي ان يربني رجل من هوازن

Interea verò firmiter [c] consistebat Apostolus Dei ... donec tandem [d] à fuga revocati *Moslemi* prælium acerrimè redintegrarunt. Hìc Propheta ... [e] Mulam suam *Daldal* compellans dixit: *Humi procumbe, humi procumbe.*

واستمر رسول الله صلعم ثابتا وتراجع المسلمون واقتتلوا قتالا شديدا وقال النبي صلعم لبغلته الدلدل البدي البدي

*considebant in fissuris, in angulis sive anfractibus, & angustiis ejus* (vallis) *delitescentes. Cùm subitò undequaque collecti nos adorti sunt. Per Deum! Prorsus mentis inopes eramus, in medias hostium acies delapsi, qui in nos undique, quasi vir unus irruentes, impetum faciebant. Atque tunc unusquisque nostrûm in fugam conversus à periculo se eximere totis viribus contendebat; adeò ut ne unus quidem cum altero in ordine consisteret.* Harum Angustiarum, in quibus circumventi erant *Moslemi*, instar *Romanorum* ad furcas *Caudinas*, tum trepidationis eorum, & Fugæ effusæ, extat brevis, sed elegans descriptio in Al-Corano Sur 9. v. 26. وضاقت عليكم الارض بما رحبت ثم وليتم مدبرين *Et angustata fuit super vos terra, quantumvis spatiosa esset. Tum aversi fuistis terga vertentes.* Sola differentia est, quod *Romani* omnes sub hasta venditi sunt, *Moslemi* autem ope divina evaserunt.

a *Cum aliquot.* Videlicet *Abu-Becro*, & *Omaro*; cæteris fuga dilapsis.

b *Ipsius familia.* Videlicet *Alî*, gener Mohammedis, *Al-Abbas* patruus ejus, *Abu-Sofiân Al-Hârethi* filius cum filio suo *Gjafaro*, *Al-Fadhl Al-Abbâsi* filius, *Rabî'a Al-Hârethi* filius, *Osâma Zaidi* filius, & *Aiman* τῆς *Omm-Aiman* filius. Atque is استشهد *Martyr occubuit* coram Mohammede.

c *Consistebat.* Ibi Mohammed videns se a suis deseri, ut illos a fuga revocaret, magno clamore vociferabatur his verbis, referente Ebn-Ishak: ابن ايها الناس هلم الي انا رسول الله انا محمد *Quo fugitis, O commilitones? Huc ad Me revertimini: Ego sum* APOSTOLUS DEI; Ego sum MOHAMMED. Cùm autem ab hostibus propius accedentibus pene obrueretur, in summo vitæ discrimine constitutus, hanc ad Deum orationem fudit: انا النبي لا كذب انا ابن عبد المطلب اللهم انزل نصرك *Ego sum* PROPHETA, *qui non mentitur*; Ego *sum filius* Abdo'l-Motallebi: O *Deus, descendere facito auxilium tuum*

d *A fuga revocati.* Sic porro revocati sunt: Cùm enim videret se, ne in medios hostes irrueret, a suis impediri, Patruum suum sic alloquutus est, referente eodem Moslemo: اي عباس نادي اصحاب السمرة فقال ابن عباس وكان رجلا صيتا فقلت باعلي صوتي اين اصحاب السمرة فقال فوالله لكان عطفتهم حين سمعوا صوتي عطفة البقر اولادها فقالوا يا لبيك يا لبيك قال فاقتتلوا الكفار O Abbâs, *revoca dominos* Samaræ (seu *Acaciæ*, quod est genus Spinæ *Ægyptiacæ*, qua pascuntur Cameli,) [*Inquit* Ebn-Abbâs: Pater meus erat sonora voce præditus.] Tunc Ego, (inquit Abbâs,) cœpi alta voce clamare: *Quo fugitis*, O *Domini* Samaræ? Per Deum! *pergit ille*, statim atque audierunt vocem meam, eodem prorsùs affectu commoti, quo Vaccæ juvencos suos mugientes audiendo commoveri solent, responderunt dicentes: *Adsumus, Adsumus.* Et statim prælium cum Infidelibus redintegrarunt.

e *Mulam suam.* Priusquam autem Mohammed Mulam suam ita compellaret, videns se clamoribus nihil proficere, ejusdem vires & agilitatem experiri conatus fuerat, illam in confertam hostium aciem, admotis calcaribus impellendo: Sed ab *Abbâso*, & *Abu-Sofiâno*, ne ita faceret, cohibitus fuit. Quomodo verò Jumenti impetum represserunt, ipse *Abbâs* narrat in Libro dicto *Al-Sahîh*, cujus Auctor est *Moslem*, his verbis: شهدت مع رسول الله صلعم يوم حنين فلزمت انا وابو سفيان بن الحارث بن عبد المطلب رسول الله صلعم فلم نفارقه ورسول الله صلعم على بغلة له بيضا فلما التقى المسلمون الكفار ولي المسلمون مدبرين فطفق رسول الله صلعم يركض بغلته قبل الكفار وانا اخذت بلجام بغلته اكفها ارادة ان لا تسرع وابو سفيان بن الحارث اخذ بركاب رسول الله صلعم *Bello sacro interfui cum Apostolo Dei ... die* HONAIN; *& lateri ejus adsistebam Ego, &* Abu-Sofiân, *filius* Al-Hârethi, *filii* Abdo'l-Motallebi; *& ab illo nusquam discedebamus. Apostolus Dei ... autem* Mula *sua alba vehebatur. Ubi verò* Moslemi *commiserunt prælium cum* Infidelibus *cœperunt* Moslemi *in fugam conjecti terga vertere; mox Apostolus Dei ..* Mulam *adversùs* Infideles *admotis calcaribus impulit. Ego verò frænum* Mulæ *protinus arripiens illam cohibui, ne nimium præceps rueret, dum ex altera parte* Abu-Sofiân Al-Hârethi *filius ephippii ejus stapedem firmiter apprehenderet.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Capit die 1 Maii, feria 2.

*Awtâsum* versùs ubi [a] *Doraïdo Al-Semmæ* filio occurrit. Et commisso prælio occisus fuit ipse *Doraïd*; & Deus socios ejus in fugam convertit.

اوطاس فلقي في دريد بن الصمة
فقتل دريد فهزم الله اصحابه

*Inquit* Abu-Mûsa: Miserat me etiam Propheta cum *Abu-Amero*. Accidit autem, ut *Gjoshmita* quidam sagittam in eum jaculans, ipsum graviter vulneraverit in genu. Cumque ad illum accelerassem, *O Patrue*, inquam, *quisnam te sagitta petiit?* Ille nutu eum mihi, Abu-Musæ, ostendens respondit: *Hic est interfector meus, qui sagittam in me vibravit.* Mox Ego exiliens ad illum recta cursum direxi. Ille autem, ut vidit me, fuga se proripuit. Ego verò eum insequutus vestigiis ejus institi: Tum cœpi ad illum clamare: *Nonne pudet te, O fugitive? Annon consistes?* Gradum itaque repressit. Mox alternis gladii ictibus manum conseruimus; atque illum occidi. Hinc ad *Abu-Amerum* regressus dixi: *Deus adversarium tuum interfecit.* Tum ille, *Extrahe modo*, inquit, *hanc sagittam.* Quam cùm Ego extraxissem, illicò simul cum ea [b] aqua profluxit. Tunc ait: *O fili fratris mei, PROPHETAM... nomine meo salutato, & meis verbis dicito ei*: Veniam peccatorum pro me precare. Tum me sui loco copiarum ducem constituit *Abu-Amer*; ac paulisper moratus animam efflavit.

قال ابو موسى فبعثني النبي
صلعم مع ابي عامر رماه جشمي
بسهم فاثبته في ركبته فانتهيت
اليه فقلت يا عم من رماك
فاشار الى ابي موسى فقال
ذلك قاتلي الذي رماني فعمدت
له فلحقته فلما راني ولى واتبعته
وجعلت اقول له الا تستحي
الا تثبت فكف فاختلفنا
ضربتين بالسيف فقتلته ثم قلت
لابي عامر قتل الله صاحبك
قال فانزع هذا السهم فنزعته
فنزا منه الماء فقال يا ابن
اخي اقرئ النبي صلعم السلام
وقل له استغفر لي واستخلفني
ابو عامر على الناس فمكث
يسيرا ثم مات

Deinde ad Prophetam... reversus in domum ejus intravi: Ipse autem sedebat in solio, cui instratus erat lectulus: Solium autem ornatum erat aulæo gemmis, tam in dorso ejus, quam in lateribus ipsius, insignito. Et rationem ei reddidi Expeditionis nostræ; tum de fato *Abu-Ameri* certiorem feci; & suprema ejus verba retuli, quibus dixerat: *Dicito ei*: Veniam peccatorum pro me precare.

فرجعت فدخلت على النبي
صلعم في بيته على سرير مرمل
وعليه فراش قد اثر رمال السرير
بظهره وجنبيه فاخبرته بخبرنا
وخبر ابي عامر وقال قل له
استغفر لي

Tunc Propheta... aquam ad se afferri postulans lotione sacra dicta *Wodhû* se abluit; & sublatis in cœlum manibus dixit: *O Deus*, [c] *da veniam peccatorum* Obaïdo Abu-Amero. Hìc Ego vidi candorem axillarum ejus. Tum rursùs ait: *O Deus*, *Ponito illum in die Resurrectionis supra potiorem partem creationis tuæ, & præ cæteris hominibus.* Tunc Ego dixi: *Pro me*

فدعا النبي صلعم بماء وتوضا
ثم رفع يديه ثم قال اللهم اغفر
لعبيد ابي عامر ورايت بياض
ابطيه ثم قال اللهم اجعله
يوم القيامة فوق كثير من
خلقك ومن الناس فقلت

a *Doraïd.* Memorabilis fuit cædes illius infortunati senis, *Gjoshmitarum* Ducis, qui à fugientium turba abreptus ab adolescente quodam *Moslemo*, nomine *Rabî'a Rafî'i* filio, in lectica sua crudeliter trucidatus fuit, quemadmodum narrat Gjannabius.

b *Aqua.* Scilicet aqua post exhaustum sanguinem è vulnere profluens est proximæ mortis indicium prognosticon.

c *Da veniam peccatorum.* Hic, & in aliis hujus historiæ locis, videmus Mohammedem pro *Mediatore & Intercessore*, tam pro vivis, quam pro defunctis, se gerere, & a suis talem agnosci: Sic dicunt de illo, quod, in die Judicii, اول الشافع واول مشفع *futurus sit primus Intercessor, & primus, cujus Intercessio accipienda est* (à Deo.) Et in Al-Cor. Sur. 47. v. 20. sic Deus illi præcipiens introducitur: واستغفر لذنبك وللمؤمنين والمؤمنات *Et veniam precare pro peccato tuo, & pro Fidelibus-viris, & Fidelibus-fæminis.* Ubi obiter notandum tam ex hoc loco, quam ex Sur. 48. v. 2. aliisque, Mohammepem se Peccatorem confiteri. Nihilominus tamen nonnulli Doctores illum à peccato immunem fuisse contendunt, inter quos Gjelalo'ddinus, qui locum à nobis adductum sic emollit, & explicat: قيل له ذلك مع عصمته ليستن به امته وقد فعله قال النبي صلعم اني لاستغفر الله كل يوم مائة مرة *Hoc ei dictum fuit* (à Deo,) *non obstante immunitate ejus* (à peccato,) *ut per hoc esset norma, & exemplum genti suæ; ac proinde ita fecit: Ipse enim Propheta... de se dixit*: Ego veniam precor à Deo unoquoque die centum vicibus. & Gjannabius: وعد بالمغفرة وهو يمشي حيا كثيرا *Promissa fuit ei venia peccatorum, quamvis ipse vitam purissimam duxerit.*

ولي فاستغفر فقال اللهم اغفر لعبد
الله بن قيس ذنبه وادخله يوم
القيامة مدخلا كريما قال ابو
بردة احدهما لابي عامر والاخرى
لابي موسى

*etiam veniam peccatorum precare, quæso.* Dixit ergo: *O Deus, da veniam* Abdo'llaho Kaïsi *filio; & in die Resurrectionis introducito illum* (in Paradisum) *introductione gloriosa.* Inquit *Abu-Borda*: Prima vice precatus est pro *Abu-Amero*, secunda pro *Abu-Mûsa*.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegjræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1 Maii, feria 2.

## CAP. LVI.

ذكر حصار الطايف

*Obsidio* * Al-Tâiefi.

ولما انهزمت ثقيف من حنين الى
الطايف سار النبي صلعم اليهم فاغلقوا
باب مدينتهم وحاصرهم النبي صلعم
بضعا وعشرين يوما قاتلهم بالمنجنيق

وامر رسول الله صلعم بقطع اعناب
ثقيف فقطعت ثم اذن رسول الله
بالرحيل فرحل عنهم حتى نزل الجعرانة
وكان قد ترك بها غنايم هوازن واتى
رسول الله صلعم بعض هوازن ودخلوا
عليه ورد عليهم نصيبه ونصيب بني
المطلب ورد على الناس ابناءهم

POstquam *Thakîfitæ* ab *Honainensi* prælio *Al-Tâiefum* fuga se recepissent; ad eos † profectus est Propheta... Cumque illi portam civitatis occlusissent, obsedit eos Propheta... dies fermè viginti, machinis bellicis petrariis, oppugnans.

Demùm jussit *Thakîfitarum* vineas succidi, & succisæ sunt. Tum [a] edixit castra moveri. Castris igitur motis, ad *oppidum *Al-Gje'rânæ* † concessit, ubi jam anteà prædam omnem ab *Hawâzenitis* reportatam reliquerat. Convenerunt autem ad Apostolum Dei... aliquot *Hawâzenitæ*, quibus suam captivorum portionem, nec non portionem filiorum *Al-Motallebi* restituit; scilicet viris [b] liberos eorum atque

* De hujus urbis situ, & descriptione v. supra p. 29. Nota b.

† Die 10, vel 11 mensis *Shawal*. Ita Gjannabius.

* Situm inter *Tâiefum* & *Meccam*, propius tamen *Meccæ*. Gjannab.

† Die quinto mensis *Dhû'l-Ka'ada*. Gjan.

a *Edixit castra moveri.* Scilicet obsidionem Solvere coactus fuit; cujus rationem & historiam sic narrat Auctor Libri dicti *Al-Ectefa*: قال رسول الله صلعم لابي بكر الصديق وهو محاصر ثقيف
يا ابا بكر اني رايت اني اهديت لي قعبة مملوة زبدا فنقرها ديك فهراق ما فيها
وكان ابو بكر مهارا في تعبير الرويا مشهورا بين العرب فقال ما اظن ان تدرك
يومك هذا ما تريد فقال رسول الله صلعم وانا لا ارى ذلك فامر رسول الله صلعم
عمر ان يأذن للناس بالرحيل فضج الناس من ذلك فقالوا نرجع قبل ان يفتح علينا
فقال لهم رسول الله صلعم فاغدوا الى القتال فاصاب المسلمين جراحات وفقيت عين
ابي سفيان بن حرب وشهد اليرموك فقتل وفقيت عينه الاخرى يوميذ ثم قال رسول
الله صلعم انا قافلون ان شاء الله تعالى فسروا بذلك واذعنوا وجعلوا يرحلون ورسول
الله صلعم يضحك Apostolus Dei... *quo tempore* Thakîfitas *obsideret, ad* Abu-Becrum Al-Seddîk (i.e. Testem fidelem,) *sic loquutus est*: Heus Abu-Becre, vidi per somnium scutellam lactis cremoris plenam mihi esse oblatam: At Gallus eam rostro impellens totum quod erat cremoris effudit. Abu-Becr *autem erat inter* Arabes *somniorum Interpres fama celebratissimus. Respondit itaque*: Haud equidem puto te hodie voti tui compotem futurum (in capienda urbe.) *Dixitque Apostolus Dei...* Neque Ego video id fieri posse. *Quare* Omaro *jussit, ut exercitui proclamaret sarcinas vasaque colligi. Illi autem obmurmurarunt dicentes*: Itane pedem referamus, priusquam portæ nobis aperiantur? *Tunc Apostolus Dei edixit*: Crastino mane ad prælium accingimini. *Commisso autem prælio* Mollemi *cum ingenti clade repulsi sunt. Hos inter* Abu-Sofiâno Harbi *filio erutus fuit oculus: Eidem postea, quando Martyr occubuit in prælio* Barmucensi, *oculus alter erutus fuit. Tunc ait Apostolus Dei...* Nos, si Deus excelsus voluerit, redibimus. *Quibus auditis mœrorem animo discutientes acquievere: cœperuntque vasa colligere ad proficiscendum. Interea verò Apostolus Dei... ridebat.* Vel, ut habet alia Traditio apud Al-Bocharium, تبسم *subridebat.*

b *Liberos eorum atque uxores.* Quomodo res transacta fuerit discimus ex Al-Bochario: رسول الله
صلعم قام حين جاءه وفد هوازن مسلمين فسالوه ان يرد اليهم اموالهم وسبيهم فقال
لهم رسول الله صلعم معي من ترون واحب الحديث الي اصدقه فاختاروا احدى الطايفتين
اما المال واما السبي وقد كنت استانيت بكم وكان انظرهم رسول الله بضع عشرة
ليلة حين قفل من الطايف فلما تبين لهم ان رسول الله صلعم غير راد اليهم الا احدى
الطايفتين قالوا فانا نختار سبينا فقام رسول الله صلعم في المسلمين فاثنى على الله
بما هو اهله ثم قال اما بعد فان اخوانكم قد جاءونا تايبين واني قد رايت ان
ارد اليهم سبيهم فمن احب منكم ان يطيب ذلك فليفعل ومن احب منكم ان يكون
على حظه حتى نعطيه اياه من اول ما يفيء الله علينا فليفعل فقال الناس قد طيبنا
ذلك يا رسول الله قال صلعم انا لا ندري من اذن منكم في ذلك ممن لم يأذن
فارجعوا حتى يرفع الينا عرفاؤكم امركم فرجع الناس فكلمهم عرفاؤهم ثم رجعوا الى
رسول الله صلعم فاخبروه انهم قد طيبوا واذنوا *Apostolus Dei... assurrexit, quo tempore advene-*

Anno ab O.C. five a Lapfu Adami, fecundùm Abu'l Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegiræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

uxores reddidit. Tum deinde ipfe *Mâlek Hawâzenitarum* Dux ad Apoftolum Dei... fe recepit, atque *Iflamifmum* profeffus eft. Cumque bonum fe *Moflemum* comprobaret, illum Apoftolus Dei... popularibus ipfius, cæterifque ex illis Tribubus, quæ *Iflamifmo* nomen dedere, Præfectum conftituit. Captivi illi, quos dimifit, erant numero fex millia capitum.

Deinde opes eorum inter fuos divifit, quarum hæc fuit fumma: Camelorum viginti quatuor millia; Pecudum plufquam quadraginta millia ovium: Argenti quatuor millia unciarum. Tum, ut eorum corda animofque fibi conciliaret, dona diftribuit. Hos inter fuerunt *Abu-Sofiân*, ejufque filii *Yezîd*, & [a] *Moâwia*, *Sahal Amrûi* filius, *Acrema Abu-Gjeheli* filius, *Al-Hareth* filius *Hefhâmi* fratris *Abu-Gjeheli*, *Safwân Omaiæ* filius; qui quidem omnes erant *Koraifhitæ*.

Muneribus etiam ornavit *Al-Akra'um Hâbefi* filium, *Al-Tamimitam*, & *Oiaïnam* filium *Hafani*, filii *Hadnaæ*, filii *Bedri*, *Al-Dhaibânitam*, & *Malekum Awfi* filium, Ducem *Hawâzenitarum*, aliofque hujufmodi: Quorum nobilioribus dono dedit centenos Camelos; cæteris quadragenos.

Dedit autem *Al-Abbâfo Mardâfi* filio *Al-Salemitæ* Camelos, qui ipfi minimè placuerunt. Quare ita conqueftus eft: *Quoad Matres, illuftris eft origo mea: At verò origo fervilis communis eft inter* Oiaïnam, *&* Al-Akraum. *Neque* Hafan, *&* Hâbes (*illorum patres,*) *ufquam* Mardâfo (*patri meo*) *fuperiorem obtinuerunt locum in conventu. Neque Ego illis ambobus quacunque in re inferior fum. Quem hodie adeò con-*

ونساهم ثم لحق مالك بن عوف
مقدم هوازن برسول الله صلعم واسلم
وحسن اسلامه واستعمله رسول الله
صلعم علي قومه وعلي من اسلم من
تلك القبايل وكان عدة السبي
الذي اطلقه ستة الاف راس
ثم قسم الاموالهم وكانت عدة الابل
اربعة وعشرين الف بعير والغنم اكثر
من اربعين الف شاة ومن الفضة اربعة
الاف اوقية واعطي المولفة قلوبهم مثل
ابي سفيان وابنيه يزيد ومعاوية
وسهل بن عمرو وعكرمة بن ابي جهل
والحرث بن هشام اخي ابي جهل
وصفوان بن امية وهولاء من قريش
واعطي الاقرع ابن حابس التميمي
وعيينة بن حصن بن حذيفة بن بدر
الذبياني ومالك بن عوف مقدم هوازن
وامثالهم فاعطي لكل واحد من
الاشراف مائة من الابل واعطي للاخرين
اربعين اربعين
واعطي للعباس بن مرداس
السلمي اباعر لم يرضها وقال في
ذلك من امات فاصبح نهبي
ونهب العبيد بين عيينة والاقرع
وما كان حصن ولا حابس
يفوقان مرداس في مجمع وما
كنت دون امر منهما ومن تضع

*runt Legati* Hawâzenitarum Moflemos *fe profitentes*: *Et rogaverunt eum, ut fibi opes fuas, & captivos reftitueret. Refpondit Apoftolus Dei*... Quemnam videtis mecum affenfum præbere velle, ut Ego rem â vobis propofitam probem, eamque pro æqua juftaque habeam? Eligite itaque alterutram ex his duabus partibus, vel opes, vel captivos; & Ego moram do vobis, donec inter vos confulatis. *Expectavit igitur Apoftolus Dei... decem circiter dies, donec ab* Al-Tâiefo *redirent. Cùm autem illi civibus apertè declaraffent, Apoftolum Dei... nolle eis reftituere, nifi alterutram è duabus partibus, dixerunt*: Nos eligimus captivos noftros. *Deinde Apoftolus Dei... adftans pro concione inter* Moflemos, *primò quidem Deum laudibus celebravit, quod ipfe &* Moflemi *effent populus ejus. Tum ita perrexit*: Porrò autem fratres veftri ad nos venerunt pœnitentia ducti: Quare vifum fuit mihi reftituere illis captivos fuos. Si quis veftrum hujufmodi approbare confentit; ita faciat. Qui vero maluerit hanc imminutionem fuftinere, quoad illam ex prima beneficentia, quam Deus nobis largiturus eft, ipfi compenfemus, ita faciat. *Tunc dixerunt aliqui*: Nos rem approbamus, O Apoftole Dei. *Tum ille*, At enim, *inquit*, nequaquam plane fatis dignofcimus quifnam ex vobis affenfum præbet, quis verò affenfum non præbet: Quare revertimini, donec Tribuni, (five centuriones) veftri ad nos fententiam veftram referant. *Reverfi funt igitur; & poftquam cum iis colloquuti funt Tribuni, ad Apoftolum Dei... redeuntes, illos approbaffe, & affenfum præbuiffe certiorem faciunt.*

a *Moâwia*. Is erat filius *Abu-Sofiâni*, filii *Harbi*, filii *Omaïæ*, filii *Abdo'l-Shemfi*, filii *Abd-Menâfi*, filii *Kofæ*, de quo vide Arborem Genealogicam *Koraifhitarum*. Fuit autem *Moâwia* poft Mohammedem Chalifa, five Succeffor fextus, & primus è familia *Omaiadarum*, ab *Omaïa*, fupradicto *Moâviæ* atavo, fic appellata. Hos vulgo noftrates vocant Filios *Ommiæ*, feu *Ommiades* ex Th. Erpenii Latina *Hiftoriæ Saracenicæ* Tranflatione; fed genuina hujus nominis apud Al-Bocharium cæterofque Arabes Hiftoricos, fcriptio eft, امية *Omaia*, feu potius *Omaiia*, cum Dhamma τῦ Eliph, & Fatah τῦ Mim, & Tefhdid τῦ Ye cum Fatah. Refert Abu-Zeid Seid in Libro *Splendorum*, cap. de Spiritu Prophetico Apoftoli Dei... Mohammedem, أخبر بملك بني امية وولاية معاوية ووصاه *Prædixiffe Imperium* Omaiadarum, *& Principatum* Moâwiæ; *cui etiam præcepta dedit. Moâwia Chalifa* renunciatus fuit anno *Hegjræ* 41. poft Abdicationem *Hafani* filius *Alî*; & pofteri ejus *Chalifatum* obtinuerunt annis 91. donec anno *Hegjræ* 132. Imperium ad *Abbâfidas* tranflatum fuit. Quod etiam ita futurum prædixerat Mohammed eodem Auctore; واخبر خروج ولد العباس بالرايات السود *Prædixit etiam exordia filiorum* Al-Abbâfi, *cum vexillis nigris.* Scilicet *Abu'l-Abbâs Al-Safâh* primus *Abbâfidarum Chalifa*, referente Al-Tabario, quo die inauguratus fuit fuggeftum afcendit لابسا سوادا *nigris veftibus indutus.*

temptim

اليوم لا يرفع فوقي فروي ان النبي صلعم قال اقطعوا عني لسانه فاعطي حتي رضي

ولما فرق رسول الله صلعم الغنائم لم يعط الانصار شيئا فوجدوا في نفوسهم فدعاهم النبي صلعم وقال اوجدتم يا معشر الانصار في لعاعة من الدنيا الفت بها قوما ليسلموا ووكلتكم الي اسلامكم اما ترضون ان يذهب الناس بالبعير والشاء وترجعون برسول الله الي رحالكم اما والذي نفسي بيده لولا الهجرة لكنت امرا من الانصار ولو سلك الناس شعبا لسلكت شعب الانصار اللهم ارحم الانصار وابنا ابنا الانصار

ولما قسم رسول الله صلعم غنيمة هوازن واعطي عيينة بن حصن وابا سفيان بن حرب وغيرهما ما ذكرناه قال ذو الخويصرة من بني تميم للنبي صلعم لم ارك عدلت فغضب صلعم وقال ويحك اذا لم يكن العدل عندي فعند من يكون فقال عمر يا رسول الله الا اقتله قال لا دعوه فانه سيكون له شيعة يتعمقون في الدين حتي يخرجوا منه كما يخرج السهم من الرمية وهذه الرواية عن محمد بن اسحق وروي غيره ان ذا الخويصرة قال للنبي صلعم في وقت قسم الغنيمة المذكورة لم تعدل هذه قسمة ما اريد بها وجه الله قال رسول الله صلعم سيخرج من ضئضي هذا الرجل قوم يخرجون من الدين كما يخرج السهم من الرمية لا يجاوز ايمانهم تراقيهم وكان كما قاله صلعم فانه خرج من ذي الخويصرة المذكور حرقوص بن زهير البجلي المعروف بذي الثدية وهو اول من بويع من الخوارج بالامامة

*temptim deprimis, is fortean aliquando altius non assurget?* Traditio est Prophetam ... his auditis, dixisse: *Lingua hujus hominis a me præcidenda est.* Moxque illum tot donis cumulasse, ut omninò contentus fuerit.

Dum porrò Apostolus Dei ... adeò liberaliter prædam distribueret, nihil quicquam *Ansariis*, (seu Adjutoribus,) impertitus est: Quamobrem illi intra semetipsos conquerendi, & murmurandi occasionem nacti sunt. Hos igitur Propheta ... ad se convocatos sic alloquutus est: *Itane obmurmuratis*, O Ansariorum *cœtus, quod de proventibus hujus mundi gratiam populi mihi conciliem, ut* Islamismum *amplectantur. Vos in* Islamismo *vestro æternæ felicitatis certam habetis fiduciam. Annon vultis homines oblatis camelis, aliisque hujusmodi rebus (ad veram Religionem perlici atque) adduci. Revertimini igitur cum APOSTOLO DEI ad stationes vestras. Verum enimvero, per illum, in cujus manu est anima mea, nisi Fugæ modum habuissem, me ipsum Ducibus* Ansariorum *tradidissem: Et si homines (inimici mei* Koraïshitæ) ** Pagum (ad quem perfugeram,) invasissent, Ego tunc ad Pagum* Ansariorum *pertransissem. O Deus, misericors esto* Ansariis, *& filiis filiorum* Ansariorum.

Posteaquam autem Apostolus Dei ... *Hawâzenitarum* spolia distribuit; deditque *Oiannæ Hasani* filio, & *Abu-Sofiâno Harbi* filio, cæterisque, ea quæ modo commemoravimus dona; *Dhu'l-Chowaisara* è filiis *Tamîmi* Prophetam his dictis objurgavit: *Nequaquam te juste fecisse video.* Quibus Indignatus Propheta... *Væ tibi,* inquit, *siquidem justitia apud me non est, apud quemnam ergò erit?* Dixit Omar; *O Apostole Dei, quin hunc protinùs interficiam. Minimè verò,* inquit, *sinite illum; ipsi enim pullulabunt Sectarii in Religione subsidentes, donec tandem ab illa exeant, quemadmodum sagitta exit ab arcu jaculatoris.* Hæc Traditio habetur à Mohammede Ebn-Ishak. Ab aliis sic traditur: Cùm dixisset *Al-Chowaisara* Prophetæ... quo tempore spolia prædicta distribuebat: *Non justa hæc distributio est, qualem eam vellem coram Deo.* Dixit Apostolus Dei ... *Ex istius hominis prosapia prodibit gens, quæ à Religione exitura est, quemadmodum exit sagitta ab arcu jaculatoris. Nec erit possibile, ut fides eorum rursùs in illis resplendeat.* Atque ita, quemadmodum Propheta ... prædixerat, contigit: Enimverò ex *Dhu'l-Chowaisara* illo prædicto prodiit *Harkûdh Zohairi* filius *Al-Nabalita*, cognomento *Dhu'l-Madma*, (i.e. Auctor vituperii,) notissimus. Atque is primus fuit [a] ex *Al-Chawâregjiis*, qui fidem suam corrupit circa summi

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223.
A Nativitate Christi 638.
Hegiræ 8.
Ætatis Mohammedis 60.
Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1 Maii, feria 2.

* V. supra pag 26, & 27

a *Ex Al-Chawâregjiis.* الخوارج est Plur. Participii singularis, الخارج *Al-Châregj*, i.e. *Egrediens, exiens.* Nomen hoc sortiti sunt inter *Mohammedanos* illius Sectæ homines, qui ab obedientia summo *Imâmo*, seu *Antistiti* debita, secedunt. Hos ita definit Abu'l-Feda noster ex *Al-Shahrestanio*, capite de 73. *Sectis Mohammedanorum*: كان من خرج علي الامام الحق الذي اتفقت الجماعة عليه يسمي الخارجيا سوا كان الخروج في ايام الصحابة على الائمة الراشدين او كان بعدهم علي التابعين



Antistitis

Anno ab O. C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6223. A Nativitate Christi 638. Hegiræ 8. Ætatis Mohammedis 60. Æræ Christi Vulg. 629. Cœpit die 1. Maii, feria 2.

*Antistitis* Authoritatem; ac proinde primus fuit, qui, Schismate facto, à Religione descivit. Nomen autem *Dhu-Chowaisara*, (i. e. Auctor detractionis,) ab Apostolo Dei ... ipsi impositum fuit.

واول فارق من الدين ذو الخويصرة تسمية سماه بها رسول الله صلعم

Deinde * Visitatione-sacra (Meccensi) † peracta, Apostolus Dei ... *Medinam* reversus est: Vicarium autem suum *Meccæ* constituerat *Otâbum* filium *Osaïdi* filii *Abu'l-Aisi* filii *Omaiæ*. Is tum adhuc erat juvenis, quippe qui nondum ætatis annum attigerat vigesimum. Et reliquit cum eo *Ma'âdhum Gjabali* filium (Imâmum, seu Antistitem,) qui populum doceret, & festum Peregrinationis inter homines celebraret. Hoc anno mortuus est *Ben-Osaïd*, quo tempore *Arabes* festum Peregrinationis agebant.

* Confer supra pag. 88.
† Feria quarta, die 18 mensis *Dhu'l-Ka'adæ*. Ita Gagnierus.

ثم اعتمر رسول الله صلعم وسار الى المدينة واستخلف على مكة عتاب بن اسيد ابن ابي العيص بن امية وهو شاب لم يبلغ عشرين سنة وترك معه معاذ بن جبل يعلم الناس وحج بالناس في هذه السنة عتاب بن اسيد على ما كانت العرب تحج

Mense *Dhu'l-Hagja* anni octavi, nascitur *Ibrahim* Prophetæ ... filius ex * *Maria Coptitide*.

* De qua v. supra pag. 95.

وفي ذي الحجة سنة ثمان ولد ابرهيم بن النبي صلعم من مارية القبطية

Eodem, videlicet anno octavo, moritur [a] *Hâtem Al-Taita*. Is erat *Hatem* filius *Abdo'llahi*, filii *Sa'adi*, filii *Al-Sabrahi*, e posteris *Taii*, filii *Odadi*. *Hâtem* cognominabatur *Abu-Sofâna*, (i. e. Pater *Sofânæ*;) quod fuit nomen filiæ suæ, unde cognomen habuit. Hæc autem [b] *Sofâna* prædicta ad Prophetam ...

وفيها اعني سنة ثمان مات حاتم الطائي وهو حاتم بن عبد الله بن سعد بن الحشرج من ولد طي بن ادد وكان حاتم يكنى ابا سفانة وهو اسم ابنته كني بها وسفانة المذكورة اتت النبي

*Quicunque prodierit contra* Imâmum, *seu* Antistitem *legitimum, qui consensu publico receptus est, appellatur* Châregjius, *sive egressus fuerit tempore sociorum* Mohammedis,) *contra* Antistites *illos* Orthodoxos, *sive postea, contra* Tâb'æos, *i. e.* Successores *eorum*. Sicque ille est quasi *Defector*, seu *Schismaticus*. *Primi hoc titulo notati sunt*, inquit vir cl. Pocockius, Specim. Hist. Arab. p. 270. *quidam, qui ab* Alî *desciverunt* (anno Hegjræ 37.) *postquam cum eo fuissent* في حرب صفين in prælio *Seffinensi*; *scil.* 12. *illa virorum millia, quos narrat* Historiæ Saracenicæ *author* Alîm *deseruisse, improbantes certorum hominum arbitrium, constituto sibi duce* Abdallah *filio* Wahabi Al-Rasebiensi .... *Hi vero, qui ab* Alî *ideo desciverunt, quod hominum arbitrio ad litem inter se, &* Moawiam *componendam* (*quanquam ipsorum primùm impulsu*,) *acquiesceret inde dicti sunt* المحكمة Al-Mohaccemii, *quod scilicet primus eorum, audito inter* Alîm *&* Moawiam *convenisse de arbitris statuendis, diceret*: الحكم في دين الله لا حكم الا لله Num res ad religionem Dei spectantes hominum judicio permittes? Non est judicium nisi Deo. Quis hæc verba primus dixerit non assignat Pocockius; sed patet ex nostro Auctore ipsum fuisse illum *Harkudhum Zohairi* filium à *Dhu'l-Chowaisara* oriundum, a Mohammede prædictum. Hos omnes Rebelles prælio aggressus *Alî* ad internecionem delevit, referente Abu'l-Feda ad annum Hegjræ 37 قتلوا عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب علي سوى سبعة انفس *Occisi sunt ad unum omnes, septem tantùm è sociis* Alî *interfectis*. Qua de re Prophetiam Mohammedis affert Abu-Zeid Seid in Libro *Splendorum*, loco citato: واخبر شان الخوارج وصفتهم والمخدج الذي فيهم *Prædixit etiam negotium* Al-Chawâregjiorum, *& modum Rebellionis eorum, atque etiam internecionem, quæ facta fuit inter ipsos*.

a *Hâtem Al-Taita*. Is erat *Christianus*; *Taïtas* enim fuisse *Christianos* patet ex Historia *Al-Noomâni Al-Mondari* filii, *Hirensium Regis* 21. ad Religionem *Christianam* conversi per *Taitam* quemdam, de quo v. Specim. Historiæ Arabum pag. 72. & 73. Ipsum autem *Hâtemum Christianum* fuisse dubitare non sinit historia *Adî* filii ejus, & *Sofânæ* ejusdem filiæ, de quibus mox. Habitabat in Provincia *Nagjd*. Nam *Taitæ*, referente Abu'l-Feda cap. *de Arabum Tribubus*, irrumpente inundatione molis *Al-Arem* dictæ, ex *Al-Yemen*, (seu *Arabia Felice*) pulsi, sedes fixerant in *Nagjd Hegjâzi* Provincia, inter montes *Agjâ*, & *Salma*, qui inde montes *Tai* dicti sunt.

b *Sofâna*. Ejus conversionem à Religione *Christiana* ad *Islamismum*, ut & fratris ejusdem nomine *Adî Hâtemi* filii, sic refert Ebn-Ishak ipsius *Adî* verbis: كنت في الجاهلية لا احد اشد كراهية لرسول الله صلعم مني حين سمعت به وكنت امرا شريفا وكنت نصرانيا وكنت اسير في قومي بالمرباع فكنت انا في نفسي اني على دين وكنت ملكا في قومي لما كان يصنع بي فلما سمعت رسول الله صلعم كرهته فجاءني غلامي يوما فقال اني رايت رايات فسالت عنها فقالوا هذه جيوش محمد صلعم فقلت له قرب احملني فقربها فاحتملت باهلي وولدي ثم قلت الحق باهل ديني من النصارى بالشام وخلفت بنت الحاتم في الحاضر فلما قدمت الشام اقمت بها وتخالفني خيل رسول الله صلعم فتصيب ابنة حاتم فيمن اصابت فقدم بها رسول الله صلعم فجعلت في حظيرة بباب المسجد كانت السبايا تحبس فيها فمر بها رسول الله صلعم فقامت اليه وكانت امرات

venit,

صلعم بعد بعثته وشكيت اليه حالها وحاتم المذكور يضرب بجوده وكرمه المثل وكان من الشعراء المجيدين

nit, postquam ad ipsum miserat, de præsenti suo statu conquesta. Porrò *Hâtem* prædictus ille est, cujus liberalitas, & generositas, [a] in Proverbium abiere: Fuit præterea unus e celebrioribus Poetis.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224. A Nativitate Christi 639. Hegjræ 9. Ætatis Mohammedis 61. Æræ Christi Vulg 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

ثم دخلت سنة تسع

Tum cœpit annus *Hegjræ* NONUS.

والنبي صلعم بالمدينة وتراوفت عليه وفود العرب فممن ورد عليه عروة بن مسعود الثقفي

Dum Apostolus Dei ... *Medinæ* moraretur, ad illum *Arabum* [b] legati undique turmatim confluxerunt. Inter illos, qui ad eum accessere fuit *Arwa Mas'ûdi* filius *Al-Thakîfita*:

جريلة فقالت يا رسول الله هلك الوالد وغاب الوافد فامنن علي من الله عليك قال ومن وافدك قالت عدي بن حاتم قال لها من الله ورسوله *Tempore Ignorantiæ* (sive ante Islamismum meum) *nemo fuit, qui Apostolum Dei ... vehementiore odio prosequeretur, quam Ego, statim atque de illo audivi. Ego scilicet eram vir nobilis*; *Eram* Christianus; *Ego in medio populi mei Quadrigis vectus incedebam: Ego intra memetipsum putabam me in Religione vera versari; Denique Rex eram in populo meo mihi in omnibus obediente: Quotiescunque autem de Apostolo Dei ... audiebam, oderam illum. Porrò die quodam puer meus ad me venit dicens*: Ego vidi vexilla: Cumque de iis interrogassem, dixerunt mihi: Hæ sunt Legiones MOHAMMEDIS. *Jussi propiùs accederet, ut mihi ipse caverem*: *Accessit itaque ad illas*: *Et Ego mox vasa collegi cum familia mea, & liberis dicens*: Tutum erit mihi Asylum inter Religionis meæ asseclas *Christianos* in *Syria*. *At verò* (*Soror mea* Sofâna) Hâtemi *filia retrò mansit in* Châdher. *Veniens igitur in* Syriam *ibi moratus sum*; *& desiit me persequi equitatus Apostoli Dei ... Incidit autem* Hâtemi *filia in manus hostium, qui illam ad Apostolum Dei ... adduxerunt. Cumque à militum turma posita esset ante portam Templi, ut inter captivas ibi vinculis constringeretur, fortè juxta eam transivit Apostolus Dei ... cui illa assurrexit*; *utque erat fœmina prudens & sagax*, *sic eum alloquuta est*: O Apostole Dei, Genitor interiit; abest Patronus: Impertire mihi donum, quod tibi Deus impertitus est. *Dixit Apostolus Dei* ... Quisnam est Patronus tuus? *Respondit*: Adî Hâtemi filius. *Tum ille*, Donum (esto tibi) a DEO, & APOSTOLO ejus. Atque hoc modo Sofâna *Islamismum* amplexa fuit. Deinde illam Manumissam ad fratrem remisit, sumptus necessarios ad iter suppeditans. Tunc *Adî* clementia Mohammedis permotus ad ipsum properè accessit, & eum agnoscens نبيا مرسلا PROPHETAM, *qui mittendus erat*, *Islamismum* professus est. Fertur vixisse usque ad annum ætatis 120. obiit Cufæ anno Hegjræ 68.

a *In Proverbium.* Scilicet cùm aliquis ob liberalitatem commendatur, per modum Proverbii dicitur: اجود من حاتم *Liberalior Hâtemo.* *Fuit* Hâtemus *iste*, inquit Pocockius Specim. Hist. Arab. pag. 343. من شعرا الجاهلية وكان جوادا يشبه شعره جوده ويصدق قوله فعله *Ex* Arabum *antiquiorum* (propriè temporis *Ignorantiæ*, sive ante *Islamismum*,) *Poetis*, *& insigni liberalitate vir*, *cujus carmina ipsius munificentiam referebant*, *cujusque facta dictorum veritatem obsignabant.* Auctor Libri *Temthal* refert idem, ipsumque mense *Regjeb* singulis diebus decem Camelos jugulasse, quibus hospites exciperet. Hoc etiam Elogium ejus habet *Al-Maidanius*, (cujus Librum *Proverbiorum Arabicorum* olim Latinè reddidit idem vir longè doctissimus Edw. Pocockius, opus in Bibliotheca Bodleiana repositum, Auctoris manu propria scriptum, & luce publica dignissimum.) كان جوادا شجاعا شاعرا مظفرا اذا قاتل غلب واذا غنم انهب واذا سيل وهب واذا ضرب بالقداح فاز واذا سابق سبق واذا اسر اطلق *Fuit liberalis, fortis, Poeta, victoriosus*: *cùm pugnaret, vincebat*: *cum prædam jectaretur, auferebat*: *cùm rogaretur, erogabat*: *cùm fortibus contenderet, præmium consequebatur*: *cùm cursu certaret, anteibat*: *cùm captivos cepisset, dimittebat.*

b *Legati.* Sive *Oratores*: Nam verbum وفد est, *Venit*, *accessit*, pec. ut *Legatus*, & *Orator* ad pacem petendam à Rege, seu Principe: Et nomen وفد cum plur. وفود, افوفان talis *Legatio*, & *Legatorum* seu *Oratorum turma* advenientium. Fuit hic annus nonus *Hegjræ* hujusmodi *Legationibus* ad Mohammedem factis celeberrimus, quas ita magnificè describit Abu-Zeid Seid in Libro *Splendorum*: قال ابو الربيع لم تزل الوفود تفد علي النبي صلعم منذ اظهر الله دينه وقهر اعداءه ولكن انبعاث جماهيرهم الي ذلك انما كان بعد فتح مكة ومعظمه في سنة تسع ولذلك كانت تسمى سنة الوفود وذلك ان العرب كانت تتربص بالاسلام ما يكون من قريش فيه أن هم الذين كانوا نصبوا لحرب رسول الله صلعم وخلافه وكانوا امام الناس وهاديهم واهل البيت والحرم وصريح ولد اسماعيل وقادة العرب لا ينكرهم ذلك ولا ينازعون فيه فلما افتتح رسول الله صلعم مكة ودانت له قريش ودوخها الاسلام عرفت العرب انهم لا طاقة لهم بحربه ولا عداوته صلعم فدخلوا في دين الله افواجا يضربون له من كل وجه *Inquit* Abu'l-Rabî': Non cessabant Legationes turmatim accedere ad Prophetam ... ab eo tempore, quo Deus manifestare cœpit ejus Religionem; & ab inimicis ejus victoriam dedit. At præsertim hujusmodi Legationum frequentior missio tum maximè invaluit post Expugnationem *Meccæ*, & multitudo earum increvit anno *Hegjræ* nono; qui propterea appellatus fuit *Annus Legationum.* Cujus ratio præcipua fuit, quod *Arabes* hactenùs circa *Islamismum* præstolabantur quid tandem fieret de *Koraishitis*, qui bellum diutius cum Apostolo Dei ... & vicariis ejus sustinuerant; quique erant cæterorum hominum Antistites, eorumque Ductores; ut pote qui Domûs (Ca'abæ) & totius *Al-Haram*, (seu Territorii sacri,) possessionem tenebant, tanquam genuina *Ismaelis* soboles, & omnium *Arabum* facile Principes: Cui illorum Prærogativæ nemo se opponebat, neque contra disputabat. Posteaquam autem Apostolus Dei ... Meccam expugnavit, atque ad eum accesserunt *Koraishitæ* & *Islamismo* se subdiderunt, jam tum intellexere *Arabes* se, & bello ei inferendo, & inimicitias gerendo, esse impares. Quare & ipsi *in Religionem Dei intraverunt turmatim*, ex omni parte confluentes. Postrema hæc verba desumpta sunt ex Al-Corani Sur. 110. v. 2. ubi, secundùm Interpretes, is Legationum adventus prædicitur fore post الفتح *Expugnationem* (Meccæ.) Plura de his Legationibus v. infra ad finem capitis 58.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l Fedam 6224. A Nativitate Christi 639. Hegjiræ 9. Ætatis Mohammedis 61. Æræ Christi Vulg 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

Is erat *Thakifitarum* princeps. Absens autem ab *Al-Tâiefo* fuerat, quo tempore illam urbem Propheta... obsideret. Ipse verò *Islamismum* amplexus est, seque bonum Moslemum comprobavit. Dixitque, *O Apostole Dei, Ibo* Al-Tâiefum *ad populares meos, illos ad* Islamismum *vocaturus*. Respondit Propheta... *At illi te oppugnaturi sunt.* Ipse autem *Al-Tâiefum* pergere elegit: Dumque illos ad *Islamismum* vocaret, unus ex eis illum sagitta petiit, qua transfixus in vena brachii mediana mortuus est: Ejus misereatur Deus Excelsus.

وكان سيد ثقيف وكان غايبا عن الطايف لما حاصرها النبي صلعم واسلم وحسن اسلامه فقال يا رسول الله امضي الي قومي بالطايف فادعوهم فقال له النبي صلعم انهم قاتلوك فاختار المضي الى الطايف ودعاهم الي الاسلام فرماه احدهم بسهم فوقع في اكحله ومات رحمه الله تعالى

Deinde advenit [a] *Ca'ab* filius *Zohaïri*, filii *Abu-Salamæ*, posteaquam Propheta... sanguinem ejus fundere decreverat; & laudes Prophetæ ... cecinit; celeberrimo illo * Poemate, cujus hoc est initium: *Apparet jam proxima felicitas mea; Ante oculos meos est dies acceptus.* &c. Tunc dono dedit ei Propheta... [b] Pallium suum, quod deinceps *Moâwia* factus *Chalifa*, à *Ca'abi* familia quadraginta millia Drachmarum pretio sibi comparavit. Hinc illud *Chalifæ Moâwiadæ*, & *Abbâsidæ* hereditate possederunt, donec ipsum *Tatari* obtinuerunt.

* De hoc Poemate plura v apud Gjannab.

ثم وفد كعب بن زهير بن ابي سلمي بعد ان كان النبي صلعم قد اهدر دمه ومدح النبي صلعم بقصيدته المشهورة وهي بانت سعاد فقلبي اليوم متبول واعطاه النبي صلعم بردته فاشتراها معاوية في خلافته من ال كعب باربعين الف درهم ثم توارثها الخلفا الامويون والعباسيون حتي اخذها التتر

a *Ca'ab.* Avus ejus *Abu-Salama* erat, teste Gjannabio aliisque, المازني *Al-Mâzenita*. *Mâzen* autem, secundum Abu'l-Fedam nostrum cap. *de Nationibus* Arabum, erat è filiis قيس *Kaisi*, filii مضر *Modhari*, filii نزار *Nazâri*, filii معد *Ma'adi*, filii عدنان *Adnâni*, qui genus suum ad *Ismaelem Ibrahimi* filium referebat. Fuit itaque *Ca'ab* noster *Arabs*, ex illorum genere, quos appellant العرب المستعربة *Arabes Most-Arabes*, i. e. *Arabes factos* seu *Institios*, ut vertit vir cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. pag. 39. quo nomine distinguuntur ab العرب العاربة *Arabibus Genuinis*, seu *Puris*. Atque hinc patet *Ca'abum* non fuisse *Judæum*; quod erat probandum, uti supra promisimus p. 64. Nota a. contra D. Humphredum Prideaux, & ipsum Abr. Ecchellensem, qui inter *Arabes* natus non adeò hospes esse debuit in *Arabum* Historia, ut nostratibus ansam errandi præberet. D. D'Herbelot *in Biblioth. Orient.* pag. 219. appellat eum *Cab* (lege Ca'ab) *Ben Zobair*, *Poetam Arabem Ethnicum*; & quidem rectè: Cùm autem asserit eum obiisse anno primo *Hegjræ*, toto cœlo aberrat, & oscitantiam nimiam prodit; nam supervixit *Ca'ab* usque ad tempora *Moâwiæ* Chalifæ, qui cœpit regnare anno *Hegjræ* 41.

b *Pallium suum.* Hujus Pallii famosi, (quod est genus quoddam Lacernæ, seu vestis nigræ & quadratæ ferè minori forma *Arabibus* usitatæ,) extat historia paulo accuratior apud Ahmedem Ben-Joseph in capite singulari Historiæ suæ Generalis Sect. 40. his verbis: كعب بن زهير لما انشد رسول الله صلعم قصيدة بانت سعاد رمي اليه بردة كانت عليه فلما كان زمن معاوية دفع فيها عشرة الاف درهم فابي عليه فلما مات كعب بعث معاوية الي اولاده بعشرين الف درهم واخذ منهم البردة وهي كانت هذه البردة عند الخلفاء يتوارثونها ويطرحونها علي اكتافهم في المواكب والاعياد جلوسا وركوبا وكانت علي المستعصم لما خرج لملاقاة هلاكو كبير التتار وقضيب النبي صلعم بيده فاخذهما هلاكو واحرقهما في طبق والقي رمادهما في دجلة وقال اني لم احرقهما استهانة بهما وانما احرقتهما تطهيرا لهما ثم سياتي بيانه في محله ان شاء الله تعالي Ca'ab Zohairi *filius cùm* Poema, *cujus initium est* Bânat So'âd, i. e. Apparet Felicitas &c. *recitasset, in laudem* Apostoli Dei ... *ille* pallium, *quod super se habebat, in eum conjecit. Deinde, temporibus* Moâwiæ, *oblata sunt ei decem millia* Drachmarum; *at ille noluit ea accipere. Mortuo autem* Ca'abo, *misit* Moâwia *ad filios ejus viginti* Drachmarum *millia, & ab eis* Pallium *tulit. Ac deinceps mansit apud* Chalifas, *qui hereditate illud possederunt; & ipsum humeris gestare consueverunt in Processionibus, & Festis solemnioribus, sive sederent, sive equitarent. Eo indutus erat* Al-Mosta'sem (Chalifa,) *quando* Holâgûo *magno* Tartarorum *Imperatori obviam processit, gestans etiam in manu sua* Scipionem Prophetæ... *Eaque ambo,* (*&* Pallium, *&* Scipionem,) *ab eo eripiens* Holâgû *igne combussit in Disco; & utriusque cineres in* Tigrim (fluvium) *projecit dicens*: Haud equidem ex contemptu ea combussi; sed econtra ad servandam illorum puritatem ac sanctitatem; quemadmodum hujusce rei probatio veniet suo loco, si Deus excelsus voluerit. *Al-Mosta'sem Billah* fuit *Chalifa* 36. & ultimus *Abbâsidarum*. Hunc *Holâgû Bagdado* vi expugnata, & civibus ad internecionem deletis, inquit Elmacinus in Historiæ suæ parte inedita, comprehendit die 28. mensis Moharram anni 656. وامر ان يرفس الي ان يموت فرفسوه الي ان مات *Et jussit eum raptari, donec moreretur: Atque ita raptatus fuit, donec mortuus est.* Atque hoc fuit fatum *Pallii Prophetici* cum ultimo suo Possessore. Aliud tamen commemorant Historici etiamnum superstes, de quo in Historia Belli *Tabûcensis*, quod sequitur, dicturi sumus.

CAP.

## CAP. LVII.

ذكر غزوة تبوك

وفي رجب هذه السنة اعني سنة تسع امر النبي صلعم بالتجهز لغزو الروم واعلم الناس بقصدهم لبعد الطريق وقوة العدو وكان قبل ذلك اذا اراد غزوة ورى بغيرها وكان الحر شديدا والبلاد مجدبة والناس في عسرة ولذلك سمي ذلك الجيش جيش العسرة وكانت الثمار قد طابت فاحب الناس المقام في ثمارهم فتجهزوا على كره وامر النبي صلعم المسلمين بالنفقة وانفق ابو بكر جميع ماله وانفق عثمان نفقة عظيمة قيل كانت ثلثماية بعير طعاما والف دينار وروي ان النبي صلعم قال لا يضر عثمان ما صنع بعد اليوم

وتخلف عبد الله بن ابي النافق ومن يتبعه من اهل النفاق وتخلف ثلاثة من غير الانصار وهم كعب بن مالك ومرارة بن الربيع وهلال بن امية واستخلف رسول الله صلعم علي اهله علي بن ابي طالب رضي الله عنه فارجف به المنافقون وقالوا ما خلفه الا استثقالا له فلما سمع ذلك علي اخذ سلاحه ولحق بالنبي صلعم فاخبره بما

### *Bellum* [a] Tabûcense.

Mense *Regjeb* hujus anni, videlicet *Hegjræ* noni, edixit Propheta ... bellum sacrum adversùs *Al-Rûm*, (*Romanos*, sive *Græcos*,) apparari; & suis apertè significavit se eis bellum inferre intendere, simulque monuit tum de longinquitate itineris, tum de hostium viribus: Antea enim quodcunque bellum gerere intenderet, illud de industria dissimulare solitus erat. Tunc temporis erat calor intensissimus, & regio siccitate & sterilitate laborabat, hominesque in molestia constituti erant; unde exercitus ille appellatus fuit *Exercitus molestiæ*. Tum ubi maturuerunt fruges, malebant homines ad fructus suos colligendos manere; & ægrè patiebantur se ad apparatum belli faciendum adduci. Quare jussit Propheta ... *Moslemis*, ut sumptus ad bellum suppeditarent. Et *Abu-Becr* omnes opes suas ultrò impendit. *Othmân* autem sumptus immensos largitus est: Aiunt fuisse octingenta jumenta in cibum mactata, & mille denarios-aureos. Traditio est tunc Prophetam dixisse: *Nequaquam nocebit* Othmâno *in posterum id quod hodie fecit*.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224. A Nativitate Christi 639. Hegjræ 9. Ætatis Mohammedis 61. Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

Retrò mansit autem *Abdo'llah Obbæ* filius, *Incredulus*, quique ejus sectam sequebantur [b] ex *Incredulis*. Retrò manserunt etiam præter hos *Ansarii* * tres, videlicet *Ca'ab Maleci* filius, *Merâra Rabî'i* filius, & *Helâl Omaiæ* filius. Proficiscens autem Apostolus Dei ... familiæ suæ Vicarium constituit *Alîm Abu-Talebi* filium, cui Deus sit propitius. Qua de re invidia frementes Increduli dixerunt: *Non illum post se relinquit, nisi quia sibi oneri est*. Quo audito *Alî*, protinùs arma sua sumpsit, & ad Prophetam ... currens ea narravit, quæ

* De quibus v. infra pag. 126. in fine.

a *Tabûcense. Tabûc*, inquit Abu'l-Feda in *Descript. Arabiæ* pag. 43. بين الحجر وبين الشام وبها عين ونخل ويقال ان بها كان اصحاب الايكة الذين بعث الله شعيبا اليهم ولم يكن شعيب منهم وانما كان من اهل مدين قال في القانون وتبوك في البر على محاذات مدين اول وتبوك في الشرق ومدين في الغرب *Sita est inter* Al-Hegjr, *&* Al-Shâm, (i. e. Syriam.) *In ea est Fons, & Palmæ. Ferunt Dominos* (seu Habitatores) *densæ silvæ* (de quibus Al-Cor. Sur. 15. v. 77. & Sur. 38. v. 14.) *ad quos Deus* Sho'aibum (Jethronem) *misit, hic vixisse.* Sho'aib *non erat ex illis oriundus, sed ex incolis* Madian. *Ait Auctor* Al-Kânûn Tabûc *esse in deserto, in finibus* Madian. *Ego dico* Tabûc *esse ad orientem, &* Madian *ad occasum.* Al-Edrisius ait, *à* Madian *ad* Tabûc *per desertum orientem versùs esse sex stationes; &* Tabûc *sitam esse inter* Al-Hegjr, *& initium* Syriæ, *initium autem* Syriæ *ab ea distare quatuor stationibus.* Et Gjannabio, تبوك مكان معروف وهو نصف طريق المدينة الى دمشق Tabûc *est locus notissimus media via* Medinam *inter &* Damascum.

b *Ex Incredulis.* De quibus hæc habet Ebn-Ishak: كان قوم من المنافقين قال بعضهم لبعض يعني لهوا لا تنفروا في الحر زهادة وشكا في الحق وارجافا برسول الله صلعم فانزل الله تبارك وتعالى فيهم وقالوا لا تنفروا في الحر قل نار جهنم اشد حرا لو كانوا يفقهون فليضحكوا قليلا وليبكوا كثيرا جزاء بما كانوا يكسبون *Nonnulli ex* Incredulis *dixerunt invicem, scilicet subsannando*: Ne nimium festinetis per æstum, superstitiosa devotione ducti, & dum adhuc dubii ac incerti estis de veritate. *Atque hæc in despectum Apostoli Dei ... ab illis dicta sunt. Quare Deus Benedictus, & Excelsus hæc verba cœlitùs demisit:* Dixerunt: Ne nimium festinetis per æstum. Dicito: Ignis Gehennæ vehementior erit æstu. Si hoc intellexissent! Possunt modò ridere paululùm: At verò tunc plurimùm fleturi sunt in retributionem ejus quod sibi acquisierunt. Al-Cor. Sur. 9. v. 83.

Anno ab O.C sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224.
A Nativitate Christi 639.
Hegjræ 9.
Ætatis Mohammedis 61.
Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

de se dixissent Increduli. Cui Propheta... *Mentiti sunt*, inquit; *te enim Vicarium meum pro me constitui. Revertere igitur, & Vicarium familiæ meæ agito. Annon vis secundùm Me in eodem gradu esse, quo* Harûn (Aharon) *fuit secundùm* Mûsam (Mosen)? *Verùm non alius post me PROPHETA futurus est.*

Habuit secum Apostolus Dei... triginta hominum millia, inter quos erant decem millia equitum. In itinere ingentem augustiam præ siti & calore nimio perpessi sunt. Cumque [a] *Al-Hegjrum* pervenissent, hæc [b] *Thamûditarum* terra est, [c] vetuit suos Apostolus Dei... ne aquam haurirent; jussitque, ut si quid ex istius loci aqua bibissent, illud statim vomendo refunderent: tum etiam quidquid farinæ subactæ eâ pinsuissent, id totum Camelis in pabulum præberent. Tandem *Tabûcum* pervenit Apostolus Dei... Ibique dies viginti moratus est. Et ad eum accessit [d] *Yohanna*

قال المنافقون فقال به النبي صلعم
كذبوا وانما خلفتك لما ورائي
فارجع فاخلفني في اهلي اما ترضي
ان تكون مني بمنزلة هرون من
موسي الا انه لا نبي بعدي
وكان مع رسول الله صلعم ثلاثون
الفا فكانت الخيل عشرة الاف فرس
ولقوا في الطريق شدة عظيمة من
العطش والحر ولما وصلوا الي الحجر
وهي ارض ثمود نهاهم رسول الله صلعم
عن ورود ذلك الماء وامرهم ان يهريقوا
ما استقوه من مايه وان يطعموا العجين
الذي عجن بذلك الماء للابل ووصل
رسول الله صلعم الي تبوك واقام بها
عشرين ليلة وقدم عليه بها يوحنا

a *Al-Hegjrum*. De situ hujus vallis sic loquitur Abu'l-Feda in *Descript. Arab.* pag. 43. قال ابن حوقل والحجر بين جبال علي يوم من وادي القري اقول لم يحصل ذلك فان بينهما اكثر من خمسة ايام *Inquit* Ebn-Hawkal: *Al-Hegjr* est inter montes, distans itinere unius diei a *Wâdi'l-Korâ*. *Dico aliter se habere; nam inter utramque plus est quam iter quinque dierum.* At ipsum falli Abu'l-Fedam patet ex Al-Edrisio accuratissimo Geographo, qui inter *Al-Hegjrum*, & idem *Wâdi'l-Korâ* unam tantùm stationem ponit.

b *Thamûditarum terra*. Sic Auctor noster in Geographia ex Ebn-Hawkal loco citato: وكانت ديار ثمود الذين قال الله عنهم وثمود الذين جابوا الصخر بالواد *Fuit* (Al-Hegr) *habitatio* Thamûditarum, *de quibus dixit Deus* (Al-Cor. Sur. 89. v. 9.) Et *Thamûditæ*, qui excavaverunt rupes in Valle. Has rupes excavatas se vidisse testatur oculatus testis idem Ebn-Hawkal: قال ورايت بتلك الجبال وما نحت منها كما اخبر الله تعال وتنحتون الجبال بيوتا فرهين تلك الجبال الاثالب *Vidi*, inquit, *illos montes, & quod ex eis excisum est, quemadmodum narrat ipse Deus Excelsus,* (Al-Cor. Sur. 6. v. 75.) Et exscidistis montes in domos. *Ambitus horum montium* (*appellatur*) Al-Athâleb, i. e. Lapidum fragmenta. Quoad ipsos *Thamûditas*, quorum mentio est in Al-Corano sexcentis in locis cum Aditis, Madianitis, aliisque populis, qui tanquam exempla ultionis divinæ proponuntur. v. viri cl. Pocockii Specim. Hist. Arab. pag. 37. quæ habet ex Abu'l-Feda nostro.

c *Vetuit*. Ratio hujus prohibitionis erat impietas priscorum regionis incolarum *Thamûditarum*: Nam referente Ebn-Ishak, ولما مر رسول الله صلعم بالحجر سجي ثوبه علي وجهه واستحث راحلته ثم قال لا تدخلوا بيوت الذين ظلموا الا وانتم باكون ليلا يصيبكم ما اصابهم *Cum pertransiret Apostolus Dei... juxta* Al-Hegjrum, *cœpit faciem suam injecta veste obvolvere; mox admotis calcaribus* Mulam *suam tota vi impellere*: *Tum clamavit*: Ne domos istorum hominum, qui injustitiam commiserunt, intretis; sed potius flete, ne fortè idem vobis accidat, quod illis contigit. Eadem Traditio extat apud Al-Bocharium, qui addit: ثم قنع راسه واسرع السير حتي اجاز الوادي *Atque his dictis, capite lacinia obvelato, rapido cursu acceleravit, donec vallem prætergressus esset.* *Thamûditarum* punitio propter occisam *Camelam* cum pullo, quæ insigni miraculo è petra, orante *Saleho*, prodierat, habetur in Al-Corano Sur. 7. v. 78. فعقروا الناقة وعتوا عن امر ربهم وقالوا يا صالح ايتنا بما تعدنا ان كنت من المرسلين فاخذتهم الرجفة فاصبحوا في دارهم جاثمين *Et amputaverunt pedes* Camelæ, *& prævaricati sunt à præcepto Domini sui. Et dixerunt*: O Sâleh, fac ut eveniat nobis id, quod promisisti nobis, si es unus è Legatis (Dei.) *Et corripuit eos terræ-motus; & mane facto illi in habitaculo suo prostrati inventi sunt exanimes.* Auctor noster totum hunc mirabilem eventum fusè describit initio *Historiæ suæ Generalis* cap. de Patriarchis *Hûd*, seu *Ebero*, & *Sâleb*.

d *Yohanna*. i. e. *Johannes*, يوحنا vel ut ab alii scribitur, يحنة cum Teshdid τῷ Nun. Tum ex nomine, tum ex Tributo imperato, patet hunc fuisse *Christianum*, quemadmodum cæteri circumvicini Principes; quibus partim Præsentiæ suæ terrore, partim armorum vi superatis conditiones Pacis, quas libuit, imposuit. Huic *Johanni Ailæ* Principi, aliisque vicinarum urbium incolis exemplum ejus sequutis, in gratiam voluntariæ deditionis clementiam suam potissimùm ostendit scribendo illis Literas securitatis, quas nobis exhibet Auctor Libri *Splendorum*. Sic autem rem narrat: ولما انتهي رسول الله صلعم الي تبوك اتاه يحنة بن روبة صاحب ايلة فصالح رسول الله صلعم واعطاه الجزية واتاه اهل جربي واذرح فاعطوه الجزية وكتب لهم كتابا فهو عندهم فكتب ليحنة ابن روبة بسم الله الرحمن الرحيم هذه امنة من الله ومحمد النبي رسول الله ليحنة بن روبة واهل ايلة سفنهم وسيارتهم في البر والبحر لهم ذمة الله ومحمد النبي ومن كان معهم من اهل الشام واهل اليمن واهل البحر فمن احدث منهم حدثا فانه لا يحول ماله دون نفسه وانه طيب

صاحب ايلة فصالحه علي الجزية
فبلغت جزيتهم ثلثمائة دينار
وصالح اذرح علي مائة دينار
في كل رجب

وارسل خالد بن الوليد الي اكيدر
بن عبد الملك صاحب دومة الجندل
وكان نصرانيا رجل من كندة فاخذه

[a] *Ailæ* Dominus, cui imperato tributo pacem concessit; quod quidem tributum ad summam ter mille denariorum aureorum pervenit. Pacem etiam dedit *Adrohensibus* sub tributo ducentorum denariorum aureorum pro omnibus latifundiis.

Deinde *Châledum Al-Walîdi* filium ad *Ocaiderum Abdo'l-Maleki* filium, [b] *Dûmato'l-Gjandeli* Dominum misit. Is erat *Christianus*, [c] homo ex *Kenda*. [d] Cepitque illum *Châled*;

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224.
A Nativitate Christi 639.
Hegjræ 9.
Ætatis Mohammedis 61.
Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

اخذه من الناس وانه لا يحل ان يمنعوا ماء يردونه ولا طريقا يريدونه من بر وبحر

*Cumque Apostolus Dei*... Tabûcum *pervenisset accessit ad illum* Yohanna Rawbæ *filius*, Ailæ *Dominus*: *Et pacem concessit ei Apostolus Dei*... *cui ille Tributum solvit. Venerunt etiam ad illum incolæ* Gjarbæ, *&* Adrohi; *& Tributum solverunt. Et scripsit ei* Diploma, *quod adhucdum apud illos extat. Exemplar autem* Diplomatis, *quod* Yohannæ Rawbæ *filio scripsit, hic erat verbis conceptum*: In nomine Dei miseratoris misericordis. Hoc est Securitatis Instrumentum, a DEO, & MOHAMMEDE PROPHETA, APOSTOLO DEI, concessæ *Yohannæ Rawbæ* filio, & *Ailensibus*. Navigia, & Caravanæ illorum terra marique, sub Protectione & clientela DEI, & MOHAMMEDIS PROPHETÆ, sunto; nec non eorum omnium, qui se illis adjunxerint, ex incolis *Syriæ*, *Arabiæ-felicis*, & maritimarum regionum. Quod si quis illorum novas acquisierit facultates, is opes suas non commutet pro anima sua: Quod si quem hominem captivum fecerit, illum benevole tractet: Neque committat, ut prohibeantur à commeatu commodato, quem reddituri sunt, neque à fructibus regionis, quos itidem reddituri sunt ei terra marique

a *Ailæ*. Abu'l-Feda noster in Descriptione Arabiæ p. 41. ايلة كانت مدينة صغيرة وكان بها زرع يسير وهي مدينة اليهود الذين جعل منهم القردة والخنازير وهي علي ساحل بحر القلزم وعليها طريق حجاج مصر وهي في زماننا برج وبها وال من مصر وليس بها مزرع وكان لها قلعة في البحر وابطلت ونقل الوالي الي البرج في الساحل Aila *urbs parva raris frugibus*, *Civitas* Judæorum, *qui in* Simias *&* Porcos *mutabantur*, (Al-Cor. Sur. 5. v. 69.) *Litori maris* Al-Kolzûm, *seu* Rubri *adjacet*: *Propè eam via ducitur*, *qua* Peregrini Ægyptiorum (ad Meccam) *incedunt. Nostra tempestate turris est*, *in qua Præfectus* Ægyptius *residet*: *Nulla ibi arva. Arcem* (*olim*) *habuit in mari*, *sed ea destructa*, *Præfectus in urbem juxta litus migravit.* Ab urbe *Madian*, quæ etiam eidem litori adjacet, distat 5. stationibus, secundùm Al-Edrisium Geographum. De urbe *Aila* v. plura, quæ doctè commentatus est Hadrian. Relandus in *Descript. Palæstinæ* Lib. 3. pag. 554. Quoad *Pallium* alterum, quod dedit Mohammed *Ailensibus* simul cum *Diplomate*, merentur hic apponi, quæ de illo habet Ahmed Ben-Joseph loco citato: ذكر الذهبي في تاريخه ان البردة التي كانت عند الخلفاء هي البردة التي اعطاها صلعم في غزوة تبوك لاهل ايلة مع كتابه الذي كتب لهم بالامان فاشتراها ابو العباس السفاح بثلثماية دينار واظن انها هي البردة التي وصلت لسلاطين بني عثمان فهي اليوم عندهم يتباركون بها ويسقون ماءها لمن به الم فيبرا باذن الله تعالى فاتخذ لها المرحوم السلطان مراد خان بن سليم خان تغمده الله بالرحمة والغفران صندوقا من ذهب زنته مثقال فوضعها فيه تعظيما لها *Refert* Al-Dhahabius *in suo* Tarich, Pallium *illud*, *quod erat penes* Chalifas, *fuisse* Pallium, *quod dederat Propheta*... Ailensibus *tempore Belli* Tabûcensis *simul cum* Diplomate Securitatis; *illudque postea emisse* Abu'l-Abbâsum Al-Saffâhum *pretio trecentorum denariorum aureorum. Ego vero existimo istud fuisse* Pallium, *quod ad* Soltanos Othmânidas *pervenit*, *quodque etiam nunc hodie apud illos est*; *cujus possessione benedicuntur*: *Siquidem aquam ejus*, (cui scilicet immersum fuit) *ægrotis bibendam porrigunt*, *atque illi*, *Deo Excelso ita permittente*, *sanitatem recuperant. Huic* Pallio Soltân Morâd Chân *filius τῦ* Selîmi Chân, (qui cœpit regnare anno *Hegjræ* 982. *Christi* 1574.) Arcam *auream fabricari jussit*, *cujus pondus erat*..*..Methkâl *seu* Ducatorum; *atque illud in ea*, *venerationis ergo reposuit*.

* In codice Ms. vacuum spatium relinquitur pro Numero.

b *Dûmato'l-Gjandeli*. Inquit Sa'ad Al-Yemenita: دومة الجندل طرف من الشام وبينها وبين دمشق خمس ليال وبين المدينة خمس عشرة او ست عشرة ليلة Dûmato'l-Gjandel (est oppidum) *in finibus* Syriæ: *Hoc inter &* Damascum, *est quinque dierum iter*; *& ab* Medina *distat* 15. *vel*. 16. *dierum itinere*.. Al-Edrisio distat à *Tima* 4. stationibus. Inter *Timam*, & initium *Syriæ* sunt tres dies. Abu'l-Feda noster cap. de *Arabibus puris*, circa priscos incolas *Dûmato'l-Gjandeli*, & *Tabûci*, hæc habet: ومن قضاعة ايضا كلب وهم بنو كلب بن وبرة بن ثعلبة بن حلوان بن عمران بن الحاف بن قضاعة وكانت بنو كلب في الجاهلية نزلون دومة الجندل وتبوك واطراف الشام *A* Kodhâ'a (*filio* Hemîari, *filii* Sabæ,) *oriundus fuit* Calb, *à quo* Calbitæ; *is autem erat filius* Wabræ, *filii* Helwâni, *filii* Omrâni, *filii* Al-Hâfi, *filii* Kodhâ'æ. *Isti* Calbitæ, *tempore* Ignorantiæ, *seu ante* Islamismum, *sedes habuerunt in* Dûmato'l-Gjandelo, *&* Tabûco, *atque in finibus* Syriæ.

c *Homo ex Kenda*. Vel, ut aliis dicitur الكندي *Al-Kendita. Kenda* fuit nomen Tribûs quintæ oriundæ à مذحج *Madhegjo* filio كهلان *Cahlâni*, filii سبا *Sabæ. Kenda* autem, referente Abu'l-Feda cap. de *Arabibus puris*, fuit cognomen Patris illorum, qui proprio nomine erat, ثور بن عفير بن الحارث من ولد زيد بن كهلان وسمي كندة لانه كند اباه اي كفر نعمته وبلاد كندة باليمن تلي حضرموت Thawr *filius* Gafîri, *filii* Al-Hârethi, *qui fuit è posteris* Zaïdi Cahlâni *filii*, *Cognominatus fuit autem* Kenda, *eo quod Patris erga se benevolentiam inficiatus esset. Regio* Kenda *sita est in* Al-Yemen (Arabia felice,) *contermina Provinciæ*, *quæ dicitur* Hadhramût.

d *Cepitque illum*. Quo stratagemate captus fuit *Ocaider*, & frater ejus occisus, sic narrat Ebn-Ishak:

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l Fedam 6224.
A Nativitate Christi 639.
Hegiræ 9.
Ætatis Mohammedis 61.
Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

& fratrem ejus occidit, à quo chlamydem holosericam laminis aureis obductam detraxit. Cumque illam ad Apostolum Dei ... misisset, [a] in ejus admirationem rapti sunt *Moslemi*. Postea ipse *Châled* cum *Ocaidero* ad Apostolum Dei rediit, qui sanguini ejus pepercit, & imperato tributo pacem cum illo pactus, liberum abire permisit. Quibus ita peractis, Apostolus Dei ... *Medinam* rediit.

خالد وقتل اخاه واخذ منه خالد قباء ديباج مخوصا بالذهب فارسله الى رسول الله صلعم فجعل المسلمون يتعجبون منه وقدم خالد باكيدر على رسول الله صلعم فحقن دمه وصالحه على الجزية وخلى سبيله ثم رجع رسول الله صلعم الى المدينة

* Vide supra pag. 123.

Quoad * tres illos homines, qui à se retrò morati fuerant, illos quidem excusatos habuit, sed vetuit, ne quis eos alloqueretur; atque insuper jussu ejus ab omni consortio seclusi sunt, & interdicta fuit eis terra, quacunque latè pateret; atque in hoc statu per quinquaginta dies relicti sunt. Tum cœlitùs demisit Deus Excelsus hæc verba pœnitentiam eorum testantia: Sic itaque loquitur Deus Excelsus:

* Al-Coran. Sur. 9. v. 120.

* *Et* (*conversus est Deus*) *super illos tres homines, qui retrò morati sunt; adeò ut quando angustata fuit super eos terra, quacunque latè pateret, simul angustatæ fuerint intra ipsos animæ eorum; ac tandem seriò cogitaverunt non esse perfugium à Deo, nisi ad ipsum; tum demum conversus est ad illos, siquidem conversi sunt: Est enim Deus convertens se, & misericors.*

فاعتذر الى الثلاثة الذين خلفوا عنه فنهى رسول الله صلعم عن كلامهم وامر باعتزالهم فاعتزلهم الناس فضاقت عليهم الارض بما رحبت وبقوا كذلك خمسين ليلة ثم انزل الله تعالى توبتهم فقال تعالى وعلى الثلاثة الذين خلفوا حتى اذا ضاقت عليهم الارض بما رحبت وضاقت عليهم انفسهم وظنوا ان لا ملجاء من الله الا اليه ثم تاب عليهم ليتوبوا ان الله هو التواب الرحيم

*Medinam* rediit Apostolus Dei ... mense *Ramadhân*; quam ut ingressus est, *Al-Tâiefo* legati ab *Thakîfitis* ad eum accesserunt; atque ipsi ad *Islamismum* conversi sunt. Inter illa, quæ ab Apostolo Dei ... petierunt, hoc præcipuum fuit, ut sibi nempe permitteret servare Idolum [b] *Al-Lât*, quod colebant, ne ad

وكان قدوم رسول الله صلعم المدينة في رمضان ولما دخلها قدم عليه وفد الطايف من الثقيف ثم انهم اسلموا وكان فيما سالوا رسول الله صلعم ان يدع لهم اللات التي كانوا

فقال نبي الله صلعم لخالد بن الوليد انك ستجده يصيد البقر فخرج خالد حتى اذا كان من حصنه بمنظر العين وفي ليلة مقمرة صايفة وهو على سطح له ومعه امراته فباتت البقر تحك بقرونها باب القصر فقالت له امراته هل رايت مثل هذا قط قال لا والله قالت فمن يترك هذه قال لا احد فنزل فامر بفرسه فاسرج له وركب معه نفر من اهل بيته فيهم اخ له يقال له حسان فركب وخرجوا معه بمطاردهم فلما خرجوا تلقتهم خيل رسول الله صلعم فاخذوه وقتلوا اخاه *Dixerat Propheta*... Châledo Al-Walîdi *filio*: Illum (Ocaiderum) invenies Vaccam venantem. (*Quam Prophetiam eventus veram comprobavit.*) Cùm enim progressus esset Châled *castellum versùs usque ad conspectum oculi, noxque Luna fulgente æstivo calore esset temperatior, tunc ille* (Ocaïder) *erat in plano castelli tecto, secum habens uxorem suam. Accidit autem, ut Vacca foris pernoctans, portam castelli cornibus suis fricaret. Dixit* Ocaïdero *uxor ejus*: An usquam tale quid vidisti? *Cui ille*, Nequaquam per Deum! *Tum illa*, Quis porrò, *inquit*, illam perfodiet? *Respondit*: Nemo (præter me.) *Et protinus descendens jussit equum suum insterni: Conscenderunt etiam equos nonnulli è domesticis ejus, inter quos erat frater ipsius nomine* Halan, *equo vectus*: *Mox omnes simul cum eo erumpentes vaccam persequi cœperunt. Ut autem egressi sunt, occurrerunt eis Equites Apostoli Dei* ... *& ipsum* (Ocaiderum) *capientes, fratrem ejus occiderunt.*

a *In ejus admirationem*. Inquit Ebn-Ishak: حدثني عاصم بن عمر بن قتادة عن انس بن مالك رضي الله عنه قال رايت قباء اكيدر حين قدم به على رسول الله صلعم فجعل المسلمون يلمسونه بايديهم ويتعجبون منه فقال رسول الله صلعم اتعجبون من هذا فوالذي نفسي بيده لمناديل سعد بن معاذ في الجنة احسن من هذا *Narravit mihi* Asem *filius* Omari, *filii* Kottâdæ *ex* Anaso Mâleki *filio, cui Deus sit propitius*: *Is aiebat*: Ego vidi *Ocaïderi* Chlamydem, quo tempore ille ad Apostolum Dei ... accessit: Et cœperunt *Moslemi* ipsam palpando manibus suis contrectare; atque in admirationem ejus toti rapiebantur. Tunc dixit Apostolus Dei ... *Itane hanc Chlamydem admiramini? Per illum juro, in cujus manu est anima mea*, Mantilia, (seu manutergia,) *quibus utitur* Sa'ad Ma'âdhi *filius in Paradiso, sunt illa longè pretiosiora*. Iste *Sa'ad Ma'âdhi* filius fuit unus ex insignioribus *Islamismi* Martyribus, qui e vulnere in Prælio *Fossæ* accepto mortuus est, postquam illud ferale judicium contra *Koraïdbitas* tantoperè a Mohammede laudatum pronunciavit, de quo v. supra pag. 78.

b *Al-Lât*. De variis originibus, & significationibus nominis istius Idoli v. quæ doctissimè, ut solet, disseruit vir cl. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 89, & 90. Hic tantùm D. Humphredi Prideaux errorem animadvertere liceat, qui vitæ Moham. pag. 108. vocem اللات *Al-Lât* vernaculè reddit *Weapons and Instruments of War*. Scilicet in Erpenii Latina versione legerat *Instrumenta bellica*, qui etiam pravè scripsit in Arabico

triennium

يعبدونها لا يهدمها الى ثلاث سنين فابي النبي صلعم ذلك وزلوا الي شهر واحد فلم يجبهم وسالوه ان يعفيهم من الصلاة فقال لا خير في دين لا صلاة فيه فاجابوا واسلموا وارسل معهم المغيرة بن شعبة وابا سفيان بن حرب ليهدما اللات فقدم المغيرة فهدمها وخرج نسا ثقيف حسرا يبكين عليها

triennium destrueretur. At vero abnuit Propheta... Unius saltem mensis moram petierunt; sed neque id concessit. Tum rogarunt, ut se à Precatione immunes pronunciaret. Respondit: *Nihil boni est in Religione, in qua non est Precatio.* Quare ejus arbitrio se totos permisere, & *Islamismum* professi sunt. Misitque cum illis *Al-Mogairam Sha'bæ* filium, & *Abu-Sofianum Harbi* filium, ad destruendum Idolum *Al-Lât.* Profectus itaque *Al-Mogaira* illud destruxit; interea dum *Thakifitarum* mulieres egressæ magnis lamentis illud [a] deflebant.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224. A Nativitate Christi 639. Hegiræ 9. Ætatis Mohammedis 61. Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6

## CAP. LVIII.

ذكر حج ابي بكر رضي الله عنه بالناس

*De* Peregrinatione Meccana *facta inter homines ab* Abu-Becro, *cui Deus sit propitius.*

وبعث النبي صلعم ابا بكر الصديق في سنة تسع ليحج بالناس ومعه عشرون بدنة لرسول الله صلعم ومعه ثلثمائة رجل فلما كان بذي الحليفة ارسل النبي صلعم في اثره علي بن ابي طالب رضي الله عنه وامره بقراة ايات من اول سورة براة علي الناس

DEinde misit Propheta... *Abu-Becrum* Al-Seddik, anno *Hegjræ* nono, ut *Peregrinationem Meccanam* perageret inter homines. Et habuit secum viginti camelos oblationi destinatos ab Apostolo Dei... Habuit etiam secum trecentos viros. Cum autem jam esset *[*] Dhu'l-Holaifæ*, post vestigia ejus misit Propheta... *Alîm Abu-Tâlebi* filium, cui Deus sit propitius, cui & præcepit, ut legeret ad populum versiculos initii *Suratæ*, cui Titulus est, [b] *Barât* (i. e. *Immunitas*;) utque promul-

[*] De hoc oppido v. supra p. 64. nota b.

Textu الألات *Al-ALât*, quod revera significat *Instrumenta*, sed genuina scriptio in codice MS. est اللات *Al-Lât*. Neque Historicorum ullus unquam de istis Instrumentis bellicis somniavit, præter Erpenium, *qui* hæc adyta historiæ nondum penetraverat, cum Elmacinum vertendum suscepit. Melius *potuisset D. Humphr.* Prideaux Ductoris errorem cavere, si ad hæc cl. Pocockii verba attendisset, *loco citato*: *Dirutam* Allatt *jussu* Mohammedis *anno* Hegjræ *nono docet nos* Abu l-Feda. Cur vir Doctus *Allatt* cum duplici t, scribat, nullus video; nam ت in Al-Cor. Sur. 53. v. 19 & alibi, caret Teshdid: Nisi sit error Typothetæ.

a *Deflebant*. Inquit Al-Sohailius: وذكر بعض من الف في السيرة ان المغيرة قال لابي سفيان لا اضحكك من ثقيف قال بلي فاخذ المعول وضرب به اللات ضربة ثم صاح وخر لوجهه فارتجت الطايف بالصياح سرورا فان اللات قد صرعت المغيرة واقبلوا له كيف ابنت دا مغيرة دونكها ان استطعت الم تعلم انها تهلك من عاداها فقام المغيرة يضحك منهم ويقول لهم يا خبثاء والله ما قصدت الا الهزء بكم ثم اقبل علي هدمها حتي استاصلها واقبلت عجايز ثقيف يبكين حولها ويقلن *Referunt nonnulli* Biographi (seu Vitæ Mohammedis Scriptores,) Al-Mogairam Abu-Sofiano *dixisse*: Cave, ne ludibrium debeas *Thakifitis*. Ita sanè, *inquit ille*. *Mox arripiens Malleum, eo ingenti ictu* Al-Lâtam *percussit*; *at ipse terrore perculsus ad terram in faciem suam corruit*. *Ibi* Al-Taiefenses, *ingenti clamore sublato, præ lætitia infremuerunt, dicentes*: Utique *Al-Lât* prostratura quoque est ipsum *Al-Mogaïram*. *Et circumfluentes ad illum dixerunt*: Quomodo venisti, O *Al-Mogaira*? Agedum, tenta, an illa morem gerat: An nescis illam omnibus inimicis suis exitio esse? *Adstans autem* Al-Mogaira, *eosque irridens dixit*: O hominum impurissimi, Per Deum! Nihil aliud intendo, quam ut vos subsannem. *Atque his dictis tam alacriter incubuit operi, ut illam à fundamentis diruerit.* *Tunc accesserunt vetulæ mulieres* Thakifitarum *circa illam plorantes, & dixerunt*:

Flete jam tulis lachrymarum torrentibus. — لتبكين دفاع

Ultimum vale ei dicite, O pueri, puellæque lactentes. — اسلمها الرضاع

Non amplius formosi sint avium pulli. — لم يحسنوا المصاع

b *Barât*. Hæc *Surata* nona, totius Al-Corani ultima, ratione temporis, cœlitùs demissa censetur, juxta illud Al-Bocharii ex Traditione *Al-Barâi*: انها اخر سورة نزلة هذه *Ultima* Surata, *quæ demissa fuit, hæc est*. Hæc dictio براة *Barat*, *Immunitas*, significat *libertatem*, *exemptionem*, & *solutionem* ab omni pacto & fœdere inito cum hostibus, post certum ac definitum tempus, quo elapso, omnis securitas antea concessa, prorsùs tollitur, aboletur, atque irrita fit. Talis Immunitas Mohammedis, & Asseclarum ejus, adversùs quoscunque alterius Religionis homines, ac præcipuè *Idololatras*, prioribus hujus Suratæ versiculis, quos innuit Auctor noster, ita declaratur expressis verbis: براة من الله ورسوله الي الذين عاهدتم من المشركين فسيحوا في الارض اربعة اشهر واعلموا انكم غير معجزي الله وان الله مخزي الكافرين واذان من الله ورسوله الي الناس يوم الحج الاكبر ان الله بري من

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6224. A Nativitate Christi 639. Hegjræ 9. Ætatis Mohammedis 61 Æræ Christi Vulg. 630. Cœpit die 20. April. feria 6.

garet [a] post annum elapsum, non amplius licitum fore nudo (i. e. veste sacra *Ehrâm* dicta non induto) circuitiones circa Domum (Ca'abæ) peragere, neque cuiquam *Idololatræ* festum *Peregrinationis* celebrare. Quibus auditis *Abu-Becr*, *Medinam* reversus, *O Apostole Dei*, inquit, *Annon aliquid cœlitùs demissum est à me exequendum?* Respondit: *Nequaquam: Nihil enim à me mandati divini nunciandum venit, quod non vel Ego ipse promulgem, vel aliquis à me (sive ex familia mea.) Verùm* O Abu-Becre, *contentus esto quod mecum fueris in *Spelunca, & comes meus ad * Piscinam.* Tum ille; *Imò*, inquit. Profectus est igitur *Abu-Becr*, cui Deus sit propitius, imperium habens, sive authoritatem Ceremoniis, ac ritibus festi peragendis: *Alî* autem *Abu-Tâlebi* filius, cui Deus sit propitius, *Suratam Barât*, die solemnis mactationis, promulgavit; item ne quis Idololatra festum Peregrinationis celebraret; & ne quis nudus (i. e. veste sacrâ *Ehrâm* dictâ non indutus) circuitiones (circa Ca'abam) perageret. Ex libro dicto *Al-Ashrâf* Auctore Mas'udio.

* V. supra p 51.
* V. supra p 58.

وان ينادي ان لا يطوف بالبيت بعد السنة عريان ولا يحج مشرك فعاد ابو بكر وقال يا رسول الله انزل في شي قال لا ولكن لا يبلغ عني الا انا او رجل مني الا ترضى يا ابا بكر كنت معي في الغار وصاحبي على الحوض قال بلى فسار ابو بكر رضي الله عنه اميرا على الموسم وعلي بن ابي طالب رضي الله عنه يوذن ببراة يوم الاضحى وان لا يحج مشرك ولا يطوف عريان من الاشراف للمسعودي

Mense *Dhu'l-Ka'ada* anni noni fuit obitus *Abdo'llahi Abu-Solûli* filii, Increduli.

وفي ذي القعدة سنة تسع كانت وفاة عبد الله بن ابي سلول المنافق

Deinde cœpit annus *Hegjræ* Decimus.

ثم دخلت سنة عشر

Cum esset Apostolus Dei ... *Medinæ*, venerunt ad eum Legationes ex universa *Arabia*; & homines undique *in Religionem intraverunt turmatim*; quemadmodum Deus Excelsus: * *Quando venit auxilium Dei, & Expugnatio*, &c. Et *Islamismum* amplexi sunt incolæ *Al-Yemen* (*Arabiæ felicis*,) & [b] Reges *Hemiar*.

* Al-Cor. Sur. 110. v. 1. vide supra pag. 121. nota b

ورسول الله صلعم بالمدينة وجاته وفود العرب قاطبة ودخل الناس في الدين افواجا كما قال الله تعالى اذا جاء نصر الله والفتح واسلم اهل اليمن وملوك حمير

المشركين ورسوله Immunitas à Deo, & Apostolo ejus, *ad eos, quibuscum pactum inivistis ex* Idololatris. *Peragrate terram,* (O Idololatræ,) *per quatuor menses. Et scitote vos non posse Deum infirmum reddere; Deum autem posse ignominia afficere* Infideles. *Et* Proclamatio *à* Deo, & Apostolo ejus (facienda) *die* Peregrinationis *magno*; Deum scilicet Immunem *esse ab* Idololatris, *atque* Apostolum ejus. Observant Interpretes in hac *Surata* post Titulum non sequi formulam بسم الله *In nomine Dei* &c. quæ cæteris omnibus apponitur, cujus rei rationem hanc reddit Gjelalo'ddinus ad hunc locum: ولم تكتب فيها بسملة لانه صلعم لم يامر بذلك كما يوخذ من حديث رواه الحاكم واخرج في معناها من علي ان بسملة امان وهي نزلت لرفع الامان بالسيف وعن حذيفة انكم تسمونها سورة التوبة وهي سورة العذاب *Non autem scripta fuit in eâ Formula* Bismilla, (i. e. In nomine Dei miseratoris, misericordis.) *quia Propheta ... id non præcepit; quemadmodum acceptum est ex Narratione, quam tradidit* Al-Hâkem. *Ratio deducitur circa significationem ejus ab* Alî; *quod nempe formula* Bismilla, In nomine Dei &c. *importat* Securitatem; *hæc autem* Surata *cœlitùs demissa fuit, ad tollendam* Securitatem *per* Gladium. *Et ex* Hodhaifa *dicente*: Vos hanc appellatis *Suratam Pœnitentiæ*, seu *Conversionis*; cum ipsa sit *Surata Pœnæ*, seu *Punitionis*. Et revera in omnibus fere Exemplaribus præfert Titulum Pœnitentiæ, nam versiculo 12. dicitur: فان تابوا واقاموا الصلوة واتوا الزكوة فاخوانكم في الدين *Quod si egerint* Pœnitentiam, *& institerint precationi, & persolverint Eleemosynam, tunc erunt fratres vestri in Religione.* Quatuor menses, quibus elapsis Immunitas locum habere debet, & omnis Securitas tolli, sunt isti, videlicet *Shawâl*, (quo hæc *Surata* demissa fuisse dicitur,) *Dhu'l-Ka'ada, Dhû'l-Hagja, & Moharram.*

a *Post annum.* Ita definitur Al-Cor. Sur. 9. v. 29. يا ايها امنوا انما المشركون نجس فلا يقربوا المسجد الحرام بعد عامهم هذا *O vos, qui credidistis, utique* Idololatræ *sunt immundi: Ne itaque appropinquent Templo* Al-Harâm (sacro Meccano,) *post hunc annum eorum.* Et v. 18. à Visitatione ejus prorsùs eliminantur iidem Idololatræ: ما كان للمشركين ان يعمروا مسجد الله شاهدين على انفسهم بالكفر اولايك حبطت اعمالهم وفي النار هم خالدون *Non pertinet ad* Idololatras, *ut visitent* Templum Dei; *cùm sint testes contra animas suas de Infidelitate. Horum vana sunt opera; & in igne ipsi perpetuò manebunt.* Atque hinc, usque in hodiernum diem, quisquis sive *Judæus*, sive *Christianus*, vel *Ethnicus*, audet accedere, præsenti morte punitur.

b *Reges Hemiar.* Sive *Hemiaritæ*. Erant numero quinque, quorum nomina hæc fuerunt, referente Ebn-Ishak, الحارث بن عبد كلال ونعيم بن عبد كلال ونعمان قيل ذي رعين وهمدان ومعافر

CAP.

## CAP. LIX.

ذكر ارسال علي بن ابي طالب الى اليمن

**Missio Alîs Abu-Tâlebi filii in Al-Yemen, (i. e. Arabiam felicem.)**

روى ان النبي صلعم بعث عليا كرم الله وجهه الى اليمن فسار اليها وقرا كتاب رسول الله صلعم على اهل اليمن فاسلمت همدان كلها في يوم واحد وكتب الى رسول الله صلعم بذلك ثم تتابع اهل اليمن على الاسلام وكتب بذلك الى النبي صلعم فسجد شكرا لله تعالى ثم امر عليا باخذ صدقات نجران وجزيتهم ففعل وعاد ولقي رسول الله صلعم بمكة في حجة الوداع

TRaditio est Prophetam ... misisse *Alîm*, cujus faciem Deus honoret, in *Al-Yemen*. Eo igitur profectus incolis *Al-Yemen* Literas Apostoli Dei ... ad eos scriptas legit: Et ad *Islamismum* conversa est * *Hamdanensium* Tribus tota uno die. Qua de re ad Apostolum Dei ... scripsit. Deinde horum exemplum sequuti incolæ *Al-Yemen Islamismum* amplexi sunt: De quo etiam Prophetam ... per literas certiorem fecit; qui ob hos successus Deum excelsum cum gratiarum actione adoravit: Et præcepit τῷ *Alî*, ut *Nagjranensium* Eleemosynas acciperet, & tributum ab illis exigeret. Quibus ille peractis reversus est, & Apostolum Dei ... *Meccæ* convenit ad Peregrinationem Valedictionis.

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6225. A Nativitate Christi 640. Hegjræ 10. Ætatis Mohammedis 62. Æræ Christi Vulg. 631. Cœpit die 9 April. feria 3.

* De quibus v. Pocock. Spec. Hist. Arab. pag. 41. in fine.

## CAP. LX.

ذكر حجة الوداع

**De [a] Peregrinatione Valedictionis.**

وخرج رسول الله صلعم حاجا لخمس بقين من ذي القعدة

PRofectus est Apostolus Dei ... Peregrinationem *Meccanam* intendens die vigesimo quinto mensis *Dhu'l-Ka'adæ*.

Al-Hâreth Abd-Colâli *filius*, Na'im Abd-Colâli *filius*, Al-Noomân *cognomento* Dhu-Ro'ain, Hamdân, & Mo'âfer. Ad illorum primum, scil. *Al-Hârethum*, miserat Mohammed Legatum *Al-Mohâgjerum Abu-Ommiæ* filium *Machzumitam*, anno Hegjræ septimo, ut ad reliquos Reges, & Principes, de quibus supra vidimus cap. 46. quamvis hanc Legationem silentio prætermittat ibidem Auctor noster. Inquit Ebn-Ishak: وقدم كتاب ملوك حمير على رسول الله صلعم مقدمه من تبوك سنة تسع بانهم اسلموا وتركوا الشرك وفارقوا الضلالة واتبعوا الهدى وقاتلوا المشركين فسر رسول الله صلعم وكتب اليهم كتابا يشكرهم على اسلامهم ويبين لهم احكام الشرع *Allatæ sunt Literæ Regum* Hemiar *ad Apostolum Dei ... quo tempore ab* Tabûco *revertebatur, anno* (Hegjræ) *nono; quibus illum certiorem faciebant se* Islamismum *amplexos* Idololatriam *deseruisse, errorique renunciasse, jamque Directionem* (ab eo institutam) *sequi; ac demùm totis viribus* Idololatris *debellandis strenuam operam navare. Quibus perlectis Literis admodùm gavisus est Apostolus Dei ... Et Epistolam ad eos rescripsit, in qua illis pro suscepto* Islamismo *gratulabatur; tum etiam Legis statuta explanabat.* Quoad istos Reges, variis Arabiæ felicis provinciis imperitabant; & oriundi erant ab حمير *Hemiaro Sabæ* filio, cui nomen illud, ut volunt, inquit Pocock. Spec. Hist. Arab. p. 57. inditum fuit, لحمرة لباسه الثياب الاحمر *quod plerumque vestibus rubris indutus incederet.* Hic *Thamudum* ex *Yamano*, (sive Arabia felice,) in *Hegjazum* expulit. Ac primum hunc è Regibus *Hemiaritis* capiti suo diadema aureum imposuisse ferunt Gjannabius, & Ahmed Ben-Joseph. *Hemiaritas* vulgò putant esse *Homeritas Ptolemæi*, de quo v. cl. Jobus Ludolfus Comment. ad Histor. Æthiop. p. 64. & seqq.

a *Peregrinatio.* حج, & حجة à Radice حج Hebr. חגג *celebravit festum, tripudiavit, in orbem ivit. circumgyratus est.* Arab. *contendit aliquò, & intendit.* Item, *gradum fecit, gressus fuit, & peregrinatus est* Unde hæc definitio Ebno'l-Kassai: الحج القصد الى الشي المعظم وفي الشرع قصد البيت الله تعالى بصفة المخصوصة في وقت مخصوص بشرائط مخصوصة Al-Hagj, *est ut quis destinato rem aliquam magni momenti aggrediatur; at ex usu Legis, est* Profectio *certo consilio suscepta ad* Domum Dei, (Templum Meccanum,) *certis, modo, tempore, & conditionibus.* Peregrinatio hæc est quintum Fundamentum Legis *Islamiticæ.* Præcipitur Al Cor. Sur. 2. v. 197. واتموا الحج والعمرة لله *Et perficite* PEREGRINATIONEM, *& Visitationem Deo.* Ritus omnes, & ceremoniæ hujus Peregrinationis fuse ibidem describuntur. Apud *Arabes* antiquiores usu recepta fuit, imò ab Adamo, Abrahamo, Ismaele, & Prophetis * observata fuisse perhibetur, ac demùm a Mohammede confirmata fuit; de quo vide *Al-Shahrestanii* verba apud cl. Pocockium Specim. Hist. Arab. p. 311. Tum sic concludit vir doctissimus: *Hos ergò ritus* Mohammedes *antiquitùs, imò ab ipso, ut ferunt,* Abrahamo, *cui mandatum vult, ut homines ad peregrinandum invitaret, receptos* Al-Corani *authoritate sanxit, & Religionis suæ partem non minimam esse voluit, &* اركان الاسلام ومبانيه è columnis, & fundamentis ejus. *Adeò ut, juxta ipsius sententiam, referente Al-Gazalio,* من مات ولم يحج فليمت ان شا يهوديا او نصرانيا si quis [illegible] mortuus fuerit, moriatur, si libet, *Judæus*, aut *Christian*[illegible] Quoad Mohammedem, queritur quot vicibus Peregrinationem perfecerit? Al-Gjuzius Libro de *Ritibus P*[illegible]

* Quinetiam tradit Ebn-Abbâs, الحواريون *Apostolos* Christi Peregrinationem *Meccanam* peregisse. Et ipsum ISAM (Jesum) filium *Mariæ*, quando descendet cum septuaginta Beatorum millibus, eandem Peregrination[illegible]



Jam

Anno ab O.C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6225. A Nativitate Chriſti 640. Hegjræ 10. Ætatis Mohammedis 62. Æræ Chriſti Vulg. 631. Cœpit die 9. April. feria 3.

Jam verò controverſia eſt de hac ejus *Peregrinatione*, an ſimul & feſtum *Peregrinationis Meccanæ*, & *Viſitationem-ſacram* peregerit, an ſeorſim? Sed modus ſolemnis, quo iſtam *Peregrinationem* celebravit, illum, & feſtum *Peregrinationis Meccanæ* ſimul [a] & *Viſitationem-ſacram* peregiſſe, ſatis ſuperque oſtendit.

ومن اختلف في حجه هل كان قرانا ام تمتعا ام افرادا والا ظهر الذي اشتهر انه كان قرانا

Dum autem Apoſtolus Dei ... Feſtum *Peregrinationis* inter homines [b] celebraret, obtulit ſe *Alî Abu-Tâlebi* filius, Sacratus (i. e. veſte

وحج رسول الله صلعم بالناس ولقي علي بن ابي طالب محرما

*regrin. Meccanæ*, cap. 120. ſic reſpondet: انما حج نبينا صلعم بعد هجرته الي المدينة مرة واحدة فقالوا هذه حجة الوداع فاما قبل الهجرة فانه قد حج بعد النبوة وقبلها حججا لا يعرف عددها ومجاهد يقول حج حجتين قبل ان يهاجر فلعله يشير الي ما بعد النبوة *Utique Propheta noſter ... poſt* Fugam *ſuam ab* Medina, *una tantùm vice* Peregrinationem *celebravit: Aiuntque hanc fuiſſe* Peregrinationem Valedictionis. *Ante* Fugam *autem plures quidem* Peregrinationes, *partim ante* Miſſionem Propheticam, *partim poſt illam, obivit; ſed non certò dignoſcitur illarum numerus.* Mogjâhed *ait, illum bis ante* Fugam *peregrinatum fuiſſe; ſed fortè innuit tempus, quod poſt* Propheticum munus *ſuſceptum excurrit.* Quoad *Viſitationes*, jam ſupra vidimus, pag. 107. Mohammedem, quatuor vicibus poſt *Hegjram*, in *Templum Meccanum* ingreſſum fuiſſe, ex quibus una fuit tempore *Peregrinationis* hujus *Valedictionis*.

a *Et Viſitationem*. Contra Auctoris noſtri ſententiam faciunt verba *Aïeſhæ* uxoris Mohammedis, cujus Traditionem Authenticam refert Al-Bocharius cap. *de Peregrinatione Valedictionis* · من عايشة قالت خرجنا مع رسول الله صلعم فمنا من اهل بعمرة ومنا من اهل بحجة ومنا من اهل بحج وعمرة واهل رسول الله صلعم بالحج فاما من اهل بالحج او جمع بين الحج والعمرة فلم يحلوا حتى يوم النحر *Ex* Aieſha: Egreſſi ſumus cum Apoſtolo Dei ... Ex nobis fuit, qui Formulam laudandi Deum recitavit intendens *Viſitationem*: Alius Formulam recitavit intendens *Peregrinationem*. Fuit non nemo, qui Formulam recitavit intendens ſimul & *Peregrinationem*, & *Viſitationem*. Apoſtolus autem Dei ... Formulam recitavit intendens *Peregrinationem*. Porro tam illi, qui intenderunt *Peregrinationem*, quam ii, qui utramque ſimul, & *Peregrinationem* & *Viſitationem* intenderunt, non exuerunt veſtem ſacram uſque ad diem *Mactationis*. Atque hinc Gjannabius diſertis verbis in Hiſtoria hujus *Peregrinationis* pronunciat: ولزم صلعم تلبيته ونوي الحج لا العمرة *Et voto ſe obſtrinxit Propheta* ... Peregrinationi, *non* Viſitationi. Quoad illud quod *Aïeſha* dicit خرجنا *Egreſſi ſumus*, poteſt reddi in fœm. genere *Egreſſæ ſumus*. Nam, ut ait idem Gjannabius, ومعه نساوه كلهن في الهوادج *Habebat* (Mohammed) *ſecum omnes Uxores ſuas Pilentis-camelinis vectas.* Auctor eſt Al-Baihekius, وخرج معه عليه الصلاة والسلام تسعون الفا ويقال مائة الف واربعة عشر الفا ويقال اكثر *Egreſſa fuiſſe cum eo* (Propheta,) *ſuper quem ſint Benedictiones, & Pax, nonaginta hominum millia: Alii dicunt centum & quatuordecim millia; alii etiam adhuc plura fuiſſe affirmant.* Differentia inter *Peregrinationem*, & *Viſitationem* conſiſtit in Ritibus & Ceremoniis pluribus vel paucioribus, quales in Hiſtoria utriuſque obſervare licet. Præterea *Viſitatio* quaslibet anni tempeſtate poteſt fieri; Peregrinatio autem unico tantum menſe, qui idcirco dicitur, ذو الحجة *Dhu'l-Hagja*, i. e. menſis *Peregrinationis*, celebrari poteſt.

b *Celebraret*. Ritus & ceremoniæ, quibus tam ſolemnem *Peregrinationem* celebravit, quæ poſtea omnibus ſæculis inter *Mohammedanos* exemplo fuit, eleganter deſcribuntur à Gjâbero Abdo'llahi filio, qui huic Peregrinationi interfuit cum ipſo Mohammede, referente Moſlemo Auctore Libri alterius dicti *Al-Sahih*, in quo continentur ſelectiores, & ſingulares Traditiones. Sic itaque habet Narratio *Gjâberi*: مكث رسول الله صلعم تسع سنين لم يحج ثم اذن في الناس في عام العاشر ان رسول الله صلعم حاج فقدم المدينة بشر كثير كلهم يلتمس ان ياتم برسول الله صلعم ويعمل مثل عمله فخرجنا حتي اتينا ذا الحليفة يصلي رسول الله صلعم الي المسجد ثم ركب القصوا حتي اذا استوت به ناقته علي البيداء اهل بالتوحيد لبيك اللهم لبيك لبيك لا شريك لك حتي اتينا البيت استلم الركن ورمل ثلثا ومشا اربعا ثم قدم الي المقام ابرهيم ثم رجع الي الركن فاستلمه ثم خرج من الباب الي الصفاء فرقي علي حتي راي البيت فاستقبل القبلة فوحد الله وكبره وقال لا اله الا الله وحده لا شريك له له الملك وله الحمد وهو علي كل شيء قدير لا اله الا الله وحده لا شريك له العز وحده ونصر عبده وهزم الاحزاب وحده ثم نزل الي المروة حتي اذا انصبت قدماه في الوادي رمل حتي اذا صعد مشي حتي اتي المروة ولما اتي عرفة وزاغت الشمس خطب الناس ولم يزل واقفا بالموقف حتي غربت الشمس ثم اتي المزدلفة فصلي بها المغرب والعشا باذان واحد واقامتين ثم اضطجع حتي طلع الفجر فصلي الفجر ثم اتي المشعر الحرام ولم يزل واقفا حتي اسفر جدا فدفع قبل ان تطلع الشمس حتي اتي بطن محسر فحرك قليلا حتي اتي الجمرة فرماها بسبع حصيات يكبر مع كل حصاة ثم انصرف الي المنحر *Moratus fuit Apoſtolus Dei* ... *per totos novem annos* (à Fuga ſua,) *quibus* Peregrinationem (Meccanam) *non celebravit. Tum demùm, anno* (Hegjræ) *decimo, inter homines promulgatum fuit, Apoſtolum Dei* ... Peregrinationem *intendere. Quo audito ingens hominum multitudo* Medinam *confluxit. Nos autem magno ſtudio conati fuimus Apoſtoli Dei* ... *veſtigia ſequi, & facere quemadmodum ipſe faciendo præiret. Proficiſcentes igitur* Dhu'l-Holaïfam *venimus: Ibi*

ſacra

فقال حل كما حل اصحابك
وقال اني اهللت بما اهل
به رسول الله صلعم فبقي على
احرامه ونحر رسول الله صلعم
الهدي عنه
وعلم رسول الله صلعم الناس
مناسك الحج والسنن ونزل قوله
تعالى اليوم يئس الذين
كفروا من دينكم فلا تخشوهم
واخشوني اليوم اكملت لكم دينكم
واتممت عليكم نعمتي ورضيت لكم
الاسلام دينا فبكي ابو بكر رضي

sacra dicta *Ebrâm* indutus) dicens: *Liceat & mihi, quemadmodum cæteris comitibus tuis licet. Ego*, inquit, *Deum laudaturus sum eadem formula, qua Apostolus Dei ... laudaturus est.* Mansit itaque veste sua sacra indutus. Et Apostolus Dei ... victimas ab illo (acceptas) [a] mactavit.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6225. A Nativitate Christi 640. Hegiræ 10. Ætatis Mohammedis 62. Æræ Christi Vulg. 631. Cœpit die 9. April. feria 3.

Deinde Apostolus Dei ... Ritus & Ceremonias Mactationis peragendæ populum edocuit. Et tunc cœlitus demissa sunt hac Dei Excelsi verba: * *Hodie infelices & miseri erunt, qui abnegant Religionem vestram: Ne ergo timeatis illos; sed timete me.* [b] *Hodie perfeci vobis Religionem vestram; & complevi super vos gratiam meam; & volui vobis* Islamismum *esse Religionem.* Quæ cùm audisset *Abu-Becr*, cui

* Al-Coran. Sur. 5. v. 4.

*Apostolus Dei. precatus est in* Templo: *Inde camelam suam dictam* Kaswa *conscendit; quæ cùm illum in planitiem* Baidææ *celeriter avexisset, ipse Deum cæpit laudare Formulam professionis unitatis ejus recitando*: Adsum tibi moriger, O Deus, adsum tibi morigér; adsum tibi morigér: Non est tibi socius. &c. *Cumque ad Domum* (Ca'abæ) * *venissemus, osculatus est Angulum* Lapidis nigri; *moxque* (septem circuitiones faciendo,) † *ter deproperavit, quater incessit; tum propiùs accessit ad* Al-Mekam, i. e. *stationem* Ibrahimi; *& reversus ad Angulum, iterum osculatus est: Inde per portam* (بني مخزوم filiorum Mahdûmi) *egressus ad collem* Al-Safâ, *eum conscendit, donec inde vidit* Domum (Ca'abæ,) *& convertens se* * Keblam *versùs, Unitatem Dei professus est, eumque magnificavit, dicens*: Non est Deus, nisi Deus unus; non est illi Socius, ipsi est regnum; ipsi laus; ipse est super omnem rem potens: Non est Deus, nisi Deus unus; non est illi Socius: Fortis est solus: Juvit servum suum; & in fugam conjecit turmas-hostium solus. *Tum descendit versùs collem* Al-Merwam, *donec, me semper premente vestigia ejus, in valle constitutus cæpit deproperare, usque dum per ascensum lento gradu incedens, tandem ad jugum* Al-Merwæ *pervenit. Postquam autem ad montem* Arafam *transisset, jam tum sole ad occasum vergente, ad populum concionatus est, neque cessavit in vestigio suo consistere, donec sol occidisset: Et tunc contulit se ad* Mozdalefam, (locum *confluxus*, inter *Arafam*, & vallem *Menâ*,) *& peroravit Precationem vespertinam, & serotinam cum Præconisatione una, & duabus Assurrectionibus. Quibus ita peractis, discubuit usque ad ortum auroræ; & tunc peroravit Precationem auroræ, venitque ad* Septum Al-Harâm, (i. e. loci sacri Ca'abæ;) *neque cessavit consistere, donec plurima illuxisset aurora, atque tunc properè discedens, priusquam sol exortus esset, ad vallem* Mohasser (i. e. despectam,) *ivit ad locum Silicum*, (seu *lapillorum*, in vallem منى *Menâ*,) *& projecit illos numero septem lapillos, & ad unumquemque lapillum recitavit Formulam* الله اكبر Allah Acbar, Deus est maximus, &c. *Deinde ad* Mactationis *locum processit*, &c. Confer Alberti Bobovii Historiam *Peregrinationis Meccanæ*, quam edidit vir doctiss. Th. Hydius, pag. 11, & seqq. & videbis omnia, prout etiamnum hodie peragitur, cum hac narratione, mutatis mutandis, ad amussim congruere.

* Aurora diei 4. mensis *Dhu'l-Hagjæ*. Ita *Al-Carmânius* Lib. de *Ritib. Peregr. Meccanæ*.
† V. supra p. 98.
* De qua v. supra p. 54. n. c.

a *Mactavit*. Hunc locum satis obscurum illustrant, quæ habet Al-Damirius, Auctor Libri dicti, حياة الحيوان i. e. *Vitæ Animalium*: ثم انصرف الى المنحر ونحر بيده ثلاثا وستين بدنة عدد سني عمره ثم اعطى عليا ما بقي الى تمام المائة وكان صلعم قد اتى ببعضها وقدم على بشيء منها من اليمن وكان على قد وافاه بمكة وهو يريد الحج واعتق صلعم ثلاثا وستين رقبة *Et procedens ad locum* Mactationis, *sexaginta tres victimas-sacrificio-destinatas, pro numero annorum ætatis suæ propria manu jugulavit. Tum quot supererant ad centenarium numerum complendum τῷ* Alî *dedit. Harum enim partem secum adduxerat Propheta ... partem vero alteram* Alî *ex* Al-Yemen (Arabia felice) *abegerat: Nam* Alî *ad eum* Meccam *accesserat; voluitque Festo* Peregrinationis *interesse. Præterea libertate donavit Propheta ... sexaginta tria Mancipia.* Tum deinde, inquit Auctor Libri dicti, الشفاء الغرام i. e. *Medicina Morborum*, حلق راسه فبدا بالجانب اليمن ثم الايسر ثم دفعه الى طلحة ليفرقه بين الناس واصاب خالد بن الوليد شعرات من شعر ناصيته صلعم فجعلها في قلنسوته ولم يشهد بها قتالا الا رزق النصر *Caput suum abrasit, incipiens à latere dextro, & in latus sinistrum desinens; & capillitium in arborem, dictam* * Talha, *projecit, ut inde ad populum dispergeretur. Illicò accurrens* Châled Al-Walîdi *filius, plurimam partem crinium Antiarum Prophetæ ... arripuit, eosque Pileo suo indidit. Atque inde factum est, ut nulli prælio deinceps interfuerit, quin ex eis præsentem opem senserit.*

* Est genus Acaciæ Spinosæ.

b *Hodie perfeci.* Ubi Gjelalo'ddini Paraphrasis: دينكم *Religionem vestram*, i. e. احكامه وفرايضه *Judicia ejus, & Statuta ejus; adeò ut post hac nulla amplius Præcepta vel permittentia, vel prohibentia cœlitùs demissa sint.* Sicque hæc verba sunt quasi complementum, & conclusio totius Al-Corani, ac Legis *Islamiticæ*. Nec sine insigni Miraculo hoc contigit: Nam statim ut hæc audivit, referente Gjannabio, بركت ناقته القصوى من ثقل الوحي وهيبتها القران *Camela Prophetæ ... dicta* Al-Kaswâ *in genua sua procubuit præ pondere Revelationis-Divinæ, & pro sua reverentia erga* Al-Coranum. Locus in quo tunc stabat Mohammed Camelæ suæ inequitans, inobservatus mansit ab Historicis, ac proinde incognitus per multas annorum centurias latuit, donec tandem anno *Hegiræ* 964. (Christi 1556.) novo, ac prorsùs simili Miraculo revelatus fuit. Rem paucis accipe ex prolixiore Narratione ejusdem Gjannabii, qui præsentem se adfuisse testatur. Anno *Hegiræ* prædicto Princeps *Al-Wâled* summus urbis *Meccæ Kadhi*, seu Judex, Festum *Peregrinationis* celebrans magno desiderio tenebatur cognoscendi verum stationis Prophetæ locum, ubi Camela ejus genua flexerat. Cumque ipse Camelâ vectus quaquaversum conspiceret, accessit ad eum vir quidam grandæus, ac pius, Revelationibus divinis frequenter recreatus, nomi-

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6225.
A Nativitate Christi 640.
Hegjræ 10.
Ætatis Mohammedis 62.
Æræ Christi Vulg. 631. Cœpit die 9. April. feria 3.

Deus sit propitius, flevit, quasi animo repugnans, se ad perfectionem nondum pervenisse, imò sibi plurimum deesse; verùm semetipsum auxilio Prophetæ... totum commendavit.

Porrò in concione, quam Apostolus Dei... ad populum habuit, in qua leges & statuta festi, *Peregrinationis* exposuit, sic eos alloquutus est; *O homines, Utique* [a] Al-Nasa (i.e. dilatio,) *est Additio,* seu *Innovatio* (adinventa) *in Infidelitate. Debet autem tempus in gyrum converti* [b] *eo ordine, qui statutus fuit die, quo creavit Deus cœlum & terram.* * *Enimverò numerus mensium apud Deum est duodecim mensium.*

* Al-Coran. Sur. 9. v. 37.

Atque ita festum *Peregrinationis* absolvit. Appellatur autem *Peregrinatio Valedictionis,* quoniam [c] non amplius post eam peregrinatus est. Tum *Medinam* reversus Apostolus Dei... ibi usque ad exitum anni commoratus est.

Deinde cœpit annus *Hegjræ* UNDECIMUS.

الله عنه لما سمعها وكانه استشعر انه ليس بعد الكمال الا النقصان واذه فى يعبث الى النبي صلعم نفسه

وخطب رسول الله صلعم الناس خطبة بين فيها الاحكام منها يا ايها الناس انما النسي زيادة في الكفر وان الزمان استدار كهيئة يوم خلق الله السموات والارض ان عدة الشهور عند الله اثنا عشر شهرا

وتمم حجة وسميت حجة الوداع لانه لم يحج بعدها ثم رجع رسول الله صلعم الى المدينة واقام بها حتى خرجت السنة

ثم دخلت سنة احدى عشرة

*Al-Sheik Hosain,* qui sic illum alloquutus est: يا مولانا رايت البارحة رسول الله صلعم واقفا في مكانك هنا *O Domine noster, Egomet vidi hesterno die* APOSTOLUM DEI... *hoc tuo loco stantem.* Et statim Camela Principis in genua sua procubuit. Quare non dubitavit, quin verus hic esset locus stationis Prophetæ, videlicet, عند الصخرات المفروشة امام بيت ادم عليه الصلاة والسلام *Ad saxa constrata è regione* Domûs Adami, *super quem sint Benedictiones & Pax.*

a *Al-Nasâ.* النسي in genere est *dilatio, mora, procrastinatio* rei, certo tempore faciendæ, in aliud tempus; v. gr. prorogatio temporis ad solvendum debitum, vel translatio festi alicujus à die seu mense proprio in alium; Quo sensu sic definitur à Baidhavio ad hunc locum desumptum ex Al-Corani Sur. 9. v. 38. النسي تاخير حرمة الشهر الى شهر اخر كانوا اذا شهر حرام وهم محاربون احلوه وحرموا مكانه شهر اخر حتى اذا رفضوا خصوص الشهر واعتبروا مجرد العدد Al-Nasâ, Dilatio *est statuti sacri alicujus mensis in alium mensem translatio:* (Exempli gratia Ethnici Arabes,) *quando aderat mensis sacer,* (quo nefas erat bellum gerere,) *si hoc mense bello impliciti essent, illum profanum faciebant, & loco ejus alium mensem sacrum habebant, quo ea demùm peragerent, quæ* (prioris) *mensis erant propria. Atque inde est quod illam computandi rationem novam excogitaverint.* * Quatuor erant menses sacri, etiam inter priscos *Arabes* ante *Ethnicismum,* quibus bellum erat interdictum videlicet *Moharram, Regjeb, Dhu'l-Ka'ada,* & *Dhu'l-Hagja,* qui sunt primus, septimus, undecimus, & duodecimus. Gjelalo'ddinus ad hunc locum: كما كانت الجاهلية تفعله من تاخير حرمة المحرم اذا هل وهم في القتال الى الصفر *Quemadmodum* Ethnici *faciebant, statutum sacrum mensis* Al-Moharram, *si incidisset in id tempus, quo ipsi in bello erant occupati, in mensem* Safar *transferendo.*

* Al-Coran. Sur. 9. v. 37.

b *Eo ordine.* Id est absque ulla *Intercalatione,* seu *Embolismo,* qua efficitur, ut per additionem seu insertionem unius mensis, annus aliquando fiat 13. mensium; quod est contrarium Institutioni Divinæ, si credimus Al-Corano, cujus locum adducit Mohammed è Sur. 9. v. 37. *Numerus mensium apud Deum est duodecim mensium.* Quibus verbis, *Intercalatione,* quæ hactenùs usurpabatur, rejecta, & abrogata, annus ad simplicem, & primitivam formam, & quasi in ordinem restitutus fuit: Qui cum sit pure Lunaris, jam fit vagus & solutus, & nullo *Intercalationis* fræno coercitus per omnes anni solaris tempestates libere divagatur; & idem mensis modò in vernum tempus, modò in æstivum, modò in alia anni tempora incidit. Quoad originem *Intercalationis* apud *Arabes Ethnicos,* occasionem habuit à *Peregrinatione Meccana,* si quidem, ut observat Abu-Abdo'llah Mohammed Ben-Ahmed Auctor Libri dicti نشق الازهار *Odoratus florum,* كان الحج من عهد ابراهيم واسمعيل ابدا في عاشر ذى الحجة *Festum* Peregrinationis (Meccanæ,) *inde à tempore pacti* Ibrahîmi *&* Ismaelis, *semper celebrabatur die decimo mensis* Dhu'l-Hagjæ. Cùm autem, in anno merè lunari, ita fieret, ut يقع حج العرب في ازمنة السنة كلها Arabum Peregrinatio *in omnes anni tempestates* (successivè) *incideret;* illi, ut tempori magis commodo prospicerent, quo scilicet maturi essent fructus, & paratæ fruges, & moderatior caloris æstus, rationem tandem *Intercalandi* quandam a *Judæis,* (ut testantur Al-Gjawharius Ebno'l-Athir, aliique,) didicerunt. Vir cl. Pocockius, loco citato, ait hanc appellari *Dilationem* (*seu transpositionem mensium,*) *quæ tandem à Mohammede vetita ac sublata.* Sed suspicor virum doctum nimis extendere significationem vocis النسي *Al-Nasâ,* ut præter *Dilationem,* (de qua in Nota præcedente egimus,) comprehendat etiam *Intercalationem:* Certè Abu'l-Feda noster c. de *Nat. Arabum,* loquens de modo hujus *Intercalationis,* utitur verbo كبس *Intercalavit,* Ἐμβόλιμον *fecit.* En ejus verba: وكانوا يكبسون في كل ثلثة اعوام شهرا *Tertio quoque anno mensem intercalabant.* Et ipse Pocockius pag. 323. agens de eadem *Al-Nasâ,* dicit illam esse, *qua Arabes* Al-Moharram *in* Safar *rejicerent,* nihil habet de *Intercalatione,* seu *Embolismo.*

* Confer Pocock. Specim. pag. 177.

c *Non amplius peregrinatus est.* Clarior est ratio, quam affert Al-Gjuzius Lib. de *Ritibus Peregrinationis Meccanæ* cap. 120. *Sic appellata est,* inquit ille, لانه خطب الناس وودعهم فقالوا هذه حجة الوداع *Quia in concione, quam habuit ad populum,* VALEDIXIT *eis: Unde illi dixerunt:* Hæc est Peregrinatio VALEDICTIONIS.

CAP.

## CAP. LXI.

ذكر مرض رسول الله صلعم

لما قدم رسول الله صلعم من حجة
الوداع اقام بالمدينة حتى خرجت سنة
عشر والمحرم من سنة احدى عشرة
ومعظم صفر وابتداء برسول الله صلعم
مرضه في اواخر صفر قبل لليلتين
بقيتا منه وهو في بيت زينب بنت
جحش وكان يدور على نسائه حتى
اشتد مرضه وهو في بيت ميمونة بنت
الحارث فجمع نساءه واستاذنهن
في ان يمرض في بيت احداهن
فاذن له ان يمرض في بيت عايشة
فانتقل اليها وكان قد جهز جيشا
مع مولاه اسامة بن زيد واكد في
مسيره في مرضه

*Morbus* Apostoli Dei...

Postquam à *Peregrinatione Valedictionis* reversus est Apostolus Dei... *Medinæ* substitit usque ad anni decimi (*Hegjræ*) exitum, & mense *Moharram* anni undecimi, & partem maximam mensis *Safar*. Cœpitque [a] ægrotare Apostolus Dei... sub finem mensis *Safar*, [b] die 27. ejusdem mensis, cùm esset in domo *Zaïnabæ Gjahashi* filiæ; nam per vices in orbem apud uxores suas diversabatur. Deinde ingravescente morbo ejus, dum esset in domo *Maïmûnæ Al-Hârethi* filiæ, uxores suas accersivit, & veniam ab illis petiit, ut sibi liceret in domo unius ex eis morbo decumbere, & concessum fuit ei, ut in domo *Aieshæ* decumberet; ac proinde ad illam deportatus fuit. Et quidem jam tum milites ad expeditionem bellicam ituros cum [c] *Osâma Zaidi* servi sui filio comparaverat; & quamvis morbo implicitus, ejus [d] profectionem urgebat.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

a *Ægrotare*. Initium morbi ejus fuit صداع *Sodâ'*, i. e. *Cephalalgia*, sive capitis dolor vehemens cum الوعك *Febricula*, uti habet Abu'l-Faragjius, quam interpretatur Al-Firûzabadius ادنى الحمى *Febrim leviorem, quæ tamen postea adeo invaluit*, inquit Pocockius *Specim. Hist. Arab.* pag. 178. *ut ea ad delirium adactus visus sit nonnullis suorum.* Causa hujus morbi fuit * Veneni, quod tempore belli *Chaïbarensis* hauserat, malignitas in venis ejus recrudescens; atque hinc tandem ortum est illud ægritudinis genus, quod dicitur صداع *Sodâ'*, κεφαλαλγία, cùm scilicet venæ ad longitudinem finduntur, indeque ad cerebri fibras pertingens dolor acutissimus vertiginem & delirium creat, quali mox videbimus Mohammedem conturbatum fuisse. Atque hanc fuisse morbi sui causam ipse ad *Aïesham* conqueritur apud Al-Bocharium his verbis: يا عايشة ما ازال اجد الم الطعام الذي اكلت بخيبر فهذا اوان وجدت انقطاع الابهري من ذلك السم O Aiesha, *Equidem nusquam cessavi sentire dolorem illius buccellæ, quam comedi* Chaibari; *hac autem vice sentio venas cordis mei ex illo veneno perrumpi.*

* De quo vide supra pag. 92.

b *Die* 27. *Ad verbum*, inquit cl. Pocockius *Specim. Hist. Arab.* pag. 178. in margine, *Cùm duæ tantùm superessent noctes, seu dies è mense Safar.* Quæ ratio dies mensium retrogradè computandi, apud Historicos Arabum frequens, etiam observata fuit a Gulielmo Beveregio Institutionum Chronologicarum Lib. 1. cap. 17. *ubi de Anno Arabico*, p. 72. cujus hæc sunt verba: *Dies mensium post decimum quintum sæpe, semper post vigesimum ordine retrogrado numerantur à* Mohammedanis *æquè ac ab* Atheniensibus. *Ut hi enim post εἰκάδα dicunt*, Δεκάτη φθίνοντος, ἐνάτη φθίνοντος, &c. *sic & Arabes primum mensis diem vocant* مستهل Mostahal νεομηνίαν, *cui succedit secundus* مضين Madheina, i. e. Præteritorum, *tertius* Madheina, *quartus* Madheina; *& sic deinceps usque ad vigesimum; post quem dicunt, decimum* بقين Bakeina, i. e. eorum qui supersunt, *sive relictorum, nonum* Bakeina, *octavum* Bakeina, *& sic retrorsùm agunt usque ad finem mensis. Quinetiam vigesimus primus dies ab* Eutychio *dicitur primus è decem ultimis diebus mensis*, Eutych. tom. 2. pag. 342. *Nonnunquam post diem* 15. *quem* نصف Nasf, i. e. medium *appellat* Elmacinus Hist. Sarac. cap. 1. *retrorsùm procedunt; unde idem* Elmacinus *diem* 18. Gjomâdæ *prioris vocat* ثلث عشرة ليلة بقية من جمادي الاولي decimum tertium *Gjomâdæ* prioris, *ibid. cap.* 12. *p.* 61. Quoad ipsum numerum, quem posuimus 27. cl. Pocockius eundem locum vertens in *Abu'l-Faragjii* Hist. Dynast. pag. 103. & antea in *Specim.* pag 13. verterat, *qui vicesimus octavus fuit mensis Safar*; sed in Notis pag. 178. se ipsum ita corrigit, *qui* 27. *fuit mensis Safar.* Cujus mutationis rationem reddens, ibid. in margine, *Ita*, inquit, *potius reddendum puto, quam* 28. *cùm mensis Safar* 29. *tantùm habeat dies.* Ubi obiter notandum Abu'l-Faragjium loco citato perperam, memoriæ lapsu, dicere Mohammedem eo die 27. Safar obiisse, cum fuerit tantùm initium morbi ejus secundùm plerosque Historicos: nam secundùm eosdem tantùm non omnes, dies obitûs ejus fuit 12. mensis *Rabî'i* prioris, Feria secunda, ut suo loco videbimus.

c *Osâma*. Ejus pater *Zaid Al-Hârethi* filius occisus fuerat in prælio *Mûtensi*, de quo supra pag. 101. Inquit Mûsa Okbæ filius ex Ebn-Shahâb: سرية اسامة بن زيد اخر سرية بعثها رسول الله صلعم بعثه الى الشام وامره ان يوطى الخيل تخوم البلقاء والداروم من ارض فلسطين الى ابنى مكان قتل ابيه فتجهز واوعب مع اسامة المهاجرون والانصار الاولون *Expeditio* Osâmæ Zaïdi *filii ultima fuit omnium Expeditionum bellicarum, ad quas misit Apostolus Dei... Misit autem illum in* Syriam, *jussitque, ut cum Equitatu invaderet, & devastaret fines* Balkâ'i, *&* Al-Dârûmi *è terra* Palestinæ, *usque ad* Obnam, *quo loco occisus fuerat pater ejus. Et apparaverunt se, & congregati sunt cum* Osâma Mohâgjeriorum, *&* Ansariorum *primores.* Inquit Al-Wâkedius: واسامة ابن عشرين سنة Osâma *erat viginti annos natus.*

d *Profectionem urgebat.* Scilicet, quamvis febri correptus, & gravi capitis dolore laborans, tamen die morbi sui secundo, inquit Gjannabius, لما اصبح عقد لاسامة لواء بيده ثم قال اغز باسم الله في سبيل

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Traditio est ex *Aiesha*, cui Deus sit propitius, ipsam dixisse: *Venit* (*ad me*) *Apostolus Dei ... tum cùm Cephalalgia laborarem*: *Dixi Ego*: Indica remedium. *Cui ille*; Ego verò, Per Deum! *O Aiesha*, dico: Quin tu potius indica remedium. *Tum subjecit*: Nequaquam tibi nociturum est, si moriaris ante me: Adstabo tibi; ferali amiculo involvam te; pro te preces fundam; atque sepeliam te. Inquit illa: *Et dixi*: Prorsus quemadmodum Ego ipsa tibi facerem: Per Deum! Si ita facere tibi contingat, & ad domum meam reversus fueris, concubitum refugituræ sunt ceteræ uxores tuæ. [a] *Et subrisit Propheta ...*

وروي من عايشة رضي الله عنها
انها قالت جاء رسول الله صلعم
وبي صداع وانا اقول وار اساه
فقال بل انا والله يا عايشة اقول
وار اساه ثم قال ما تدرك لو مت
قبلي فقمت عليك وكفنتك وصليت
عليك ودفنتك قالت فقلت كاني
بك والله لو فعلت ذلك ورجعت
الي بيتي تعرست ببعض نسايك
فتبسم صلعم

الله فقاتل من كفر بالله *Summo diluculo vexillum à se illigatum* Osâmæ *in manum tradidit, dicens*: Bellum-sacrum gerito in nomine Dei, pro causa Dei; & omnes quotquot abnegant Deum internecioni dato. Pergit idem Auctor. فخرج وعسكر بالجرف علي فرسخ من المدينة فلما كان يوم الاحد
اشتد برسول الله صلعم وجعه ودخل اسامة من معسكره والنبي صلعم مغمى عليه حتى
اذا افاق جعل يرفع يديه الي السماء ثم يضعها علي اسامة يدعو له ورجع اسامة الي
معسكره فامر الناس بالرحيل *Proficiscens itaque* Osâma *castra posuit ad* Al-Gjorfum, *qui locus ab* Medina *Parasanga distat. Feria autem prima* (die scil. 11. mensis Rabî'i prioris,) *cùm magis ac magis Apostoli Dei ... ægritudo invalesceret, è castris redux* Osâma *ad Prophetam ... ingressus est, qui tunc ingens animi deliquium patiebatur*: *Ut autem ad se paululùm reversus est, cœpit manus suas ad cœlum tollere, tum eas demittens super* Osâmam *reposuit, & ei apprecatus est. Deinde ad castra reversus* Osâma *militibus proficiscendi signum dedit.* At verò postridie illius diei, dum equum conscendere parat, nuncius affertur de obitu Prophetæ. Quare Expeditio in aliud tempus differtur; donec mense *Rabî'o* posteriore sequente, *Abu-Becri* jam rerum potientis jussu, in *Syriam* profectus, omnia ferro igneque devastans, Interfectorem patris sui propria manu occidit. Hanc Expeditionem, quæ etiam HERACLIO Romanorum Imperatori terrori fuit, pluribus narrat Al-Naisabûrius, qui sic concludit: فبلغ ذلك هرقل وهو بحمص فدعا بطارقته فقال وهذا الذي
حذرتكم فابيتم ان تقبلوه مني قد صارت العرب تاتي من مسيرة شهر فتغير عليكم
ثم خرج من ساعته لم يجرح ولم يكلم *Cujus* (Irruptionis) *nuncius cùm ad HERACLIUM, qui tunc temporis in urbe* Hems, (i. e. Emesæ in Syria) *morabatur, perlatus esset, ille statim Duces suos convocans, sic eos alloquutus est*: Atque illud tandem evenit, à quo vos, ut caveretis, præmonueram; sed vos id à me (aure) excipere noluistis. Jam itaque *Arabes* post unius mensis iter, magnam vobis de improviso cladem intulerunt. *Moxque ipse, neque inflicto, neque accepto vulnere,* (i. e. sine pugna) *ea hora discessit.*

a *Et subrisit* Aliud colloquium refert eadem *Aïesha*, quod habuit Mohammed, durante morbo, cum dilecta sua, & unica filia *Fâtema*, in quo non quidem ipse risit, sed filiæ suæ partim fletum, partim risum movit. Hæc Narratio extat in utraque *Sonna* Al-Bocharii, & Moslemi. Dabimus illam primo Al-Bocharii verbis, quia est brevior & simplicior, tum etiam Moslemi, quæ comptior & ornatior: Utraque tamen est Authentica, ut pote ex *Aïeshæ* ore accepta, sed variis circumstantiis interserta: Sic itaque Al-Bocharius:

عن عايشة قالت دعى النبي صلعم فاطمة في شكواه الذي قبض فيه فسارها بشيء
فبكت ثم دعاها فسارها فضحكت فسالناها عن ذلك فقالت سارني النبي صلعم
انه يقبض في وجعه الذي توفي فيه فبكيت ثم سارني فاخبرني اني اول اهل بيته يتبعه
فضحكت *Ex* Aiesha: *Inquiebat*: Vocavit ad se Propheta ... * *Fatemam* tempore morbi sui, quo assumptus fuit; & arcanum ei revelavit de re aliqua: Et illa flevit. Deinde vocavit eam, & aliud arcanum ei revelavit: Et illa risit. Interrogavimus eam de hujusmodi; & respondit: *Revelavit mihi Propheta ... se in illa ægritudine sua, qua obiit, assumendum iri*; *& Ego flevi. Deinde revelavit mihi Me primam fore è familia ejus, quæ illum sequutura esset*; *& Ego risi.* Sequitur Moslemi Narratio: عن عايشة رضي الله عنها
قالت كنا ازواج النبي صلعم عنده ولم يغادر منهن واحدة فاقبلت فاطمة رضي الله
عنها تمشي ما تخطيء مشيتها مشية رسول الله صلعم شيا فلما راها رحب بها فقال
مرحبا يا بنتي اجلسها عن يمينه او عن شماله ثم سارها فبكت بكاء شديدا فلما
را جزعها سارها الثانية فضحكت فقلت لها خصك رسول الله صلعم من بين نسايه
بالسر ثم انت تبكين فلما قام رسول الله صلعم سالتها ما قال لك رسول الله صلعم
فقالت ما كنت افشي علي رسول الله صلعم سره قالت فلما توفي رسول الله صلعم قلت
عزمت عليك بما لي عليك من الحق لما حدثتني ما قال لك رسول الله صلعم فقالت
اما الان فنعم اما حين سارني المرة الاولي فاخبرني ان جبريل كان يعارضه القران
في كل سنة مرة وانه عارضه هذا العام مرتين واني لا اراه الا قد حضر اجلي فانه نعم
السلف انا لك فبكيت بكاي الذي رايت فلما را جزعي سارني الثانية فقال يا فاطمة
اما ترضين ان تكون سيدة نساء المومنين او سيدة نساء هذه الامة فضحكت
ضحكي الذي رايت *Ex* Aiesha, *cui Deus sit propitius. Inquiebat illa*: Eramus omnes Prophetæ ...

* De qua vide supra pag. 62. nota b.

Die

وفي اثناء مرضه وهو في بيت
عايشة خرج بين الفضل بن العباس
وعلي بن ابي طالب حتي جلس
علي المنبر فحمد الله ثم قال ايها
الناس من كنت جلدت له ظهرا
فهذا ظهري فليستقد مني ومن
كنت شتمت له عرضا فهذا عرضي
فليستقد منه ومن اخذت له مالا
فهذا مالي فياخذ منه ولا يخشي
الشحنا من قبلي فانها ليست
من شاني ثم نزل وصلي الظهر
ثم رجع الي المنبر فعاد الي
مقالته فادعي عليه رجل ثلاثة
دراهم فاعطاه عوضها ثم قال الا
ان فضوح الدنيا اهون من
فضوح الاخرة ثم صلي علي اصحاب
احد واستغفر لهم ثم قال ان عبدا
خيره بين الدنيا وبين ما عنده
فاختار ما عنده فبكي ابو بكر
ثم قال فديناك بانفسنا
ثم اوصي بالانصار

Die secundo morbi ejus, jam autem erat in domo *Aieshæ*, foras prodiit inter *Al-Fadhlum Al-Abbâsi* filium, & *Alîm* (ambobus innixus,) donec in suggesto sederet. Et quidem, præmissa laudandi Deum formula, ita concionatus est: *O homines, si cujusquam tergum scuticâ flagellavi; en tergum meum: hìc & nunc parem plagarum numerum à me exigat. Si cujus famam contumelia probrove læsi; en famam meam, illam simili contumelia afficiat. Si à quoquam pecuniam injustè accepi; en pecuniam meam; tantumdem ex ea recipiat. Neve quisquam se in odium aut inimicitiam meam incursurum reformidet: Non enim hujusmodi est moris & indolis meæ.* Hìc è suggesto descendens Precationem meridianam peregit. Deinde ad suggestum reversus sermonem suum parabat repetere, cùm vir quidam tres Drachmas ab eo sibi debitas postulavit; quas ille statim cum fœnore reddidit, dicens: *Dedecus hujus mundi longè tolerantu facilius est, quam dedecus futuri sæculi.* Deinde precatus est pro Comitibus, qui in prælio *Obodensi* occubuerant, & condonationem pro eis rogavit. Tum ait: *Deus servo cuidam suo, vel hunc Mundum, vel ea quæ apud se sunt, eligendi, optionem dedit: Et elegit ea quæ apud eum sunt.* Et flevit *Abu-Becr*, dicens: *Tibi jus omne dedimus in animas nostras.* Denique *Al-Ansariis* [a] dedit Mandata.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegiræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Uxores cum illo, ne una quidem ex eis absente. Venit quoque *Fâtema*, cui Deus sit propitius, ita gradiens, ut incessus ejus nullatenus differret ab incessu Prophetæ ... Quamprimum vidit illam, adventanti gratulatus est dicens: *Felix faustusque sit adventus tuus, o filia mea.* Et sedere eam jussit sive ad dextram, sive ad sinistram suam. Tum arcanum quoddam in aurem revelavit; quo audito, illa flevit amarissimè. Cumque illam videret acerbè lamentari, aliud arcanum ei insusurravit; & ipsa continuò risit. Dixi ei: *Quidnam hoc sibi vult? Singulari favore te, dignatus est Apostolus Dei ... præ omnibus uxoribus suis; & tamen fles?* Postquam deinde loco surrexit Apostolus Dei ... rogavi eam dicens: *Quid est quod tibi dixit Apostolus Dei ...?* At illa, *Non debeo*, inquit, *Apostoli Dei ... secretum divulgare.* Postquam autem obiit Apostolus Dei ... dixi ei: *Ego tibi opitulatura sum, prout erga te amicitiæ nostræ jure teneor, si mihi narraveris id quod tibi dixit Apostolus Dei ...* Respondit: *Nunc porrò lubentissimè: Et quidem quoad illud quod prima vice mecum communicavit, dixit mihi,* Gabrielem *solitum fuisse sibi apparere semel quolibet anno cum* Al-Corano; *hoc autem anno sibi bis apparuisse.* Neque Ego illum amplius visurus sum, *inquit ille*, donec adsit mihi tempus migrandi præstitutum: Et quidem valde delector, quod Ego tibi præiturus sum. *Et flevi eo fletu, quem vidisti. Cùm autem me lamentantem videret, aliud Arcanum mihi sic revelavit:* O Fâtema, nonne tibi hoc summoperè jucundum esse debet, quod futura sis fœminarum Fidelium princeps, sive omnium hujus gentis fœminarum princeps & domina? *Atque ad hoc risi eo risu, quem vidisti.* Inquit Ebn-Al-Katân: ثم ماتت بعده رضي الله عنها ولم تبقي بعده الا يسيرا فيل خمسة وسبعون يوما وقيل اكثر من ذلك واكثر ما فيل ثمانية اشهر *Mortua est autem post eum* (Fâtema,) *cui Deus sit propitius; neque supervixit ei nisi paululum: Alii dicunt dies septuaginta quinque, alii paulò plures, qui vero plures, ad summum numerant octo menses.*

[a] *Dedit Mandata.* Quænam hæc fuerint, saltem duo, refert Al-Bocharius his verbis: قال ابن عباس واوصاهم بثلاث قال اخرجوا المشركين من جزيرة العرب واجيزوا الوفد بنحو ما كنت اجيزهم وسكت عن الثالثة او قال فنسيتها *Inquit* Ebn-Abbâs: Tria dedit illis Mandata dicens: Idololatras *à Peninsula* Arabiæ *ejicite.* Proselytos *permittite, ut iisdem vobiscum Privilegiis fruantur, quemadmodum Ego illos frui permisi.* Tertium silentio reticuit; vel si effatus est, Ego illius oblitus sum. Quoad primum Mandatum, *Mohammedani* ad hunc usque diem semper rigidissimi fuerunt illius observatores: Quamvis enim in cæteris *Othomannici* Imperii Provinciis *Christianos*, *Judæos*, & *Sabios*, seu *Sabaïtas* sub Tributi lege tolerent, at tamen in *Arabia* nulla alia toleratur, seu permittitur Religio præter *Islamismum*: Atque inde est quod *Omar* Chalifa hujus Mandati memor, ubi rerum potitus est, *Judæos Chaibarenses* in Syriam exulare jussit, quemadmodum Auctor noster supra observavit pag. 91. Cujus Exilii rationem reddens Al-Tabarius apud Elmacinum pag. 8. sic loquitur: فبلغه ما قال صلعم في مرضه انه لا يجتمع في جزيرة العرب دينان *Intellexerat enim* (Omar) *id quod dixerat Propheta ... in morbo suo:* Ne in Peninsula *Arabiæ* concurrant duæ Religiones. De *Ansariis*, seu *Auxiliatoribus*, quibus præ cæteris Mandata hæc potissimùm dedit, tanquam Zelatissimis novæ Religionis defensoribus v. supra pag. 30. Tertium Mandatum, cujus oblitus fuit *Ebn-Abbâs*, nobis suppeditare videtur *Omm Salama, scil. de *Precatione*; sed hoc ad omnes *Moslemos* in genere pertinet: Ut ut sit, en ejus verba: كانت عامة وصية رسول الله صلعم عند موته الصلاة *Fuit generale & constans Apostoli Dei ... Mandatum in articulo mortis suæ,* PRECATIO. sci

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegjræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Cùm autem invalesceret ægritudo ejus, dixit: [a] *Afferte mihi atramentum & chartam, ut scribam vobis* [b] *LIBRUM, quo post obitum meum non erretis in æternum.* Et disceptaverunt inter se. Ille autem, *Absistite à me,* inquit; *non convenit disceptare coràm PROPHETA.* Et dixerunt: *Certè delirium patitur Apostolus Dei...!* Cumque illum visitandi gratia frequentes adirent, dixit: *Sinite me; id enim, quo nunc totus occupor, longè melius est quam id, ad quod me avocatis.*

فلما اشتد به وجعه قال ايتوني بدواة وبيضاء فاكتب لكم كتابا لا تضلون بعدي ابدا فتنازعوا فقال قوموا عني لا ينبغي عند نبي تنازع فقالوا ان رسول الله صلعم يهجر

فذهبوا يعيدون عليه فقال دعوني فما انا فيه خير مما تدعوني اليه

Singulis diebus morbi sui Precationem peragebat ad populum; nisi quod per tres dies intermittere coactus fuerit. Cùm igitur de more promulgata esset Precatio, quamprimum intermittere coactus fuit, dixit: *Jubete* Abu-Becrum, *ut Precationem peragat ad populum.*

وكان في ايام مرضه يصلي بالناس وانما انقطع بثلاثة ايام فلما اذن بالصلاة اول ما انقطع وقال مروا ابا بكر فليصلي بالناس

## CAP. LXII.

### *Obitus* Apostoli Dei...

### ذكر وفاة رسول الله صلعم

DEmùm eo usque increvit morbus ejus, ut [c] Spiritum reddiderit Feria secunda, illustri jam die, vel, ut alii dicunt, in ipso meridie.

وتزايد به مرضه حتي توفي يوم الاثنين ضحوة النهار وقيل نصف النهار

*Precatio* non solum unus est è quinque مباني الاسلام *Articulis Islamismi fundamentalibus,* in Al-Corano frequentissimè inculcatus his verbis: اقيموا الصلاة **Instate Precationi;* sed etiam Dictis suis illam commendatam voluit Propheta, quale illud est, quod supra p. 127. attulit Auctor noster: *Nihil boni in Religione, in qua non est* Precatio. Alias hujusmodi Sententias videsis apud cl. Pocockium Spec. Hist. Arab. p. 304. Inter Mandata Prophetæ potest referri dira ejus imprecatio in *Judæos,* quam conceptis verbis refert Aiesha apud Al-Bocharium: عن عايشة قالت قال النبي صلعم في مرضه لم يقم منه لعن الله اليهود واتخذوا قبورا نبيايهم مساجد قالت عايشة لولا ذاك لا برز قبره خشي ان يتخذ مسجدا *Ex* Aïesha: *Inquiebat illa:* Dixit Propheta in morbo supremo, à quo non surrexit: *Maledicat Deus* Judæis: *Illi enim Sepulchra Prophetarum suorum in Templa converterunt. Inquit* Aïesha: Ni id sua maledictione improbasset, ipsius Sepulchrum difficulter evasisset, quin (illorum exemplo) in Templum, (seu Moscheam) conversum fuisset.

* Al-Coran. Sur. 2. v. 83. & 110. Sur. 22. v. 79. Sur. 24. v. 57. & alibi sæpissimè.

a *Afferte mihi.* Hæc Traditio ad *Ebn-Abbâsum* accepta fertur ab Al-Bochario, in qua dicitur id evenisse يوم الخميس *Feria quinta.* Ubi autem mentionem fecit *Libri* novi conscribendi, magna inter suos orta fuit contentio: Nam, ut pergit Al-Bocharius, فقال بعضهم ان رسول الله صلعم قد غلبه الوجع وعندكم القران حسبنا كتاب الله فاختلف اهل البيت واختصموا فمنهم من يقول غير ذلك فلما اكثروا اللغو واختلاف قال رسول الله صلعم قوموا عني *Quidam dixerunt,* (inter quos fuit *Omar*:) Prævaluit certè dolor Apostolo Dei... Habetis apud vos Al-Coranum: Sufficit nobis Liber Dei. *Orta est igitur controversia inter eos, qui erant in domo, & altercati sunt; alii enimècontra dicebant,* (scil. ut refert Gjannab. Accedite, ut scribat vobis Librum Apostolus Dei...) *cumque ita multiplicaretur strepitus & discordia, dixit Apostolus Dei...* Absistite à me, &c.

b *Librum.* Mirum est Mohammedem tunc voluisse Librum scribere, quippe qui scribendi pariter ac legendi esset imperitus, uti sæpius supra vidimus, v. p. 15. nota f. nisi id novo miraculo factum fuisset, ut p. 97. in fine. Quare prudentiores homini vi morbi deliranti hoc tribuebant. Attamen, ut narrat Al-Bocharius, *Obaïdo'llah* Auctor est *Ebn-Abbâsum* magno istius Libri desiderio exclamasse: ان الرزية كل الرزية ما حال بين رسول الله صلعم وبين ان يكتب لهم ذلك الكتاب لاختلافهم ولغطهم *Malum! maximum certè malum! quod in causa fuit, ne illis scriberet Apostolus Dei... LIBRUM istum, propter dissensionem & strepitum ipsorum.*

c *Spiritum reddiderit.* توفي in V. conjug. idem quod in I. & II. *totum, integrum dedit, persolvit* debitum, & Spec. *naturæ debitum exolvit, fato functus est, obiit, mortuus est, spiritum emisit,* Deo *reddidit.* Quo sensu Mohammed ex omnium *Moslemorum* confessio, cæterorum Mortalium sortem subivit, & revera mortuus est, quidquid contra obmurmuraverint primi ejus Asseclæ, ut infra videbimus. At verò illorum Theologi inter singulares Proprietates, & Prærogativas Prophetæ sui ponunt, quod non mortuus est, nisi postquam, استاذن ملك الموت عليه ولم يستاذن علي نبي قبله Angelus Mortis *ab eo veniam & licentiam petiit tollendi animam ejus; cùm talem licentiam à nullo unquam* Propheta *ante illum petierit.* Ita Al-Sohailius, qui, ut Auctor gravissimus, rem totam cum omnibus circumstantiis accuratissimè describit hoc modo: ومما جري في مرضه تردد جبرايل اليه ثلاثة ايام قبل موته برسالة من الله ليقول كيف تجدك وكان ذلك في يوم السبت والاحد والاثنين واستاذن ملك الموت عليه يوم

Inquit

قالت عايشة رضي الله عنها رايت رسول الله صلعم وهو يموت وعنده قدح فيه ماء يدخل يده في القدح ثم يمسح وجهه بالماء ثم يقول بل الرفيق الاعلي

Inquit *Aïesha*, cui Deus sit propitius: *Ego vidi Apostolum Dei … eo momento, quo moriebatur. Erat juxta illum crater aqua plenus; & ipse manum suam in craterem immittens, aqua faciem suam perfudit; tum ait:* [a] IMÒ CUM SOCIIS SUPERNIS.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

الاثنين فلما استاذنه ملك الموت وعنده جبرايل قال جبرايل يا محمد هذا ملك الموت يستاذن عليك ولم يستاذن علي ادمي قبلك ولا يستاذن بعدك قال ايذن له فدخل ملك الموت فوقف بين يديه صلعم فقال يا رسول الله يا احمد ان الله ارسلني اليك وامرني ان اطيعك في كل ما تامرني ان تامرني ان اقبض نفسك قبضتها وان امرتني ان اتركها تركتها قال تفعل يا ملك الموت قال بذلك امرت اطيعك في كل ما امرتني فقال جبرايل ان الله قد اشتاق اليك قال فامضي يا ملك الموت لما امرت به قال جبرايل يا رسول الله هذا اخر موطيي الارض انما كنت حاجتي من الدنيا فوجد النبي صلعم سكرة الموت *Ex iis, quæ durante morbo ejus acciderunt, illud fuit, quod per totos tres dies, qui mortem ejus præcesserunt,* Gabriel *legatus à Deo missus ad illum ultrò citroque ventitabat, dicens:* Quomodo te habes? *Idque factum fuit die Sabbati, feria prima, & feria secunda: Qua quidem feria secunda facta est Petitio licentiæ ab ipso per* Angelum Mortis. *Cùm ergò* Angelus Mortis *vellet ab eo licentiam petere, præsens ei aderat* Gabriel, *qui dixit:* O MOHAMMED, hìc præsto adest *Angelus Mortis*, à te veniam petens intrandi. A nullo mortalium ante te licentiam petiit, & à nullo post te eandem petiturus est. *Respondit:* Licentiam do illi. *Mox ingressus* Angelus Mortis *coràm Propheta … sic eum alloquutus est:* O APOSTOLE DEI, O AHMED, Deus misit me ad te, jussitque, ut in quacunque re, quam mihi imperares, obedirem. Si jubes, ut Animam tuam assumam, Ego illam assumpturus sum; sin jubes, ut dimittam, dimissurus sum. *Dixit* (Propheta;) Facito, O ANGELE MORTIS. *Cui ille:* Siquidem ita jubes, meum est tibi morem gerere, quidquid imperas. *Hìc* Gabriel, Profectò, *inquit*, Deus summo te desiderio concupiscit. *Tunc* (Propheta;) Vade age itaque, O Angele Mortis, id, quod imperavi, facito. *Dixit* Gabriel: O Apostole Dei, Hoc est ultimum vestigium meum, quo terram premo: Jam necesse est, ut ab hoc Mundo avolem. *Et statim Propheta … in agone mortis constitutus fuit.* De *Angelo Mortis*, qui huic officio præpositus est, ut hominum animas è corporibus tollat, mentio est in Al-Corano, Sur. 32. v. 12. يتوفيكم ملك الموت الذي وكل بكم ثم الي ربكم ترجعون *Defungi fato faciet vos* * ANGELUS MORTIS, *qui vobis præpositus est; tum ad Dominum vestrum reducemini.*

* De Angelo Mortis quid sentiant Judæi v. Lex. Talmud. Buxtorfii ad vocem לאך, & ad vocem מות col. 1181. & Synag. Jud. p. 435. & 436.

a *Imò cum Sociis.* Hanc Prophetæ balbutientis sententiam incompletam, ut pote ab homine moribundo, lingua oberrante, prolatam supplebit Traditio *Aïeshæ* alia, quam sic refert Albocharius: عن عايشة قالت كان رسول الله صلعم وهو صحيح يقول انه لم يقبض نبي قط حتي يري مقعده من الجنة ثم يخير فلما اشتكي وحضره القبض وراسه علي فخذي غشي عليه فلما افاق شخص بصره نحو سقف البيت ثم قال اللهم في الرفيق الاعلي فقلت اذا لا يجاورنا فعرفت انه حديثه الذي كان يحدثنا وهو صحيح *Ex* Aïesha: *Inquiebat illa:* Apostolus Dei … dum adhuc integra frueretur valetudine, sic loquebatur: *Nullus Propheta ex hoc mundo assumitur, quin prius illi ostendatur locus sessionis suæ in Paradiso; atque tunc optio ei datur,* (an eum eligat, an hunc Mundum.) Tum deinde quando morbo correptus fuit, & jam instaret momentum Assumptionis ejus, & caput suum haberet reclinatum in femore meo, subitò deliquium passus fuit: tum ad se paululùm reversus oculos suos tectum domûs versùs, palpebris immotis, defixos tenebat; & statim dixit: *O Deus, inter* SOCIOS SUPERNOS. Tunc dixi: *Siquidem jam non amplius inter nos vicinus conversatur, modò cognosco rem illam evenisse, quam nobis narrabat, dum integra adhuc gauderet valetudine.* Tum de optione illa sic loquitur eadem *Aïesha* inquiens: كنت اسمع انه لا يموت نبي حتي يخير بين الدنيا والاخرة فسمعت النبي صلعم يقول في مرضه الذي مات فيه واخذته بجة يقول مع الذين انعم الله عليهم الاية فظننت انه خير *Audieram illum aliquando dicentem:* Nullus Propheta moritur, quin prius ei optio detur eligendi vel hunc Mundum, vel sæculum futurum, (seu Vitam æternam.) *Postea verò dum eo morbo decumberet Propheta …, quo & mortuus est, & Ego illum apprehenso manûs carpo tenerem, audivi eum dicentem:* Cum illis quibus Gratiam suam largitus est Deus, &c. *Atque hoc momento putavi illum optionem fecisse* (Vitæ æternæ.) Verba *Al-Corani*, quæ tunc recitavit Mohammed extant Sur. 19. v. 56. Integer versiculus sic se habet: اوليك الذين انعم الله عليهم من النبيين من ذرية ادم وممن حملنا مع نوح ومن ذرية ابراهيم واسرايل وممن هدينا واجتبينا اذا تتلي عليهم ايات الرحمن خروا سجدا وبكيا *Hi sunt, quibus gratiam suam largitus est Deus ex Prophetis de generatione* Adami; *& ex iis, quos portavimus cum* Noacho (in Arca;) *& ex generatione* Ibrahimi, *&* Israelis; *& ex iis, quos direximus, & elegimus; cùm legerentur illis signa Miseratoris, procidebant adorantes, & flentes.* Verba hæc Prophetam ter recitasse observat eadem *Aïesha*, ac tandem sic concludit: سمعت النبي صلعم واصغت اليه قبل ان يموت مستند الي ظهره يقول اللهم اغفر لي وارحمني والحقني بالرفيق الاعلي *Audivi Prophetam …: tum cum illi famulatum præstarem, antequam moreretur, dorso suo resupinum, dicentem:* O Deus condona mihi, & miserere mei, & adjunge me cum SOCIIS SUPERNIS. *Atque tunc*, inquit Gjannabius, فتوفاه الله تعالي والحقه بالنبيين والصديقين والشهداء والصالحين وحسن اوليك رفيقا *Recepit Deus excelsus Spiritum ejus, adjunxitque illum cum Prophetis, & Justis, & Martyribus, & Beatis-confessoribus: Ille enim hos SOCIOS præoptaverat.* Inquit Al-Sohailius: وجدت في بعض كتب الواقدي

Anno ab O.C. five à Lapfu Adami, fecundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Chrifti 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Chrifti Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Inquit (eadem *Aiefba*:) *Poftquam affumptus eft, Ego caput ejus in cervicali ipfius repofui. Moxque confurgens* [a] *cum cæteris mulieribus pectus meum præ luctu contudi, atque etiam cum iifdem mulieribus faciem meam verberavi.*

قالت فلما قبض وضعت راسه علي وسادة وقمت التدم مع النساء واضرب وجهي مع النساء

Fuit Obitus Prophetæ ... Feria fecunda, qui erat dies duodecimus menfis *Rabî'i* prioris. Atque juxta hanc fententiam, dies obitus ejus incidit in diem natalem ejus, (nempe in Feriam fecundam.)

وكانت وفاته صلعم يوم الاثنين الاثني عشرة لليلة خلت من ربيع الاول فعلي هذه الرواية يكون يوم وفاته موافقا ليوم مولده

Poftquam autem mortuus eft Apoftolus Dei..., ab *Iflamifmo* defecit maxima pars *Arabum*, exceptis civibus *Medinæ*, *Meccæ*, & *Al-Tâiefi*, quos deficiendi libido non inceffit.

ولما مات رسول الله صلعم ارتد اكثر العرب الا اهل المدينة ومكة والطايف فانه لم يدخلها ردة

Erat porrò Apoftoli Dei ... *Meccæ* Præfectus *Otâb* filius *Ofaidi*, filii *Abu'l-Aïfi*, filii *Omaiæ*. Is audita morte Prophetæ ... fibi metuens abfcondit fe. Quare *Mecca* ingenti trepidatione commota fuit; jamque incolæ ejus ad defectionem proni erant. Tunc adftitit *Sohail Amrui* filius ad portam *Ca'abæ*, & *Koraifhitas* cæterofque ad fe clamitans convocavit. Qui ad eum undique frequentes convenere: Tum fic eos alloquutus eft: *O Meccenfes, vos poftremi Iflamifmum amplexi eftis; ne fitis primi, qui ab illo deficiatis. Per Deum! An Deus rem hujufmodi gratam habiturus eft? quemadmodum dixit Apoftolus Dei* ... Atque hac oratione *Meccenfes* à defectione prohibuit.

وكان عامل رسول الله صلعم علي مكة عتاب بن اسيد بن ابي العيص بن امية فاستخفي عتاب خوفا علي نفسه فارتجت مكة وكان اهلها يرتدون فقام سهيل بن عمرو علي باب الكعبة وصاح بقريش وغيرهم فاجتمعوا اليه فقال يا اهل مكة كنتم اخر من اسلم فلا تكونوا اول من ارتد والله ليتمن الله هذا الامر كما قال رسول الله صلعم فامتنع اهل مكة من الردة

Refert *Al-Kadhi*, (feu Judex,) *Shahabo'ddînus Abu'l-Dami* filius in fuo *Târich*, inquiens; *Et temerè confluxit turba ad Prophetam ..., ut illum contemplarentur, & clamitarunt*: Quomodo moreretur, cùm ipfe Teftis pro nobis fit (apud Deum?) Nequaquam, Per Deum! [b] Non mortuus eft, fed fublatus, quomodo fublatus eft Isa (Jefus.) *Exclamaverunt igitur præ foribus*:

وحكي القاضي شهاب الدين بن ابي الدم في تاريخه قال فاقتحم جماعة علي النبي صلعم ينظرون اليه وقالوا كيف يموت وهو شهيد علينا لا والله ما مات بل رفع كما رفع عيسي ونادوا علي الباب

ان اول كلمة تكلم بها رسول الله صلعم وهو مسترضع عند حليمة الله اكبر واخر كلمة تكلم بها بالرفيق الاعلى *Inveni alicubi in Libris* Al-Wâkedii, *primas voces, quas pronunciavit Apoftolus Dei ... quo tempore fcil. lactabatur apud* Halîmam (nutricem fuam;) *has fuiffe*: Allah Acbar, i. e. Deus Maximus; *noviffima autem verba, quæ emifit* (moriens,) *hæc fuiffe*: Cum Sociis Supernis.

a *Cum cæteris mulieribus*. Scil. uxoribus Prophetæ. Dum autem *Aiefba* cum reliquis mulieribus cariffimi conjugis mortem intra privatos parietes fœmineum in morem lamentatur, non minori luctu & ejulatu perfonuit univerfa civitas Medinenfis. En brevis quidem, fed pathetica tantæ confternationis defcriptio Auctore Al-Sohailio: لما توفي رسول الله صلعم وارتفعت الرنة عليه وسبحته الملايكة ودهش الناس وطاشت عقولهم وافحموا واختلطوا فمنهم من خبل ومنهم من اصمت ومنهم من اقعد الي الارض ولم يكن فيهم اثبت *Statim atque emifit Spiritum Apoftolus Dei ... illicò ingens clamor fublatus eft fuper illum: Dumque Angeli ovantes eum laudibus excipiebant, homines animo perculfi obftupefcebant. Tanto ftupore capti fuerunt intellectus eorum, ut, quafi mente conturbati, capita vertigine commota furfùm adtollerent. Alii, quafi dementes maniaco furore correpti ululabant: Alii alto filentio obmutefcebant: Plerique humi jacentes fe fe volutabant: Nemo ex eis certo loco confiftere poterat.*

b *Non mortuus eft*. Tumultum mirum in modum auxit Authoritate fua *Omar*, quamvis aliàs prudentia præditus, fed tunc zelo fuo abreptus, & falfa opinione præconcepta occupatus, fe in mediam turbam conjiciens, exclamare cœpit, referente eodem Sohailio: وكان عمر رضي الله عنه يصيح ويقول ما مات محمد نبي الله كما زعم المنافقون ولكنه ذهب الي ربه كما ذهب موسي بن عمران فقد غاب عن قومه اربعين ليلة ثم رجع اليهم وخوف الناس بقطع ايديهم وارجلهم ان قال لاحد انه مات ... *Non mortuus eft* Mohammed, Propheta Dei, *uti afferunt Increduli; verum abiit ad Dominum fuum, ficut abiit* Mûfa (Mofes) Amrâni *filius, qui abfuit à populo fuo quadraginta dies; deinde reverfus eft ad eos.* Quin & minatus eft fe manus & pedes abfcifsurum, fi quis dixerit illum effe mortuum.

Ne

لا يدفنوه فان رسول الله لم يمت فتربصوا به حتى ربي بطنه وخرج عمه العباس وقال والله الذي لا اله الا هو لقد ذاق رسول الله الموت

Ne sepelite eum; si quidem non est mortuus Apostolus Dei ... *Tamdiu autem servaverunt illum, ut intumuerit inflatus venter ejus. Quare prodiens patruus ejus* Al-Abbâs, *dixit eis*: Per Deum, præter quem non est Deus, certissimè Apostolus Dei ... [a] gustavit mortem.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6216. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

## CAP. LXIII.

ذكر دفن رسول الله صلعم

*Sepultura* Apostoli Dei ...

وقيل دفن رسول الله صلعم يوم الثلثا ثاني يوم موته وقيل ليلة الاربعا وهو الاصح وقيل بقي ثلاثا لم يدفن

Aiunt Apostolum Dei ... sepultum fuisse feria tertia, quæ fuit postridie mortis ejus: Alii dicunt [b] feria quarta, quod similius vero est. Nonnulli volunt toto triduo insepultum jacuisse.

a *Gustavit mortem.* Phrasis frequentissimè usurpata in Al-Corano, tam de morte ipsa, quam de pœnis & cruciatibus *Gehennæ*, quibus torquentur Impii. Et quidem de morte Sur. 3. v. 186. & 21. v. 36. كل نفس ذائقة الموت *Omnis anima gustatura est mortem.* De pœnis autem damnatorum v. Sur. 3. v. 182. & Sur. 8. v. 53. Sur. 54. v. 47. & alibi sæpissime. Quod porrò Mohammed morti obnoxius esset, & revera moriturus, expressa sunt verba Al-Corani Sur. 39. v. 30. انك ميت وانهم ميتون *Profectò tu* (O Mohammed) *moriturus es*; *& illi* (Idololatræ) *certè morituri sunt.* Et Sur. 21. v. 35. وما جعلنا في الارض لبشر من قبلك الخلد افان مت فهم الخالدون *Non posuimus in terra ulli homini ante te æternitatem: An ergò, si tu moriturus es, illi* (Infideles) *erunt æterni?* Sed is à quo lis potissimùm composita est, fuit Abu-Becr, qui opportunè interveniens, Authoritate sua, & argumentis tam à ratione, quam ex Al-Corano desumptis Mohammedem reverà mortuum esse demonstravit: Quod quomodo factum sit, ita narrat Al-Bocharius ex Traditione Aïeshæ: ان رسول الله صلعم مات وابو بكر بالسنح يعني بالعالية فقام عمر ويقول والله ما مات رسول الله فوالله ما كان يقع في نفسي الا ذاك وليبعثه الله فليقطعن ايدي رجال وارجلهم فجاء ابو بكر فكشف عن رسول الله صلعم فقبله وقال بابي انت وامي طبت حيا وميتا والذي نفسي بيده لا يذيقك الله الموتتين ابدا ثم خرج فقال ايها الحالف على رسلك فلما تكلم جلس عمر فحمد الله ابو بكر واثنى عليه وقال الا من كان يعبد محمد فان محمد قد مات ومن كان يعبد الله فان الله حي لا يموت وقال انك ميت وانهم ميتون وقال وما محمد الا رسول قد خلت من قبله الرسل فان مات او قتل انقلبتم على اعقابكم ومن ينقلب على عقبيه فلن يضر الله شيا وسيجزي الله الشاكرين فنشج الناس يبكون *Quo momento mortuus est Apostolus Dei ... tunc erat* Abu-Becr *in loco dicto* Al-Sonoh, *cujus significatio est*, superior pars (Medinæ.) *Interea adstitit Omar, dicens:* Nequaquam mortuus est Apostolus Dei ... Per Deum! haud aliter animo meo insidet: Ac proinde illum Deus iterum missurus est. Quare à me amputandæ sunt manus, pedesque illorum hominum (qui contra mutire ausuri sunt.) *Nec multo post superveniens* Abu-Becr, *corpus Apostoli Dei ... retexit, atque illud osculatus est; tum ait:* O tu, esto mihi loco patris mei, & matris meæ, (i.e. profectò,) suavissimum spiras odorem, ut vivus, sic pariter & mortuus. Per illum, in cujus manu est anima mea! Neutiquam Deus duplicem Mortem gustare te faciet in æternum. *Deinde in medium prodiens, ita pro concione loquutus est:* O tu quisquis tam vehementer dejeras, pro tuo commodo (i. e. cum bona tua venia, audi paulisper.) *Quæ verba statim atque effatus est*, Omar *consedit. Tunc* Abu-Becr *præmissa Deum laudandi, celebrandique formula, ita ratiocinium instituit*: Enimverò, si quis colat Mohammedem, certè mortuus est Mohammed: Quod si quis colat Deum, utique Deus vivit, morti non obnoxius. Atqui (Deus) dixit Al-Cor. Sur. 39. v. 30. *Profectò tu,* (O Mohammed,) *moriturus es*; *& illi* (Idololatræ) *certè morituri sunt.* Et ait Sur. 3. v. 144. *Et non est* Mohammed, *nisi* Apostolus: *Jam præcesserunt ante eum Apostoli: An ergò, si moriatur, aut * occidatur, convertemini super calcaneos vestros? Qui verò conversus fuerit super calcaneos suos,* (i. e. in Idololatriam relapsus fuerit,) *is non nocebit Deo quidquam*; *sed Deus remunerabit gratias agentes. Quibus auditis homines cum magnis singultibus fleverunt.* Sicque, ut viri cl. Pocockii verbis utar, Specim. Hist. Arab pag. 180. Abu-Becr *& Omarum, & turbam composuit*; *atque exinde ab omnibus pro concesso habitum est verè mortuum* Mohammedem. *Hinc tamen forsàn originem sumpsit ea quæ inter* Christianos *percrebuit fama, expectari à* Mohammedistis *Pseudoprophetæ sui reditum.*

* Hæc verba, teste *Gjelalo'ddino* ad hunc locum, demissa sunt occasione rumoris, qui sparsus fuerat, *Mohammedem* occisum fuisse in prælio *Ohodensi*, de quo v. supra p. 66.

b *Feria quarta.* Tamdiu procrastinarunt Prophetam sepelire, tum propter altercationem inter *Moslemos* exortam, an mortuus reverà esset necne, de qua diximus in Notis præcedentibus; tum propter Inaugurationem successoris ejus *Abu-Becri*, quæ quamvis eo die quo mortuus est Mohammed, facta sit, nihilominus tamen tot dissidiis & contentionibus circa illam diebus sequentibus digladiati sunt, ut totò hoc intervallo cadaver neglectum insepultum jacuerit. Qua de re sic loquitur Auctor Libri dicti *Asado'l-Gâbat*: وشغلوا بامر البيعة من دفن رسول صلعم حتى كان اخر الليل من ليلة الثلاثا مع الصبح *Propter negotium Inaugurationis* (Abu-Becri in Chalifam,) *Sepulturam Apostoli Dei ... usque ad finem tertiæ noctis, aurora jam appetente, distulerunt.* Porrò hujus Inaugurationis narrationem in Abu-Becri Chalifatûs initium, tanquam in proprium locum, postposuit Auctor noster. Interim legi possunt quæ de illa accuratè scripsit vir doctus Simon Ockleius initio Historiæ suæ *de Expugnatione Syriæ*, &c. per *Saracenos*; ubi pag. 9. se etiam inter alios Auctores Abu'l-Fedam nostrum consuluisse ostendit.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegjræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

[a] Qui curarunt ablutionem ejus, erant *Alî Abu-Tâlebi* filius, & *Al-Abbâs* cum duobus filiis ejus *Al-Fadhlo*, & *Kothamo*; necnon *Osâma Zaïdi* filius, & *Shokrân* Apostoli Dei . . . servus. *Al-Abbâs*, & duo filii ejus versabant illum: *Osâma Zaïdi* filius, & *Shokrân* aquam fundebant. *Alî* autem abluebat eum adhuc Camisia sua indutum. Dixit porrò *Ali*: *O tu, esto mihi loco patris mei, & matris meæ*, (i.e. Profectò,) *suavissimum spiras* [b] *odorem, ut vivus ita & mortuus.* [c] Neque vidit id quod videri potest ex homine mortuo.

وكان الذي تولي غسله علي بن
ابي طالب والعباس والفضل وقثم ابنا
العباس واسامة بن زيد وشقران
مولي رسول الله صلعم فكان
العباس وابناه يقلبون واسامة بن
زيد وشقران يصبان الماء وعلي
يغسله وعليه قميصه وهو يقول بابي
انت وامي طبت حيا وميتا ولم ير
منه ما يري من ميت

Involutus fuit Propheta . . . tribus vestibus, quarum duæ erant albæ; tertia autem fuit toga striata *Yemenica.* [d] His iudutus fuit una

وكفن صلعم في ثلاثة اثواب
ثوبين صحاريين وبرد حبرة

a *Qui curarunt.* Exequiis funebribus curandis præfuit Al-Abbâs Prophetæ Patruus. Harum apparatum & pompam sic describit Auctor Libri dicti *Al-Ectefa*: ولما فرغ الناس من بيعة ابي بكر الصديق
وجمعهم الله عليه وصرف عنهم كيد الشيطان اقبلوا علي تجهيز نبيهم صلعم والاشتغال
به فلما ارادوا غسله ضرب العباس كلة له من ثياب صفاق فدعي عليا وابناه الفضل
وقثم وابا سفيان بن الحارث وحبه صلعم اسامة بن زيد ومولاه شقران فدخلوا الكلة
وساير بنو هاشم قعدوا بين الحيطان والكلة ونادي من وراء الباب اوس بن خولي
الانصاري والخزرجي وكان بدريا يا عليا ناشدتك بالله يا حظنا من رسول الله صلعم
فقال له علي ادخل فدخل فحضر غسل النبي صلعم ولم يل من غسل به شيا فقيل بل
كان يحمل الماء فغسلوه وعليه قميصه ومجولة مفتوح الشق بالماء القراح وطيبوه
بالكافور ثم اعتصروا قميصه ومجولة وحنطوا مساجده ومفاصله ووضوا منه وجهه وذراعيه
وكفيه *Postquam tandem finita fuit Inauguratio* Abu-Becri Al-Seddik, (i.e. Testis fidelis,) *Deus enim ad illum omnes homines congregaverat, & ab eis dolos, ac insidias* Satanæ *averterat; cœperunt sui PROPHETÆ . . . exequias funebres apparare, iisque sedulò operam navare. Cùm ergò vellent eum abluere,* Al-Abbâs, *erecto prius* Tabernaculo *ex vestibus panni grossioris materiæ contextis, intus vocavit* Alîm, *& duos filios suos* Al-Fadhlum *&* Kothamum, *necnon* Abu-Sofiânum Al-Hârethi *filium, tum etiam amicum Prophetæ . . . intimum* Osâmam Zaïdi *filium, & servum ejus* Shokrânum. *Hi omnes in* Tabernaculum *introgressi sunt: Cæteri autem filii* Hâshemi *in spatio, quod erat parietes inter &* Tabernaculum *circunquaque consederunt. Tunc* Aws Chawlæ *filius* Al-Ansarius, *idemque* Chazregjita, *circumeundo exclamavit:* O Ali, Obtestor te per Deum! O linea prosapiæ ab Apostolo Dei . . . (Ingredi me sinito.) *Respondit* Ali: Ingredere. *Intravit igitur, & præsens adfuit ablutioni Prophetæ . . .; sed nihil quidquam ei abluendo administravit. Aiunt tamen ipsum aquam porrexisse. Abluerunt itaque PROPHETAM . . . aqua limpidissima, eumque Camisia sua, & Interula scissura antrorsùm aperta indutum. Deinde* Camphora *illum condiverunt. Tum Camisiam & Interulam aqua probè expressa desiccarunt. Denique septem ejus membra, quæ in* [illegible]*, seu* Adoratione, *applicantur terræ, aromatibus delinierunt: Ac tandem faciem ejus, & brachia, & volas manuum, plantasque pedum sacra lotione dicta* Wodhû *abluerunt.*

b *Odorem.* Erat odor Moschi, (vulgò Musc,) teste *Omm Salama*, una ex Prophetæ uxoribus, quæ referente Yûnaso in Libro *Al-Sairat*, sic loquitur: وضعت يدي علي صدر رسول الله صلعم فهو ميت فمرت علي جمع لا اكل ولا اتوضا الا وجدت ريح المسك من يدي *Ego manum meam pectori Apostoli Dei . . . postquam mortuus est, apposui: Quamvis autem per integram septimanam, neque cibum sumpsissem, neque me lotione sacra abluissem, nihilominus tamen manum meam odore* Moschi *fragrantem deprehendi.* Quod porrò vivus benè oleret infra videbimus.

c *Neque vidit.* Scilicet عورة *Nuditatem* Prophetæ: Nam in Libro *Splendorum* ex Authenticis Traditionibus habetur, ان عليا والفضل لما انتهيا في الغسل الي اسفله سمعوا مناديا لا تكشفوا
عورة نبيكم عليه السلام قال ابو الربيع وروي عن علي رضي الله عنه قال لقد سمعنا
همهمة ولم نري شخصا فسمعنا هاتفا يقول ادخلوا ارحمكم الله فصلوا علي نبيكم
Alîm, & Al-Fadhlum, *cùm jam devenissent ad abluendas partes inferiores* (corporis) *ejus, audivisse quemdam clamantem:* Ne discooperiatis Pudenda Prophetæ vestri, super quem Pax. *Inquit* Abu'l-Rabî': Traditio est *Alîm*, cui Deus sit propitius, dixisse: *Audivimus quidem susurrum vocis; sed Personam non vidimus: Audivimus etiam vociferantem, qui diceret:* Ingredimini, Deus vestri misereatur, & Precamini pro Propheta vestro. Quare, ut observat Auctor Libri dicti *Al-Ectefâ*, واعينهم معصوبة من وراء الستر لحديث علي رضي الله عنه لا يغسلني الا انت فانه لا يري احد عورتي الا طمست عيناه *Oculi eorum,* (qui abluerunt corpus ejus,) *erant vitta retrò revincti; juxta Traditionem ab* Alî, *cui Deus sit propitius, acceptam, qua aiebat Prophetam sibi dixisse:* Nemo præter te me abluat: Quisquis autem pudenda mea viderit, illicò oculi ejus occæcabuntur. Quamvis autem illa non viderit *Alî*, attamen eorumdem situm optimè deprehendit; nam referente Auctore Libri *Splendorum*, في رواية ان عليا رضي الله عنه ذوب وهو يغسله ان ارفع طرفك الي السماء *In Authenticis Traditionibus habetur,* Alîm, *cui Deus sit propitius, dum corpus ejus ablueret, exclamasse:* (O Propheta,) certè Penis tuus cœlum versùs erectus est!

d *His indutus fuit.* Alii alias vestes, & involucra enumerant, eorumque formas accuratè describunt; sed ea quæ retulit Auctor noster ex Ebn-Ishako, videntur probabiliora. Deinde addit idem Ebn-Ishak:

super

ادرج فيها ادراجا وصلوا عليه
ودفن تحت فراشه الذي مات
عليه وحفر له ابو طلحة الانصاري
ونزل في قبره علي بن ابي طالب
والفضل وقثم ابنا العباس

super altera gradatim posita. Denique [a] Precati sunt pro illo.

Et sepultus fuit [b] sub lecto suo, in quo mortuus est. Tumulum ei effodit *Abu-Talha Al-Ansarius.* Descenderunt in Sepulchrum ejus *Alî Abu-Tâlebi* filius; & *Al-Fadhl*, & *Kotham* duo *Al-Abbâsi* filii.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

وجمروه عودا وندا ثم احتملوه حتى وضعوه على سريره *Et circuminjecerunt ei ligna-odorifera, & medicamentum ex* Ambaro, Moscho, *&* Agallocho *confectum. Quibus ita peractis, elatum cadaver Feretro suo imposuerunt.*

a *Precati sunt pro eo.* Hoc fuit maximum & supremum officium, quo Prophetæ mortuo parentati sunt. Traditio est ex *Ebn-Omar*, seu *Abdo'llaho* Omari filio, انه صلي عليه اثنين وسبعون صلاة *recitatas super illum Precationes septuaginta duas.* A quibus autem & quomodo, quove ordine peractæ sunt, discimus ex Al-Sohailio his verbis: ذكر ابن اسحق وغيره ان المسلمين صلوا على النبي صلعم افذاذا لا يومهم احد كما جات طايفة صلت عليه وهذا خصوص به ولا يكون هذا الفعل الا عن توقيف وكذلك روي انه اوصي بذلك في حديث طويل اسنده الطبري ذكر فيه انه حين جمع اهله في بيت عايشة رضي الله عنها انهم قالوا فمن يصلي عليك يا رسول الله فقال مهلا غفر الله لكم وجزاكم عن نبيكم خيرا فبكينا وبكي صلعم فقال اذا غسلتموني وكفنتموني فضعوني على سرير في بيتي هذا على شفير قبري ثم اخرجوا ساعة فان اول من يصلي علي جليسي وخليلي جبرايل ثم ميكايل ثم اسرافيل ثم ملك الموت مع جنوده ثم الملايكة باجمعها ثم ادخلوا علي فوجا فوجا فصلوا علي وسلموا تسليما ولا تونوني بتشكية ولا ضجة ولا رنة وليبدا بالصلات علي رجال بيتي ثم نساءهم وانتم اقروا انفسكم السلام مني ومن غاب من اصحابي فاقروه مني السلام فاني اشهدكم اني قد سلمت على من بايعني على ديني من اليوم الي القيامة قلنا فمن يدخلك قبرك يا نبي الله قال اهلي اهلي مع ملايكة كثيرة يرونكم لا ترونهم *Auctor est* Ebn-Ishak, *aliique idem referunt*, Moslemos *Precatos fuisse pro* PROPHETA : .. *idque singulos seorsim, tantoque ordine, ut non opus fuerit, ut quis quid cuique faciendum erat, præciperet, quemadmodum vulgò fieri necesse est, cùm promiscua turba pro illo Precatur : Atque hoc fuit singulare ejus Privilegium : Neque hæc actio* (Precandi pro Apostolo Dei,) *facta fuit, nisi ex verbi divini expressa* * *declaratione. Tum etiam ipsum* (Prophetam) *ita fieri præcepisse, habetur in prolixiori Traditione, quam allegat* Al-Tabarius : *Ibi enim narratur, quo tempore congregata esset Familia ejus in domo* Aieshæ, *illos sic eum interrogasse* : Quis porrò Precaturus est pro te, O APOSTOLE DEI? *Respondit* : Imò verò, Deus vobis condonet peccata vestra, vobisque bonum impertiatur cum PROPHETA vestro. *Ibi*, (inquit Auctor Narrationis,) *flevimus, flevitque ipse Propheta. Deinde ita loquutus est* : Quando me ablueritis, & sepelieritis, tum me feretro imposueritis in domo hac mea, juxta sepulchri mei marginem, ibi me relinquentes, eo momento foras egredimini : Primus enim, qui pro me Precaturus est, erit familiaris meus, & amicus intimus GABRIEL, deinde MICHAEL, tum ASRAFEL; post hos ANGELUS MORTIS cum Legionibus suis; ac cæteri ANGELI cum turmis suis. Vos porrò catervatim rursùs ingredimini, & precamini pro me, & formulam Pacem apprecandi recitate : Ne verò mihi molestiam creetis ulla querela, aut vociferatione, & planctu. Incipiant autem Precationem pro me fundere viri domûs meæ, De cætero, quoad vos, quotquot hic præsentes adestis, pacem vobis apprecor : Quoad illos autem è comitibus meis, qui absunt, ut illis nomine meo Pacem apprecemini, rogo vos. Ego denique vos testes appello, me etiam Pacem apprecari omnibus, qui post hac venturi sunt, qui scilicet ad meam Religionem convertendi sunt, ab hoc die usque ad Resurrectionem. *Diximus* : Et quisnam ingressurus est ad Te in Sepulchrum tuum, O PROPHETA DEI? *Respondit* : Familia mea, simul cum Angelis innumeris, qui visuri sunt vos, quosque vos minimè visuri estis.

* De qua vide Al-Coran. Sur. 33. v. 53

b *Sub lecto suo.* Circa locum sepulturæ ejus ingens controversia orta fuit, quam sic narrat Abu'l-Faragjius : ولما توفي اراد اهل مكة من المهاجرين رده اليها لانها مسقط راسه واراد اهل المدينة من الانصار دفنه بالمدينة لانها دار هجرته ومدار نصرته وارادت جماعة نقله الي بيت المقدس لانه موضع دفن الانبياء ثم اتفقوا على دفنه بالمدينة فدفنوه بحجرته حيث قبض *Cumque mortuus esset, voluerunt* Meccenses *è* Mohagjeriis, (i. e. Fugæ comitibus,) Meccam *eum reportari, quòd esset solum natale ejus; at* Medinenses ex Ansariis, (i. e. Adjutoribus,) Medinæ *eum sepeliri contendebant, quòd esset receptaculum fugæ ejus, & asylum auxilii ejus. Voluerunt demùm plerique eum ad* Domum sanctam (Jerusalem) *transferri, eo quod esset locus sepulturæ* Prophetarum. *At in hoc tandem convenerunt, ut* Medinæ *sepeliretur, ubi eum mansiuncula sua humarunt, eodem quo assumptus est loco.* Ubi vir cl. Pocockius in Notis Specim. Hist. Arab. pag. 180. *Mansiuncula, seu cubiculo suo*, inquit, *vel ut* Ahmed Ebn-Joseph, في حجرة عايشة تحت فراشه الذي مات فيه In cubiculo *Aïeshæ* sub lecto suo, in quo mortuus est. Hanc controversiam innuit etiam Gjannabius, aitque item istam *Abu-Becri* etiam prudentia compositam fuisse : ثم حفروا في منزله تحت فراشه لحديث ابي بكر لم يقبر نبي الا حيث يموت بعد ان اختلف في موضع قبره *Deinde foderunt terram in hospitio ejus sub lecto ipsius, juxta dictum, quod* Abu-Becr *à* PROPHETA *audiisse se testatus est* : Non sepeliendus Propheta nisi eodem quo mortuus est loco. *Atque id postquam mota esset controversia de loco sepulturæ ejus.* Idem vir cl. Pocockius ibid. nostrorum hominum de sepulchro Mohammedis ignorantiam meritò perstringit his verbis : *Unde igitur nobis* Mohammedes *cistæ ferreæ inclusus, & magnetum vi in aere pendulus? Hæc cùm* Mohammedistis *recitantur, risu exploduntur, u nostrorum, in ipsorum rebus, inscitiæ argumentum.*

## CAP. LXIV.

### *De* Ætate *ejus.* — ذكر عمره

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29 Martii, feria 1.

DE summa annorum vitæ ejus controvertitur: Vulgatior sententia est illum vixisse annos sexaginta tres. Alii dicunt 65. alii 60. Sic autem summa colligitur: Missionem Propheticam accepit annos natus 40. *Meccæ* substitit vocans homines ad *Islamismum* annos 13. & quod excurrit. *Medinæ* moratus est post *Hegjram* (sive Fugam) annos fermè decem. Sunt ergò anni 63. cum fractionibus, (i. e. mensibus, & diebus excurrentibus.) Jam autem hujus computi mentio antea facta est, & quidem secundùm veritatem, ubi de* *Hegjra*, sive *Fuga* egimus.

واختلف في مدة عمره والمشهور
انه ثلاث وستون سنة وقيل خمس
وستون وقيل ستون سنة والاختيار
انه بعث لاربعين سنة واقام بمكة
يدعو الى الاسلام ثلاث عشرة سنة
وكسرا واقام بالمدينة بعد الهجرة
قريب عشر سنين فذلك ثلاث
وستون سنة وكسور وقد مضى ذكره
وتحقيقه عند ذكر الهجرة

* Vide supra p. 45. & seqq.

## CAP. LXV.

### *De* Forma corporis *ejus.* — ذكر صفته

FOrmam ejus [a] descripsit *Alî*, cui Deus sit propitius, his verbis: *Fuit* PROPHETA...

وصفه علي بن ابي طالب رضي
الله عنه فقال كان النبي صلعم

a *Descripsit* Alî. Neque à solo *Alî* descripta fuit forma Mohammedis, sed etiam ab omnibus ferè contemporaneis ejus, sub quorum singulis nominibus extant Traditiones Authenticæ; ut patet ex verbis Abu-Zeid Seid Auctoris Libri *Splendorum*: اما الصورة وجمالها وتناسب اعضائه عليه الصلات والسلام في حسنها فقد جات اثار الصحيحة والمشهورة الكثيرة بذلك من حديث علي وانس وابي هريرة والبراء ابن عازب وعايشة وابن ابي هالة وابي جحيفة وجابر بن سمرة وابن عباس ... وغيرهم رضي الله عنهم *Quoad formam, & pulchritudinem, & elegantem corporis ejus structuram, & membrorum compagem, aptamque convenientiam, luculentæ & exquisitissimæ extant Traditiones, eæque quàm plurimæ circumferuntur, prout narratæ sunt ab* Alî, Anaso, Abu-Horaira, Al-Barào Gâzebi *filio*, Aïesha, Ebn-Abu-Hâla, Abu-Gjohaifa, Gjâbero Somræ *filio*, Ebn-Abbâso, &c. *Quibus Deus sit propitius.* Hos inter eminet ALI ipsius MOHAMMEDIS gener, à quo brevem satis ac jejunam descriptionem mutuatus est Abu'l-Feda noster: Sed eadem, aut alia plenior habetur in Libris روايه i. e. *Traditionum*, ex quibus nonnulla delibabimus: قال علي كرم الله وجهه لم يكن بالطويل الممغط ولا بالقصير المتردد كان ربعة من القوم ومع ذلك كان اذا مشي مع الطويل طاله واذا جلس يكون كتفه اعلي من جميع الجالسين وكان فخما مفخما يتلالا وجهه تلالا القمر ليلة البدر ازهر اللون كان الشمس تجري في وجهه ابيض مشربا بياضه بحمرة عظيم الهامة وكان وجهه مثل الشمس والقمر مستديرا سهل الخدين واسع الجبين ازج الحواجب سوابغ من غير قرن *Inquit* Alî, *cujus faciem Deus honoret:* Non fuit (Propheta) inter proceros immodicæ altitudinis, neque inter breves tantillæ exiguitatis. Erat quadrata, seu mediocri statura præ reliquo populo: Nihilominus tamen, quando ambulabat cum aliquo homine procero, ipsum proceritate superabat; & quando sedens erat, omnibus simul sedentibus humero altior eminebat: Erat corpulentus, mole amplus: Facies ejus refulgebat fulgore Lunæ noctu plenæ: Color ejus adeò vividus, ac si Sol in vultu ejus resideret: Cutis illi erat candidissima, albedine cum rubore mixta: Ingens fuit cervice; & vultus ejus instar Solis ac Lunæ quaquaversùm irradians: Molles & æquabiles ambæ genæ: Extremum frontis latus supra tempora prominens exporrectum: Supercilia habuit protracta, & tenuia, juncturis mollibus convenientia, non tamen omnino commissa. In iisdem Traditionibus additur: ابلج بينهما عرق يدره الغضب اكحل *Inter utrumque supercilium emicabat vena, cujus vehementior pulsus erat iræ indicium.* Oculos ejus sic depingunt Traditiones: عظيم العينين ادعج مشرب العينين حمرة اهدب الاشفار كان يري من خلفه كما يري من امامه وكان بين كتفيه عينان مثل سم الخياط يبصر بهما ولا تحجبهما الثياب خافض الطرف نظره الي الارض اطول من نظره الي السماء جل نظره وكان تنام عيناه ولا ينام قلبه انتظارا للوحي واذا نام نفخ ولا يغط *Magnos habuit oculos eosque nigricantes, & rubedine quadam mixtos: Longa erant cilia palpebrarum. Videbat retrorsùm post se, quemadmodum antrorsùm ante se: Scilicet inter scapulas ejus erant ocelli duo instar foraminum acûs, quorum ope cernebat; neque eorum vim obturabant vestimenta. Ita aciem visûs in terram intendebat, ut simul non cessaret cœlum intueri: Aspectus ejus erat nobilis. Dormiebant oculi ejus, sed non dormiebat cor ejus; quippe quod semper intentum esset Revelationi divinæ. Inter dormiendum levem halitum efflabat, nusquam ronchos emittens.* Pergunt Traditiones, cæteras corporis partes describendo: اشم ضليع الفم مفلج الاسنان اشنب اذا افتر ضاحكا افتر عن مثل حب الغمام او مثل سنا البرق جل نحكه التبسم شمر عظيم الاسنان *Naso erat aquilino, amplo diductóque ore, dissitos habens dentes duales: Dentium nitore, instar serræ acumina-*

neque

ليس بالطويل ولا بالقصير ضخم الراس
كث اللحية شثن الكفين والقدمين
ضخم الكراديس مشربا ووجهه حمرة
وقيل كان ادعج العين سبط الشعر
سهل الخدين كان عنقه ابريق فضة

وقال انس لم يشنه الله بالشيب
كان في مقدم لحيته عشرون بيضاء
وفي مفرق شعرات بيض

وروي انه كان يختضب بالحنا
والكتم وكان بين كتفيه خاتم
النبوة وهو بضعة ناشزة حولها شعر
مثل بيضة الحمامة تشبه جسده وقيل
كان لونه احمر

قال القاضي شهاب الدين بن
ابي الدم في تاريخه المظفري
وكان ابو رمثة طبيبا في الجاهلية
فقال يا رسول الله اني اداوي
فدعني اطب ما بكتفك فقال
يداويها الذي خلقها

*neque proceriori, neque breviori statura, amplo capite, densa barba; crassis asperisque volis manuum, & plantis pedum, crassis solidisque ossibus; vultu rubore mixto. Dicitur etiam fuisse nigris oculis, plano fluenteque capillitio, mollibus & æquabilibus maxillis. Collum ejus erat instar Gutturnii argentei.*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedi 63. Æræ Christi Vulg 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Inquit *Anas*: [a] *Non affudit ei Deus Canitiem: Erant tamen in anteriore barba ejus viginti pili albi,* *& in vertice sincipitis aliquot capilli albescentes.*

Traditio est, illum tinxisse se [b] *Al-Hena*, sive *Cypro*, & herba dicta *Al-Catam*. Erat inter humeros ejus SIGILLUM PROPHETIÆ: Illudque erat frustum carnis protuberans, pilis circumdatum, instar ovi columbini, ejusdem similitudinis cum reliquo corpore. Alii dicunt colorem ejus fuisse rubicundum.

Inquit *Al-Kâdhi Shahabo'ddinus Abu'l-Dami* filius in suo *Tarich*, seu Historia dicta *Al-Modhafferi*: Erat quidam *Abu-Rothama* medicus adhuc in Ignorantia, (sive Idololatriæ addictus,) dixitque: *O Apostole Dei, Ego curabo; sinito me, ut remedium applicem plagæ isti, quam habes in humero tuo.* Respondit: [c] *Ipse curabit, qui illam creavit.*

*torum, & pulchro ordine conspicuus: Quando ridendo nudabat dentes, illos instar baccarum grandinis, seu splendore fulguris renitentes aperiebat. Risus ejus erat majestate plenus: Subridendo jucundè colligebat labia.* Tradit Abu-Naim: ريقه يعذب الماء الملح Sputum ejus erat suave, & sapidum instar aquæ sale conditæ: Quare ut supra vidimus pag. 85. Salivam ejus ab eo exscreatam socii ejus promptè deglutiebant: Quinetiam Auctore Al-Baickio, ويجزي الرضيع *Infanti sugenti pro lacte sufficere poterat.* In Traditionibus Ali: على شفته السفلى خال *In labio ejus inferiore erat Nævus, seu Cirrus rotundus ac niger* (pulchritudini gratiam addens.) Ibidem, عظيم الجمة الى شحمة اذنه له شعر يضرب منكبيه *Plurima cæsaries cum cincinnis lobos auricularum adornabat; & capilli defluentes humeros ejus leniter percutiebant.* *Collum ejus*, inquit *Aiâdh Abu-Hâlæ* filius, كان عنقه جيد دمية او ابريق فضة في صفاء الفضة معتدل الخلق بادنا متماسك البدن *Erat instar cervicis statuæ marmoreæ, seu eburneæ, vel* (tornatum in morem) *Gutturnii argentei in Urna argentea; æquabili proportione temperatum, pingue; corpori aptè cohærens.* Quoad reliquum corpus hæc habent Traditiones variorum: وكان ضخم الصدر سواء البطن والصدر عظيم الصدر بعيد ما بين المنكبين ضخم العظام بين كتفيه خاتم النبوة مثل زر الحجلة هكذا في البخاري وكان عبل العضدين والذراعين والاسافل انور المتجرد اجرد مسربته موصول له بين اللبة والسرة بشعر يجري كالخط او كالقضيب ولم يكن في صدره ولا في بطنه شعر غيرها اشعر الذراعين والمنكبين واعالي الصدر *Erat carne compactus, excepto ventre & pectore. Latus amplusque pectore, ea parte, quæ inter scapulas porrigitur. Ossa habuit firma & solida. Inter humeros ejus impressum erat* Sigillum Prophetiæ *instar nodi, seu fibulæ cortinæ, uti auctor est* Al-Bocharius. *Erat crassis carnosisque lacertis & brachiis, atque etiam inferioribus (membris.) Florens nitensque nudatus vestibus, glaber cute: Nativa sua forma pulcherrimus ea parte, quæ à jugulo usque ad umbilicum protenditur, cum pilorum ductu, qui medius excurrebat instar lineæ, seu virgulæ tenuissimæ: Neque in pectore, aut ventre ejus alii extabant pili præter istam lineolam; sed villosis admodùm fuit brachiis, & spatulis, & superiore pectoris parte,* &c. Atque hæc pauca è multis, ad illustrandum Auctoris nostri Textum de Forma, habituque corporis Prophetæ, sufficiant. Uno verbo, pronunciavit *Abu-Horaira*: ما رايت احسن من رسول الله صلعم *Nunquam vidi hominem Apostolo Dei . . . pulchriorem.*

a *Non affudit Deus Canitiem.* Ita Al-Bocharius, qui ex Traditione addit: ما تشاب نبي قط لان ذلك انما هو من الشيطان *Nusquam incanuit ullus PROPHETA: Nam Canities inducitur à Satana.* Et teste Ali, وليس في راسه ولحيته حين توفي عشرون شعرة بيضاء في شمط مقدم راسه ولحيته *Quo tempore mortuus est, non erant tam in capite ejus, quam in barba viginti pili albi: Jamque tunc vertex capitis ejus anterior, & barba albo nigroque commisceri paululùm incipiebant.*

b *Al-Hena.* Est genus herbæ, *Hispanis* etiam sic dictæ, ut & corruptè *Al-Fena*, Lat. *Cyprus*, scil. Orientis, differens ab *Italorum Lygustro*. Hac herba, seu pulvere ejus, tinguntur crines, & barba, admisto succo spissato foliorum وسمه *Glasti*, seu potius *Anni!*, qui aliàs dicitur *Indicus*, vulgò *Indigo*, quo tingitur lana, & inficitur cutis rubicundo colore; quod de *Glasto* ait Plin. lib. 20. & Jul. Cæsar lib. 5. *de bello Gall.* Tali tinctura adhucdum delectantur *Arabes* præcipuè Scenitæ & campestres, ornatûs sui gratia. *Catam* autem est etiam Herbæ species, quæ *Glasto*, & *Cypro* mixta capillorum tincturæ inservit.

c *Ipse curabit.* Et reverà observatum fuit, mortuo Propheta, hoc SIGILLUM, insigne PROPHETIÆ ejus ar

# CAP. LXVI.

## *De* [a] Natura, *seu* Indole *ejus.* ذكر خلقه

Anno ab O.C. *sive* à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegjræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

FUit Propheta ... cæteris hominibus Intellectu præponderans; Ratione præcellentissimus; Memoria plurimùm pollens; Loquacitatis parcissimus; semper hilari vultu;

كان صلعم ارجح الناس عقلا وافضلهم رايا يكثر الذكر ويقل اللغو دايم البشر مطيل الصمت

gumentum omninò deletum, ac sublatum fuisse, ne ullo quidem ejus relicto vestigio; sic enim habet Auctor Libri *Haiwat Al-Haiwân* ex Al-Wâkedio, qui ex Traditione seniorum se habere affirmat, *Moslemos* dixisse: ما شك في موت النبي صلعم ووضعت اسماء بنت عميس يدها بين كتفيه وقالت توفي رسول الله صلعم قد رفع الخاتم من بين كتفيه وكان هذا الذي عرف به موت النبي صلعم *Jam nullus superest de morte* PROPHETÆ ... *dubitandi locus: Nam* Asmâ Omaisi *filia, cùm manum suam inter humeros ejus apposuerit, modo exclamavit*: Spiritum emisit APOSTOLUS DEI ... sublatum est enim sigillum, quod erat inter humeros ejus. *Atque hoc est imprimis indicium, quod* PROPHETÆ ... *mortem certiorem reddit.*

a *Natura.* Ut in Forma habituque corporis Prophetæ describendis, concisus fuit Auctor noster, sic in Qualitatibus, & Dotibus animi, quibus ornatus fuit, tam naturalibus, quam moralibus repræsentandis nonnihil parcius loquitur; quare ut hunc defectum quodammodo suppleamus, summa virtutum ejus capita ex Traditionibus Authenticis, pro rei momento, delibabimus. Et quidem in genere observant *Moslemorum* Theologi, quod *Mohammed*: كان مجبولا علي الاخلاق الحميدة والاداب الشريفة من اصل خلقته وبدا فطرته بجود بخصوصية ربانية ومن غير كسب ولا رياضة وكذلك ساير الانبيا *Erat Natura & Indole laudatissima, & moribus præstantissimis informatus ab ipso creationis suæ primordio. Enimverò initium formationis ejus modusque constitit in bonitate singulari, & virtute peculiari ipsi innata, non acquisita, aut exercitio comparata. Atque eodem modo se habuerunt cæteri Prophetæ* Quæ quidem de Intellectu, Ratione, Memoria, aliisque facultatibus animæ, de quibus Abu'l-Feda initio hujus Capitis mentionem facit, accipienda sunt. Nonnihil morosus est *Marraccius* in vita Mohammedis pag. 31. col. 2. & ægre fert Mohammedem tot laudibus à suis commendari, ac proinde illas silentio prætermittit; atque, *Quidquid in laudem ejus jactant* Encomiastæ, *dum de virtutibus loquuntur, destrui ab eo quod in vita ejus enarrant.* Cujus rei multa affert exempla, sed nos, non quæ vera esse credimus, sed quæ ab illis creduntur, historicè referimus, nihil veriti, ne quid inde res Christiana detrimenti capiat. Annon *Confucius*, *Zoroastres*, *Numa Pompilius*, *Lycurgus*, aliique Ethnici Legislatores, virtutibus claruisse perhibentur? nunquid propterea id quod circa cultum Idololatricum sanciverunt, pro vera Religione habendum iri persuadebimur? Virtutes Prophetæ morales sic describit *Abu-Horaïra* apud *Al-Termedium*: كان رسول الله صلعم يبدر من لقيه بالسلام وكان متواصل الاحزان دايم الفكرة ليست له راحة ولا يتكلم في غير حاجة طويل السكوت يتكلم بجوامع الكلم فصلا لا فضول فيه ولا تقصير ليس بالجافي ولا المهين يعظم النعمة وان دقت لا يذم منها شيا لم يكن يذم ذواقا ولم يمدحه ولا تغضبه الدنيا ولا ما كان لها ولا يقام لغضبه اذا تعرض للحق بشيء حتي ينتصر له ولا يغضب لنفسه ولا ينتصر لها اذا اشار اشار بكفه كلها واذا تعجب قلبها فاذا تحدث اتصل بها وضرب بابهامه اليمني راحته اليسري فاذا غضب اعرض واشاح واذا فرح غض طرفه *Apostolus Dei ... comiter præveniebat eum, qui ad se salutandum occurrebat. Cum iis, qui tristitia afflicti erant, benignè conversabatur. Piis ac seriis cogitationibus semper, atque indefesso exercitio intentus erat. Nunquam loquebatur absque necessitate, diu silentium servabat. In publicis conventibus concionabatur sermone gravi, & elegante, non redundante, neque nimium conciso. Nusquam injusti & perduellis partes tuebatur. Beneficium sibi collatum, quantumvis tenue, magni faciebat, nihil quicquam ejus aspernatus. Quidquid gustandum sibi propinaretur, neque vituperabat, neque laudabat. Mundus, & quidquid ad eum pertinet, illum ad iram minimè provocabat. Non tenebat iram suam, si quis aliqua in re veritati obsisteret, donec ab eo vindictam sumpsisset; non tamen in personam ejus irascebatur, neque ab ipsa vindictam sumebat. Quando persuadere volebat, id solebat facere tota vola manûs expansa; si quid miraretur, eandem sursûm horsûm versabat: Rem aliquam narrando, utraque vola manuum complicata, pollice dextro sinistrum quiescentem percutiebat. Si quando irasceretur, statim reprimebat se, & sibi cavebat: Quando lætabatur, visum demittebat.* Inquiebat Alî: كان رسول الله صلعم اوسع الناس واصدق الناس لهجة واوفاهم ذمة والينهم عريكة واكرمهم عشيرة *Erat Apostolus Dei ... hominum commodissimus, veracissimus lingua, fidei datæ observantissimus, citra superbiam lenissimus, conversatione honoratissimus.* Liberalitatem ejus sic commendat Auctor Libri *Splendorum*: واما الجود والكرم والسخاء والسماحة فمعانيها متقاربة وكان النبي صلعم لا يواري في هذه الاخلاق الكريمة ولا يباري بهذا وصفه كل من عرفه روينا في صحيح البخاري ومسلم عن ابن المنكدر قال سمعت جابر بن عبد الله رضي الله عنهما يقول ما سيل النبي صلعم شيا فقال لا *Quoad liberalitatem, generositatem, munificentiam, indulgentiam, aliasque hujusmodi virtutes, quæ his proximè accedunt, talis fuit Propheta ... ut istæ eximiæ illius dotes à natura ipsi insitæ dissimulari, aut is ejus habitus innatus in dubium revocari, aut contradici nullatenus potuerit ab iis omnibus, quotquot illum noverunt. Traditione accepimus in utroque Libro dicto* Sahih, *Auctoribus* Al-Bochario, *&* Moslemo, *ex* Monkendio *sic loquente*: Audivi *Gjâberum Abdo'llahi* filium, ambobus Deus sit propitius, dicentem: *Nusquam quidvis rogatus fuit Propheta ..., ad quod responderit*: Non. Et Ibidem ex Ebn-Abbâs: كان النبي صلعم اجود الناس بالخير واجود ما يكون في شهر رمضان لان جبريل كان يلقاه كل ليلة في شهر رمضان حتي ينسلخ يعرض عليه القران فاذا لقيه جبريل كان اجود بالخير من الريح المرسلة *Erat Propheta ... hominum liberalissimus in bono largiendo. Tempus autem, quo liberalitatem suam magis ex-*

diu

لين الجانب سهل الخلق وكان عنده القريب والبعيد والقوي والضعيف في الحق سوا وكان يحب المساكين ولا يحقر فقيرا لفقره ولا يهاب ملكا لملكه وكان يولف قلوب اهل الشرف وكان يولف اصحابه ولا ينفرهم ويصابر من جالسه ولا يحيد حتى يكون الرجل هو المنصرف وما صافحه احد فيترك يده حتى يكون ذلك الرجل هو الذي يترك يده وكذلك من قاومه لحاجة يقف رسول الله صلعم معه حتى يكون الرجل هو المنصرف وكان يتفقد اصحابه ويسال الناس عما في الناس وكان يحلب الغنم ويجلس على الارض وكان يخصف النعل ويرقع الثوب ويلبس المخصوف والمرقوع

diu silentium servans; Lenis conversatione; æquabili naturæ temperamento: Erga proximos & remotos, erga potentes & debiles, erga omnes juris & æqui tenacissimus. Amabat egenos: Non aspernabatur pauperem propter paupertatem ejus; neque divitem verebatur propter divitias ejus. Familiari conversatione animos nobilium sibi conciliabat; atque etiam [a] familiaris erat cum suis comitibus, neque unquam illos probrosè tractabat. Magna patientia sibi in colloquio adsidentem sustinebat; neque loco movebatur, donec vir ille prior discederet. Si quis apprehensa manu, complodendi gratia, eum salutaret; tamdiu manum suam relinquebat, quamdiu ille alter suam relinqueret. Eodem modo, quando aliquis adstans conveniebat illum, aliquod negotium tractaturus, simul cum eo consistebat Apostolus Dei ... donec vir ille prior discederet. Frequenter comites suos visitabat; & homines interrogabat de iis quæ inter homines peragebantur. Ipse oves suas mulgebat. Humi sedebat. [b] Ipse consuebat calceos suos: Ipse vestem suam resarciebat; & induebatur vestimento à se consuto, & consarcinato.

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegiræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

*erebat, erat mense* Ramadhân; *propterea quod singulis illius mensis noctibus, usque ad finem ejus,* Gabriel *ad illum accedebat* Al-Coranum *deferens: quotiescunque autem ipsum conveniebat* Gabriel, *equo vento immisso velociore vehebatur.* Tanta porrò prodigalitate liberalis fuit, ut aliquando, ولا يبيت في بيته درهم ولا دينار ولا ياخذ مما اتاه الله الا قوت اهله عاما فقط من ايسر ما يجد من التمر والشعير ثم يوثر من قوت اهله حتى ربما يحتاج قبل انقضاء العام *Nihil prorsùs in domo ejus remaneret, vel Drachmæ, vel Denarii. Ex omnibus, quæ Deus ei largiebatur, nihil accipiebat, nisi tantummodò quantum familiæ suæ sustentandæ in annum satis esset. Potiorem dactylorum, & hordei partem, quæ reperiebatur, ad erogandum seponebat; tum etiam de portione alendæ familiæ destinata aliquid subjungebat; adeo ut plerumque, antequam annus exiret, ipse ad inopiam redigeretur.* Asserit Anas apud Al-Bocharium quod, اتاه الله مفاتيح خزاين الارض ولم يقبلها *Deus obtulit ei claves Thesaurorum terræ, sed noluit eas accipere.* Eodem modo prolixè commendant Clementiam, Modestiam, Patientiam, Justitiam, Amorem ejus in Deum, Humilitatem, & Abstinentiam, quas duas postremas virtutes potissimum laudat Abu'l-Feda noster.

a *Familiaris erat.* Neque seriis adeo rebus, & gravibus colloquiis in conversatione occupabatur Propheta, quin aliquando frontem exhilararet, & jocosis & argute dictis delectaretur; ut hoc exemplo comprobatur in Traditionibus: وكان يمزح ولا يقول الا الحق جاءته امراة فقالت يا رسول الله ادع الله ان يدخلني الجنة فقال يا ام فلان ان الجنة لا يدخلها عجوز فولت المراة وهي تبكي فقال عليه السلام انها لا تدخلها وهي عجوز ان الله تعالى يقول انا انشاناهن انشاء فجعلناهن ابكارا عربا اترابا *Nonnunquam jocabatur; sed semper veritatem loquebatur: Venit ad eum quædam Muliercula dicens*: O Apostole Dei, Deum roga, ut me in Paradisum introducat. *Respondit:* O Mater Talis, nulla Vetula in Paradisum ingressura est. *Tum illa obortis lachrymis tergum vertit. Scilicet volebat dicere Propheta, cui Pax, illam adhuc Vetulam existentem in Paradisum non esse introituram,* (antea enim debebat juvenescere,) *juxta illud Dei excelsi verbum,* Al-Coran. Sur. 56. v. 37. Nos certe creavimus illas (vetulas) creaturas-novas, & reddidimus eas virgines, conjugibus suis dilectas, illisque coætaneas. Quæ verba Gjelalo'ddinus interpretatur de futura beatitudine in Paradiso, atque, كلما اتاهن ازواجهن وجدوهن عذارى *Quotiescunque accedent ad illas conjuges earum, invenient eas virgines.* Additque eas futuras, من غير ولادة ولا وجع *Sine partu prolis, & sine sensu doloris.*

b *Ipse consuebat calceos suos.* Insigni videlicet humilitatis exemplo; & quidem nonnunquam usque ad sudorem, adeò ut Lux illa Prophetica, quæ in facie ejus refulgebat, quasi Eclipsin passa, inde obscuraretur. Quod quidem discimus ex Aïesha in Traditione, quam refert Moslem: قالت كان النبي صلعم يخصف نعلا له فجعل يتحدر من عرقه شي ولا تولد في عيني نورا فعلت والله لو راك ابو كبير لعلم انك احق بشعره من غيرك فقال صلعم وما قال ابو كبير فلت قال.... واذا نظرت الى اسرة وجهه برقت كبرق العارض المتهلل *Inquiebat* Aïesha: Die quodam Propheta consuebat calceum suum; tuncque cœpit nonnihil sudoris per vultum ejus diffluere: Unde factum est, ut oculis meis non adnasceretur Lux (illa, quæ solebat à facie ejus irradiare.) *Per Deum!* exclamavi, *si jam videret te* Abu-Cabir, *jam cognosceret, an tibi veriùs conveniat Carmen suum, quam cuivis alteri præter te.* Tum ille, *Quidnam autem Carminis,* inquit, *cecinit iste* Abu-Cabir? Respondi: *Aiebat*: .... Quando illum in-

Anno ab O.C. ſiv. à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Chriſti 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Chriſti Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Ex *Abu-Horaira*: *Ex hoc Mundo*, inquit, *exceſſit Apoſtolus Dei* ..., *qui nuſquam* [a] *ad Satietatem comederat panem Hordeaceum. Et aliquando accidit familiæ MOHAMMEDIS, ut per unum & alterum menſem, ignis in una ex domibus ejus, non accenſus fuerit; adeò ut toto hoc tempore non aliud alimenti genus habuerint, præter dactylos, & aquam. Et ipſe Apoſtolus Dei* ... *ad famem compeſcendam ventri ſuo lapidem faſcia arctè conſtringebat.*

عن ابي هريرة قال خرج رسول
الله صلعم من الدنيا ولم يشبع
من خبز الشعير وكان ياتي
علي ال محمد الشهر والشهران لا
يوقد في بيت من بيوته نار وكان
قوتهم التمر والماء وكان رسول
الله صلعم يعصب علي بطنه الحجر
من الجوع

## CAP. LXVII.

### *De* Liberis *ejus* — ذكر اولاده

[b] OMnes *Liberi* Prophetæ ... nati ſunt ei ex *Chadigja*, excepto uno *Ibrahimo*, quem habuit ex *Maria* (*Coptitide*.) Natus eſt *Ibrahim* anno *Hegjræ* * octavo, menſe *Dhu'l-Hagja*, [c] denatus autem fuit anno decimo. Ex Libro

* Vide ſupra pag. 120.

وكل اولاده صلعم من خديجة
الا ابراهيم فانه من مارية وولد
ابراهيم في سنة ثمان من الهجرة
في ذي الحجة وتوفي سنة عشر من

tuitus ſum, totus exhilaratus fui: Siquidem vultus ejus fulgurat, quemadmodum fulgurat nubes fulgore ſplendeſcens. Quibus auditis, Propheta, ſudorem vultu abſtergens, & faciem ſolito lætiorem exhibens, exclamavit: جزاك الله يا عايشة خير O Aieſha, *Deus tibi bonam mercedem impartiatur.* At ſaltem Sudoris Prophetæ odore plurimùm recreari debuit *Aieſha*: Nam, ut habetur in Traditionibus, كان عرقه اللولو وكان يوخذ من عرقه ليتطيب به واذا مر بسكة يبقى ادر الطيب فيها زمانا ونبت في الصحيح ان ابطه كان منابعا طيب الرايحة *Erat Sudor ejus inſtar Coralli-liquidi: Et de Sudore ejus aſſumebatur ad Aromata conficienda. Cumque per plateam tranſiret, ibi Aromatis fragrantiſſimi veſtigium per aliquod tempus remanebat. Pro certo affirmatur in Libro dicto* Al-Sahih, *Axillam ejus Aroma ſuaviſſimum diſtillaſſe.* Quid? quod aſſerit Auctor Libri *Al-Shafâ*, quod واذا اراد ان يتغوط انشقت له الارض فابتلعت . . اسله وبوله وفاحت لذلك رايحة طيبة *Quando volebat alvum exonerare, terra ſubtùs diffindens ſe, & excrementum, & urinam ejus abſorbebat; atque hinc Aromatis odorem exquiſitiſſimum exhalabat.*

a *Ad Satietatem.* Non autem adeò abſtinens fuit, & continens, quin jucundioribus hujus mundi voluptatibus & deliciis indulgeret; ſed Deo pro illis gratias agens laudem ad eum referebat: واذا جاءه ما يحب قال الحمد لله رب العالمين واذا جاءه ما يكره قال الحمد لله علي كل حال *Quando obveniebat ei aliquid quod amabat, dicere ſolitus erat*: Laus Deo Domino ſæculorum. *Et quando accidebat ei id, quod oderat, dicebat*: Laus Deo pro quocunque eventu. Inquit Auctor Libri *Al-Shafâ*: وكان يحب الطيب الرايحة والطيبة الحسنة ويستعملهما كثير ويحض عليهما ويقول احبب لي من دنياكم النساء والطيب وجعلت قرة عيني في الصلاة *Amabat Aroma ſuave, & odorem unguenti optimi, eaque frequenter uſurpabat, iiſque mirum in modum excitabatur; unde ſolebat dicere*: Duo mihi gratiſſima ſunt in Mundo veſtro, MULIERES, & AROMATA, iiſque oculus meus admodùm exhilaratur in Precatione. Inquiebat *Anas*: انه صلعم كان يدور علي نسايه في الساعة من الليل والنهار وهن احدي عشرة *Horas noctis ac diei cum Uxoribus ſuis ſucceſſivè in orbem tranſigebat: Erant autem undecim.* وكان ينظر في المراة ويرجل جبهته ويمتشط وربما نظر في الماء ويسوي فيه جمته فقيل له في ذلك فقال ان الله يحب من عبده اذا خرج لاخوانه ان يتهيا لهم *Quoties Mulierem intuebatur, frontem ſuam perfricabat & comam pectebat. Die quodam in aqua* (pro ſpeculo) *ſe inſpiciens, comam ſuam compoſuit. Cumque aliqui ea de re obloquerentur, dixit*: Utique Deus amat, ut ii, qui ſervitio ſuo ſunt addicti, priuſquam menſæ ſuæ accumbant, apparentur & ſe ſe decenter componant.

b *Omnes Liberi.* Circa Liberos Mohammedis, eorumque numerum tres ſunt potiſſimùm ſententiæ, quas refert Al-Kodaius. Prima eſt *Ebn-Iſhaki*, aliorumque: هم ثمانية اربعة ذكور القاسم والطيب والطاهر وابرهيم واربع بنات زينب ورقية وام كلثوم وفاطمة *Fuerunt Octo; ſcil. quatuor Mares,* 1. Al-Kâſem, 2. Al-Taiieb, 3. Al-Tâher, 4. Ibrahim. *Et quatuor Filiæ,* 1. Zainab, 2. Rokaiia, 3. Omm-Colthum, 4. Fâtema. Secunda ſententia eſt *Abu-Gja'fari* cognomento *Al-Tabarii*, Hiſtorici celeberrimi, هم تسعة *Fuerunt*, inquit, *novem*, ſcil. inter Mares adjicit عبد الله *Abdo'llahum.* Cui adſtipulatur Abu'l-Feda noſter. Tertia denique ſententia eſt *Mohammedis Habibi* filii, qui contendit fuiſſe tantummodò *Septem*, ſcil. *tres filios, & quatuor filias*; & quidem primo loco ponis fœminas, deinde mares hoc ordine, 1. *Zainab*, 2. *Omm-Colthûm*, 3 *Fâtemam*, 4. *Rokaiiam*, 5. *Abdo'llahum*, qui idem cum *Al-Taiiebo*, 6. *Al-Tâherum*, 7. *Ibrahimum.* Verùm hic non comparet *Al-Kâſem*, qui omnium conſenſu fuit filiorum natu maximus, à quo cognomen habuit Mohammed ABU'L-KASEM, i. e. Pater *Al-Kâſemi.* Quare hæc ſententia meritò exploditur. Abu'l-Faragjus etiam ſeptem liberos Mohammedi aſſignat, filios tres, & quatuor filias, ſed nullos nominat præter *Fâtemam*, & *Ibrahimum.*

c *Denatus.* In Libro dicto *Al-Sahib*, Auctore *Al-Bockario*: وفي سنة عشر يوم الثلثا لعشر ليال

dicto

الاشراف للمسعودي قال عاش ابراهيم سنة وعشرة اشهر

dicto *Al-Ashrâf*, Auctore *Al-Mas'ûdio. Vixit*, inquit ille, Ibrahim *annum unum*, & *menses decem*.

واولاده الذكور من خديجة القاسم وبه كان يكني والطيب والطاهر وعبد الله ماتوا صغارا

Quoad Liberos ejus mares, quos ex *Chadigja* habuit: Primus fuit *Al-Kâsem*, à quo (Mohammed ABU'L-KASEM) cognominatus fuit, 2^us *Al-Taieb*, 3^us *Al-Tâher*, 4^us *Abdo'llah*, qui adhuc parvuli [a] mortui sunt.

والاناث اربع فاطمة زوج علي رضي الله عنهما وزينب زوج ابي العاص وفرق رسول الله صلعم بينهما بالاسلام ردها الي ابي العاص بالنكاح الاول لما اسلم ورقية وام كلثوم تزوج بهما عثمان واحدة بعد اخرى

Fœminæ autem fuerunt quatuor, quarum prima fuit * *Fatema*, uxor *Al.*, ambobus Deus sit propitius. 2^a † *Zainab*, uxor *Abu'l-Asi*. Utrumque autem abinvicem separavit ratione *Islamismi*. Deinde illam *Abu'l-Aso* restituit in prius connubium, postea quam ille *Islamismum* amplexus est. 3^a * *Rokaia*. 4^a *Omm*-† *Kolthûm*: Utramque *Othmâno* in matrimonium collocavit, unam post alteram. **

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226.
A Nativitate Christi 641.
Hegjræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29 Martii, feria 1

* De qua vide supra pag. 62.
† De obitu ejus v. supra p 110. in fine.

* De obitu ejus vide supra pag. 60.
† Nupta fuit anno 3. obiit anno 9 *Hegjræ*. Ita *Al Kodaïus*.
** Neutra prolem reliquit. Ita *Al-Kodaïus*.

## CAP. LXVIII.

ذكر زوجاته

*De* Uxoribus *ejus*.

وتزوج صلعم خمس عشر امراة دخل بثلاثة عشرة وجمع بين احد عشرة قيل انه دخل باحدي عشرة ولم

IN matrimonium duxit Propheta ... [b] uxores quindecim; ingressus est ad tredecim, & rem habuit cum undecim; vel ut alii dicunt, ingressus ad undecim, & ad quatuor

خلون من ربيع الاول مات ابن النبي صلعم ابراهيم ودفن بالبقيع وله سبعة عشر او ثمانية عشر شهرا *Anno decimo* (Hegjræ,) *feria tertia, die decimo mensis* Rabî'i *prioris, mortuus est filius Prophetæ* ... Ibrahim, *& sepultus fuit in* (Cœmeterio dicto) Al-Baki' *septemdecim, vel octodecim menses natus.* Ibidem, atque etiam in altero Libro dicto *Al-Sahih*, Auctore *Moslemo*, additur: وفي ذلك اليوم انكسفت الشمس فقال الناس انها انكسفت لموت ابراهيم قال صلعم ان الشمس والقمر ايتان من ايات الله تعالى لا ينكسفان لموت احد ولا لحياته *Eo ipso die Sol Eclipsin passus fuit: Et dixerunt homines*: Utique Eclipsin passus est propter mortem IBRAHIMI. *Respondit Propheta* ... Certè Sol, & Luna sunt duo ex signis Dei Excelsi, non autem Eclipsin patiuntur propter mortem cujusquam, nec propter vitam ejus.

a *Mortui sunt*. Filiorum suorum jacturam ægre admodùm passus fuit Mohammed, & acerbo luctu illos prosequutus est, præsertim *Al-Kâsemum*, quem primogenitum ex carissima conjuge *Chadigja* susceperat; de quo, ut & de cæteris sic loquitur Al-Kodaius. فاما الذكور من ولد خديجة فماتوا اطفالا قبل النبوة هذا المشهور وقيل ان القاسم والطيب عاشا سبع ليال *Quoad* Mares, *qui è* Chadigja *nati sunt, adhuc infantes obierunt, ante Propheticum munus: Atque hoc est vulgo notissimum; aiuntque* Al-Kâsemum, *&* Al-Taiebum, *unam duntaxat septimanam vixisse.* Cum autem inimici ejus illum irriderent, eo quod mascula prole orbatus esset, & dicteriis insultarent, appellando illum ابتر *Abtar*, i. e. *mutilum, & carentem cauda*, μείουρον. Quam injuriam adeo impatienter tulit, ut postquam Propheticum munus accepit, necesse habuerit, ad opprobrium amovendum, ut Deus per Gabrielem dolenti solatium conferret, cœlitùs demissâ *Al-Korani Surata* centesima octava, cui Titulus est الكوثر *Al-Cawthar*, quod est nomen Fluvii in *Paradiso*, qui *Abundantiam*, seu Affluentiam omnium bonorum significat: Verba Suratæ hæc sunt. انا اعطيناك الكوثر فصل لربك وانحر ان شانئك هو الابتر *Utique nos dedimus tibi* AL-CAWTHAR (fluvium:) *Precare igitur ad Dominum tuum, ei immola: Certè Osor tuus ipse erit* ABTAR, i. e. *cauda mutilus.* Ubi Gjelalo'ddinus: نزل في العاص بن وايل سمى النبي صلعم ابتر عند موت ابنه القاسم عليه السلام *Demissa sunt cœlitùs hæc verba contra* Al-Asum Wâïeli *filium, qui vocaverat* PROPHETAM ... ABTAR, i. e. cauda mutilum, *postquam mortuus est filius ipsius* Al-Kâsem, *cui Pax.* De Fluviis Paradisi v. quæ diximus supra pag. 37. Marraccius in Vita Moham. p. 32. col. 2. postquam de interitu omnium filiorum mentionem fecit, ait, ita factum esse, *Providente Deo, ne ex tam immani monstro progenies virilis superesset.*

b *Uxores quindecim.* De numero Uxorum Mohammedis varias sententias sic exponit Al-Kodaius: واختلف في عدة من تزوج فقال ابن اسحق تزوج ثلاثة عشرة بني منهن باحدى عشرة وقال غيره تزوج خمس عشرة بني منهن بثنتي عشرة *Controversia est circa numerum* Uxorum, *quas duxit. Inquit* Ebn-Ishak: Duxit tredecim; rem habuit cum undecim ex illis. *Alii dicunt:* Duxit quindecim; rem habuit cum duodecim. Abu'l-Faragjius: واكثر ما قالوا سبع عشرة امراة سوى السراري *Qui plures dicunt, septemdecim illi assignant* Uxores, *præter* Concubinas. Ex Christianis Gentius in Notis ad *Musladinum Sadum* pag. 568. attribuit ei 21. Uxores. Alii 26. numerant. Ut ut sit, certum est Prophetam in numero Uxorum mirum quantum supergressum esse *Al-Corani* Legem, quæ *Moslemis* quatuor tantùm



reliquas

Anno ab O C sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6226
A Nativitate Christi 641
Hegjræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg 632 Cœpit die 29 Martii, feria 1

reliquas non ingressus est. Moriens a novem بعد سارية وتوفي عن تسع
Uxores simul habere permittit, Sur 4 v 3 انكحوا ما طاب لكم من النسا مثنى وثلاث ورباع *Matrimonio vobis jungite eas, quæ vobis placebunt e mulieribus, binas, & ternas, & quaternas.* Sed inter Privilegia Mohammedi, singulare hoc fuit, quod licitum erat ei, النكاح اكثر من اربع نسوة وكذلك الانبيا * *Ducere* Uxores *plusquam quatuor. Atque eodem modo se habuerunt Prophetæ* Hoc Privilegium nititur expressis Dei verbis sic loquentis Al-Corani Sur 33 v 47. يا ايها النبي انا احللنا لك ازواجك اللاتي اتيت اجورهن وما ملكت يمينك مما افاء الله عليك وبنات عمك وبنات عماتك وبنات خالك وبنات خالاتك اللاتي هاجرن معك وامراة مومنة ان وهبت نفسها للنبي ان اراد النبي ان يستنكحها خالصة لك من دون المومنين

O PROPHETA, *certè licitas fecimus tibi Uxores tuas, quibus concesseris mercedes earum* (in dotem,) *& quas possedit dextera tua, quotquot cedere fecerit tibi Deus captivas ex præda, item filias patrui tui, & filias amitarum tuarum, & filias avunculi tui, & filias materterarum tuarum, quæ fugerunt tecum, atque etiam quamlibet mulierem fidelem, si seipsam donaverit PROPHETÆ, modo voluerit PROPHETA eam ducere in uxorem Hoc est PRIVILEGIUM tibi concessum præ cæteris Fidelibus* Ne vero scrupulo moveretur conscientia ejus tam lato Privilegio tot uxores ducendi, quot vellet, Deus subjungit, quæ sequuntur. † قد علمنا ما فرضنا عليهم في ازواجهم وما ملكت ايمانهم لكيلا يكون عليك حرج وكان الله غفورا رحيما

*Jam novimus quid sanxerimus iisdem* (Fidelibus Sur 4 v 3) *circa uxores eorum, & id quod possederint dexteræ eorum,* (i e. ancillas ipsorum,) *ne sit super te scrupulus Est enim Deus Condonans, Misericors*

* Ita Gjannab cap de Privilegiis, & Prærogativis singularibus Prophetæ

† Locum ipsum v. infra

a *Novem* De his, ut & de cæteris Prophetæ uxoribus, eo ordine quo illas duxit, dicemus. Prima omnium fuit, خديجة بنت خويلد ابن اسد قرشية CHADIGJA *filia* Chowailedi *filii* Asadi, Koraishitis Nupta fuit Mohammedi ante *Hegjram* annis 28 v. supra pag 12 Obiit ante *Hegjram* anno 3. v supra pag 29 Secunda, سودة بنت زمعة قرشية SAWDA Zamaʿæ *filia*, Koraishitis. Inquit Al-Kodaius, تزوجها قبل الهجرة بثلاث سنين ... وكانت حاضنة ولد فاطمة عليها السلام *Duxit illam tribus annis ante* Hegjram. *Fuerat nutrix Fatimæ, cui Pax.* In Libris Traditionum hæc de *Sawda* habentur: وهي ممن هاجر الى الحبشة وعادت الى مكة فرات في المنام ان النبي صلعم اتاها ووضع رجله على رقبتها فلما انتبهت اخبرت زوجها فقال صدقت فانا اموت وتزوجك محمد ورات اخرى ان القمر وقع عليها من السماء فما مر غير حتى مات زوجها سكران وهو ممن اسلم قديما وهاجر الى الحبشة فتزوجها رسول الله صلعم وتوفيت في خلافة عمر رضي الله عنه *Fuit* (Sawda) *ex illarum numero, quæ in* Al-Habasham (Æthiopiam) *fugerant Cumque* Meccam *rediisset, vidit per somnium Apostolum Dei ad se venientem, & cervici suæ imponentem pedem Ubi expergefacta est, rem Marito suo renunciavit* Vera narras, *inquit ille*, Ego enim brevi moriturus sum, teque MOHAMMED in uxorem ducturus est. *Deinde aliam habuit Visionem, scilicet vidit* Lunam *de cœlo super se cadentem Nec ita multo post diem suum obiit Maritus ejus* Socran *Is erat unus ex iis, qui primitus crediderant, atque in Æthiopiam fugerat Illam itaque duxit Apostolus Dei* ... Sawda *obiit sub Chalifatu* Omari, *cui Deus sit propitius* Tertia, عايشة ام المومنين بنت ابي بكر الصديق AIESHA, *mater Fidelium, filia* Abu-Becri Al-Seddik, (i e Testis Fidelis) De qua v. supra pag. 53. Obiit, juxta Al-Kodaium, في خلافة معاوية بالمدينة سنة ثمان وخمسين ولها سبع وستون سنة ودفنت بالبقيع *Sub Chalifatu* Moawiæ, Medinæ, *anno* Hegjræ 58 *cum nata esset annos 67 sepulta fuit in* (*Cœmeterio dicto*) Al Baki. Quarta, عزة بنت دودان وقيل جابر GOZIA *filia* Dûdâni, *vel juxta alios*, Gjaberi Hujus meminit Abu Gjafar Al-Tabarius, sed nihil de illa habet *Ebn-Ishak*. Sic autem *Al-Tabarius*: تزوجها ودخل بها وطلقها ولم يطلق غيرها ممن دخل بها وكانت تحت ابي العكر بن سمي فولدت له شريكا فكنيت به *Duxit illam, & ad eam ingressus est, Deinde repudiavit*: *Neque ullam aliam repudiavit, ad quam ingressus fuerit Erat Vidua* Abu'l-Acri Somai *filii, cui pepererat filium nomine* Shoraic, *à quo ipsa cognominata fuit* Omm-Shoraic Quinta, حفصة بنت عمر قرشية HAFSA Omari *filia*, Koraishitis. Inquit Al-Kodaius: زوجه اباها عمر بن الخطاب في شعبان سنة ثلاث من الهجرة وكانت تحت حبيش بن حذافة السهمي اصدقها اربع مائة درهم وماتت في خلافة عثمان سنة سبع وعشرين وقيل سنة خمس واربعين في خلافة معاوية *Collocavit eam illi in matrimonium* Omar Al-Chettâbi *filius*, *mense* Shaabân *anni* Hegjræ 3 *Erat Vidua* Hobaishi Chodafæ *filii* Al-Sahamitæ *Dotavit eam quadrigentis Drachmis Obiit sub Chalifatu* Othmâni *anno* Hegjræ 27. *& juxta alios, anno* 45 *sub Chalifatu* Moâwiæ. Quomodo *Al-Korani* Exemplar in custodiam ejus depositum fuit, vide Abu'l-Fedæ nostri locum à viro cl. Pocockio adductum Specim *Hist. Arab.* pag. 362. Sexta, زينب بنت خزيمة الهلالية ZAINAB Chozaimæ *filia*, Al-Helâlitis Inquit Al-Kodaius زوجه اباها قبيصة بن عمرو في شهر رمضان سنة اربع من الهجرة واصدقها اربع مائة درهم وكانت تحت طفيل بن الحرث وماتت قبل وفاة النبي صلعم ولم تمكث عنده من سنة غيرها وعمر حبيبة *Collocavit eam illi in matrimonium* Kobaisa Amrui *filius mense* Ramadhân *anni* Hegjræ *quarti*, *dote* 400 *Drachmarum Antea fuerat uxor* Tofaili Al-Harethi *filii*. *Mortua est ante obitum Prophetæ* .. *Neque ulla ex uxoribus ejus apud illum mortua est, excepta hac, &* Chadigja. Septima, ام سلمة بنت امية المخزومي وهي قرشية OMM-SALAMA Omaiæ Al-Machzûmitæ *filia*, *& ipsa* Koraishitis. Inquit Al-Kodaius, اسمها هند بنت ابي امية ويقال انها بنت عم رسول الله صلعم وهي عاتكة بنت عبد

عبد المطلب تزوجها سنة اربع من الهجرة وكانت تحت ابي سلمة وماتت سنة تسع وخمسين *Nomen ejus erat* Hend, *filia* Abu-Omaiæ. *Aiunt matrem ejus fuisse amitam Apostoli Dei* ... Atecam Abdo'l-Motallebi *filiam. Duxit illam in uxorem anno* Hegjræ *quarto. Fuerat uxor* Abu-Salamæ. *Obiit anno** Hegjræ 59. Octava, زينب بنت جحش الاسدية Zainab Gjahashi *filia*, Al-Asaditis. Inquit Al-Kodaius: هي بنت اميمة عمة رسول الله صلعم وكانت تحت زيد ابن حارثة فطلقها وتزوجها رسول الله صلعم بولاية اخيها ابي احمد بن جحش في سنة خمس واصدقها اربع مائة درهم وتوفيت في خلافة عمر سنة عشرين وهي اول من مات من زوجاته بعد وفاته صلعم واول من حمل على نعش وقيل من حمل على نعش فاطمة عليها السلام *Mater ejus fuit* Amîma *Apostoli Dei ... amita. Ipsa fuerat uxor* Zaidi Hârethæ *filii; cumque ille eam dimisisset, uxorem duxit Apostolus Dei ... matrimonium curante fratre ipsius* (Zainabæ) Abu-Ahmede Gjahashi *filio, qui & in dotem* 400. *Drachmas numeravit anno* Hegjræ *quinto* * *Obiit illa sub* Chalifatu Omari *anno* Hegjræ *vigesimo. Prima è Prophetæ ... uxoribus post obitum ipsius mortua est. Prima quoque fuit, quæ Lectica portatili vehebatur. Aiunt tamen id primùm* Fâtemæ *contigisse.* Nona, ام حبيبة بنت ابي سفيان قرشية Omm-Habiba Abu-Sofiani *filia*, Koraishitis. Inquit Al-Kodaius: اسمها رملة وقيل هند وكانت تحت عبيد الله ابن جحش فولدت له حبيبة فكنيت بها *Nomen ejus erat* Ramla, *vel, ut alii dicunt*, Hend: *Fuerat uxor* Obaido'llahi Gjahashi *filii, cui peperit filiam nomine* Habîbam, *à qua cognomen habuit.* Reliquum Historiæ ejus, & matrimonii v. supra pag. 91. & ibid. Not. b. Addit Al-Kodaius: وتوفيت في خلافة معاوية سنة اربع واربعين *Obiit sub* Chalifatu Moâwiæ *anno* Hegjræ 44. Decima, جويرية بنت الحرث الخزاعية Gjowairia Al-Harethi *filia*, Al-Chozâ'itis. Inquit Al-Kodaius: وقال ان اسمها برة بنت الحارث *Dicitur nomen ejus fuisse* Barra Al-Hârethi *filia.* Cætera v. supra pag. 81. initio. Addit Al-Kodaius: وقال انها تحت ابن عم لها وتوفيت سنة ست وخمسين *Aiunt illam antea fuisse uxorem fratruelis ipsius Obiit anno* Hegjræ 45. Undecima, صفية بنت حيي من سبط هرون Safia Hoiai *filia de Tribu* Hârun (Aharonis.) De qua v. supra pag. 80. Addit Al-Kodaius: كانت تحت يهودي يقال له كنانة ابن الربيع ... وتوفيت سنة ست وخمسين *Fuerat uxor* Judæi, *cui nomen* Kenânæ Al-Rabî'i *filio. Obiit anno* Hegjræ 56. Duodecima, ميمونة بنت الحرث الهلالية Maimuna Al-Hârethi *filia*, Al-Halîtis. De qua v. supra pag 99. Al-Kodaius: كانت تحت رهم ابن عبد العزي وتوفيت بشرف موضع قريب مكة سنة ثمان وثلاثين وقيل سنة اربعين *Fuerat uxor* Rahami Abdo'l-Ozzæ *filii. Obiit in loco dicto* Shorf *propè* Meccam, *anno* Hegjræ 38. *vel* 40. Hæc fuit ultima omnium, quas duxit Propheta, & etiam ultima, quæ mortua est; observante *Al-Monderio* Auctore Libri dicti الترغيب والترهيب *De rebus appetendis, & fugiendis.* Atque hæ sunt 12. uxores, ad quas ingressus fuisse dicitur. Quoad illas, ad quas non ingressus est, quasque repudiavit: Inquit *Ebn-Ishak*: هما اثنان اسماء بنت النعمان الكندية تزوجها فوجدها بياضا فردها وعمرة بنت يزيد الكلابية كانت حديثة عهد بكفر فاستعاذت منه صلعم حين دخلت عليه فقال منيع عائذ الله فردها ويقال ان الذي استعاذت منه كندية بنت عم لاسماء بنت النعمان وقال غيره هي فاطمة بنت الضحاك بنت طيبان فمكثت ما شاء الله ثم طلقها ولم يدخل بها *Illæ fuerunt duæ*, 1. Asma Al-Noomani *filia*, Al-Kenditis. *Hanc in uxorem duxit; sed cùm Leprosam deprehendisset, illam remisit.* 2. Amra Yezîdi *filia*, Al-Kelâbitis: *Hæc autem de novo pactum in infidelitate iniit*, (i. e. in Idololatriam relapsa fuit,) *quamobrem, quo tempore ad Prophetam ... ingressura esset, ille eam detestatus est, dicens*: Prohibet averruncus Deus. *Et statim illam dimisit. Aiunt illam, quam ita detestatus est, fuisse* Kenditam *quandam* Asmæ Al-Noomani *filiæ cognatam*: *Alii dicunt hanc fuisse* Fâtemam Al-Dhahâki *filiam, cujus mater erat* Tabiana. *Cumque per aliquod tempus, prout Deus voluit, morata esset, illam repudiavit, priusquam ad eam ingrederetur.* Quia verò Deus, loco citato Sur. 33. v. 47. permittit Mohammedi, ut ducat mulierem fidelem, quæcunque se ipsam donaverit, quæritur à Doctis quænam illa fuerit? Inquit Al-Kodaius: اختلف فيها وقيل هي ميمونة وذلك ان خطبة رسول الله صلعم انتهت اليها وهي على بعيرها فقالت البعير وما عليه لله ولرسوله وقيل هي ام شريك عزية بنت جابر ويقال هي امراة من بني سامة ابن لوي فارجوها صلعم هذا كله عن ابن اسحق وقال غيره هي خولة بنت حكيم وروي عن ابن عباس انه قال لم تكن عنده صلعم امراة بغير مهر *De illa controversia est*: *Aiunt, hanc fuisse* Maïmûnam; *scilicet cum petitio connubii ab Apostolo Dei ... ad eam pervenisset, tunc illa jumento suo insidebat, & respondit*: Et Jumentum, & id quod super illud est, Deo, & Prophetæ ejus deditum esto. *Alii volunt hanc fuisse* Goziam (cognom.) Omm-Sharik Gjaberi *filiam*; *alii mulierem quandam è filiis* Sâmæ *filii* Lowæ *ortundam*; *sed illam spe frustravit Propheta ... Totum hoc ex* Ebn-Ishako. *Quidam contendit hanc fuisse* Chawlam Hakimi *filiam. Porrò ex Traditione* Ebn-Abbasi *habetur*; *uxorem nullam sine dote à Propheta ... admissam fuisse.* Potest hic addi: ريحانة بنت عمرو قرظية Rihana, *sive* Raihana Amrûi *filia*, Koraidhitis. De qua v. supra p. 79. & ibid. nota b. Non fuit è numero uxorum, sed tantùm captiva كانت في ملكه حتى مات *fuit in possessione ejus, donec ipse moreretur, quippe quam ex præda* Koraidhitarum, اصطفى لنفسه *sibi delegerat.* Ex supra dictis patet illos ex nostratibus frustra hariolari, qui certum uxorum Mohammedis numerum constituunt, cùm ipsi Moslemi, iique antiquiores & magnæ authoritatis, ea de re nihil certi definiant: Quod & ipse Abu'l-Feda noster, varias sententias proferre contentus, prudens in medio relinquit.

* Annos nata 84. Ita Gjann.

* Mense Dhu'l-Ka'ada. Ita Gj.

Anno ab O C. sive a Lapsu Adami, secundùm Arab. Hebr. dam 6226
A Nativitate Christi 641
Hegiræ 11
Ætatis Mohammedis 63.
Æra Christi Vulg. 632 Capit die 2 3 Mensis 1, feria 1

reliquit superstites,[a] præter *Mariam Coptitidem*, concubinam suam. Novem autem illæ hæ fuerunt. 1°, *Aiesha Abu-Becri* filia. 2°, *Hafsa*

عمر مارية القبطية سرية والتسع هن عائشة بنت ابي بكر وحفصة

a *Præter* Mariam Coptitidem De qua v. supra pag 95 Addit Al-Kodaius. وكانت وفاتها بعد وفاة النبي صلعم بخمس سنين في خلافة عمر *Obitus ejus contigit post obitum Prophetæ* anno Hegiræ 16 *& sepulta fuit in cœmeterio dicto* Al-Bakî'. Unde itaque habet D Humphr Prideaux, *vitæ Mohammedis* pag 126 Mariam *hanc, sublato e vivis Impostore,* (hæc sunt ejus verba,) *in Ægyptum amandatam fuisse cum filio suo* Ibrahimo, *adeo ut utriusque inter illos mentio nulla amplius facta fuerit?* Tum hujus injuriæ culpam totam in *Aiesham* conjiciendam suspicatur Atqui *Ibrahim Mariæ* filius jam extinctus fuerat ante patrem anno uno, de quo v supra pag 146. & 147 nota b. Præterea totam illius *Mariæ* Historiam nimis adornat circumstantiis, augetque stylo suo Rhetorico, Auctores suos sequutus, quibus utrumque marginem oneravit, præter *Al-Coranum*, cujus verba affert interpolata, eaque pro Lege in omnium *Moslemorum* gratiam lati obtrudit, quæ Solum MOHAMMEDEM privatim spectant Quæ ut melius intelligantur, sciendum est *Mariam Coptitidem* apud *Mohammedem* ... *Ancillæ* loco fuisse cum Sorore sua *Shirina*, sed, cum postea illam adamaverit, factam fuisse ... *Pellicem*, seu *Concubinam*, idque Dei expresso permissu in *Al-Corano*, Sur 33 v 47. tum deinde Sur. 66 v 1 sic loquentis, in o increpantis quod, ne ingenuis uxoribus displiceret, coitus cum *Maria* jam facti, tanquam illiciti, pœniteret: يا ايها النبي لم تحرم ما احل الله لك تبتغي مرضات ازواجك والله غفور رحيم O PROPHETA, *quare pro illicito habes id, quod licitum fecit Deus tibi, dum cupis placere uxoribus tuis? Deus autem est Condonans, Misericors* Verba quæ addit D Prideaux, viz *God hath granted unto you to lie with your Maid-servants* Neque extant hoc loco, neque ullibi in toto *Al-Corano* Jam audiamus Gjelalo'ddini Paraphrastin لم تحرم ما احل الله لك من امتك مارية القبطية لما واقعها في بيت حفصة وكانت غائبة فجاءت وشق عليها كون ذلك في بيتها وعلى فراشها حيث قلت هي علي حرام *Quare illicitum facis id, quod permiserat tibi Deus circa* Mariam Koptitidem *Ancillam tuam?* [Scilicet Propheta. compresserat eam in domo *Hafsæ* absentis, atque hoc illa molestissime tulit factum in domo sua, & in ipso lecto suo] *Dum dicis* Hoc mihi nefas fuit. Quod autem juramento promiserat se non amplius concubiturum cum *Maria*, eo Deus illum absolvit in v 2 قد فرض الله لكم تحلة ايمانكم والله مولاكم وهو العليم الحكيم *Jam sanxit Deus vobis dissolutionem Juramentorum vestrorum Et Deus est Patronus vester, & ipse Sciens, Sapiens.* Quibus verbis Deus Mohammedem, & a peccato immunem, & a juramento temerario liberum declarat. Atque hoc fuit unum e singularibus Privilegiis Prophetæ, quemadmodum observant *Moslemorum* Theologi, referente Gjannabio, quo واباحة النظر الى الاجنبيات والخلوة بهن *Permissum fuit ei extraneas mulieres intueri, & cum illis secessum facere* Alias Adulterium, & Fornicatio cæteris *Moslemis* sub gravissimis pœnis interdicuntur in Al-Corano, v Sur 17 v 32 & Sur ... v 14. & Sur 24 v 2 & alibi sæpissime Frustra est igitur D Prideaux dum contendit p 125 hic Legem omnibus ejus Asseclis communem promulgatam fuisse, qua illis, præter uxores legitimas, tot servas ad libidinem suam explendam quot libuerit, emere permittitur Non moror ea quæ fieri nunc asserit apud *Turcas* ex Ricautio, Thevenotio, Bellonio, Clenardo, alilsque. Sunt enim potius hodiernæ corruptionis Exempla, quam primitivæ Institutionis argumenta. At quid respondebimus Marraccio in his Literis longe doctiori, qui Prodromi sui Parte 4 pag. 71 col. 1 hanc habet Assertionem *Mahumetus in Alcorano decernit, coitum cum suis ancillis unicuique liberum esse, etiam prout distinguuntur ab uxoribus*, Sur. 33 v. 1 (Confer. & Sur 70. v 29) قد افلح المومنون ... الذين هم لفروجهم حافظون الا على ازواجهم او ما ملكت ايمانهم فانهم غير ملومين فمن ابتغى وراء ذلك فاوليك هم العادون Quæ verba sic ibid vertit Marraccius *Jam felices sunt Fideles . qui mentulas suas custodiunt,* (non utentes illis,) *nisi cum uxoribus suis, & cum* (ancillis,) *quas possident nam ipsi inculpabiles erunt in hoc. Qui vero præter has alias fœminas appetierit, erit prævaricator.* In Refutationibus autem suis in eandem Suram pag 4-2. Sic paulo aliter, & magis ad literam . . *qui sunt mutones suos custodientes* (non utentes illis,) *nisi erga uxores suas, aut quod possederunt dexteræ eorum,* (id est erga ancillas suas,) *nam ipsi erunt in hoc inculpabiles. Qui vero concupierit præter hoc,* (id est præter uxores, & ancillas,) *hi erunt prævaricatores* Tota vis argumenti Marraccii consistit in eo quod ait· *Hic manifeste patet distingui ancillas ab uxoribus aliàs, si loqueretur de ancillis, quas in conjuges legitimas acceperunt, esset inepta loquutio, & mera Ταυτολογία.* Vera narras, mi Marracci, si priori tuæ Versioni standum sit, quæ sic habet. *Nisi cum uxoribus suis, ET cum ancillis* Est enim particula ... hoc loco revera distinctiva: At vero si loco τῦ ET reponenda sit particula alternativa AUT, quæ respondet Arabico او *Vel*, *Aut*, uti meliori fide in secunda Versione reddidisti, jam non *inepta* est *loquutio*, neque *mera Ταυτολογία* Sensus ergo est: *Erga uxores suas* (quatuor ingenuas,) *aut erga ancillas suas* (in conjuges legitimas, non quot libuerit, sed pari numero, ad summum quaternario, Lege præscripto, acceptas) Unde additur *Qui vero concupierint præter hoc,* (i. e præter uxores ingenuas, seu ancillas,) *erunt prævaricatores.* Quomodo vero qui *Fidelium* castimoniam commendat erga uxores legitimas, possit simul iisdem licentiam dare cum tot ancillis, quot libuerit, fornicationem committere? Quod porrò is sit istorum verborum sensus evidenter demonstratur ex ipsa Lege, quæ *Moslemis* uxores non plures quam quatuor præscribit, Sur.4 v 3. فانكحوا ما طاب لكم من النساء مثنى وثلاث ورباع Quæ ipse Marraccius sic vertit: *Ergo ducite in matrimonium, quæ placuerint vobis ex mulieribus, binarium, & ternarium, & quaternarium,* (non plures) Tum ibidem hæc adduntur notatu digna: فان خفتم الا تعدلوا فواحدة او ما ملكت ايمانكم ذلك ادنى الا تعولوا Quæ etiam vertente Marraccio sic sonant: *Quod si timueritis, ne æquitatem servare possitis* (cum illis, ducite tantùm) *unam, aut* (ducite tantum) *quod possederunt dexteræ vestræ,* (id est ancillas vestras.) *Hoc erit facilius, ut non declinetis ab æquitate* Ubi Gjelalo'ddinus: وكان فيهم من تحته العشر او الثمان من الازواج فلا يعدل بينهن فمرل فان خفتم *Erant autem inter illos quidam, qui habebant decem, vel octo Uxores, nec servabant æquitatem inter eas, ac proinde cœlitus demissa sunt hæc verba·* Quod si timueritis, &c. Reduxit itaque Mohammed numerum Uxorum ingenuarum ad quatuor Ut vero obviam eat incommodo istarum uxorum in-

Omari

وحفصة بنت عمر وسودة بنت زمعة وزينب بنت جحش وميمونة وصفية وجويرة وام حبيبة وام سلمة رضي الله عنهن

*Omari filia.* 3ª, *Sawda Zamaæ filia.* 4ª, *Zainab Gjahashi filia.* 5ª, *Maimûna.* 6ª, *Sofia.* 7ª, *Gjuwaira.* 8ª, *Omm-Habiba* 9ª, *Omm Salama* Quibus omnibus Deus sit propitius

Anno ab O C sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6226
A Nativitate Christi 641.
Hegiræ 11
Ætatis Mohammedi 63.
Æræ Christi Vulg. 632 Calend. Junii 29 Martii, feria 1

genuarum, inter quas, propter æqualitatem conditionis, multa oriri possunt jurgia, sufficet, ut uni ingenuæ contenti sint, aut si quatuor velint habere, illas e numero servarum suarum accipiant, inter quas, propter humilem earum conditionem facilius est concordiam servare Quam parum ingenue itaque Marraccius magnus ille *Al Corani* Refutator, vulgari præjudicio abreptus, quod mirari subit in docto viro, ex allatis *Al Corani* verbis infert, Prodromi Parte 4 pag 52 col 2 *Mahumetus igitur valde incongruenter & extra rem, jubet illos, qui, siquidem ab orphanorum cura recesserint, accipere uxores suas, & quot velint, ex ingenuis quidem ac liberis, unam, duas, tres, quatuor, & ancillas vero decem, mille, & plures etiam, si tot habere atque alere possint* Mira quidem gradationis Figura, sed cujus nec vola, nec vestigium est in toto *Al Corano* Hoc fuit solius MOHAMMEDIS Privilegium tam erga ingenuas, quam servas fœminas, cujus tenorem attulimus supra p 148 ubi disertis verbis ab eo excluduntur cæteri Fideles *Jam novimus*, inquit Deus ibid *quid sanximus iisdem* (Fidelibus) *circa uxores eorum, & circa illas quas possident dexteræ eorum* (i e ancillas ipsorum,) *ne sit super te scrupulus* V Hadr Relandi *de Relig Mohamm* Lib 2 pag 243 ubi eadem re Mentiones variorum merito castigat, & simul præsentis temporis eorundem Turcarum mores, tanquam causam, quæ adversarios in errorem induxit, observat

*a Zainab Gjahashi filia* Ut fidem nostram liberemus a nobis datam supra pag 101 nota b en tibi matrimonii ejus famosissimi historiam ex Authenticis Traditionibus, Gjannabii verbis

ثم ان رسول الله
اتى بيت زيد ... لامر ... فوقع نظره على زينب ... قائمة في درع
وخمار وكانت ... من احسن نساء قريش فوقعت في نفسه ... 
حسنها فقال سبحان الله مقلب القلوب والابصار ...
زيد ... فذكرته لزيد ففطن زيد فالقى في نفسه ... 
... 
... 
... 

*Porro die quodam Apostolus Dei ad domum Zaidi, rei cujusdam ab illo inquirendæ gratia se contulit. At illum non inveniens, visu fortuito ad Zainabam, dum illa indusio, & velo ornata coram adstaret, oculos convertit Erat autem illa candidissima, pulcherrima, indolis egregiæ præ cæteris* Koraishitarum *mulieribus Ob quas præstantissimas dotes pridem illa animo ejus altè insederat Tunc vero pulchritudinis ejus in admirationem raptus exclamavit* O quanta Laus Dei cordium mutatoris *Atque his dictis, protinus excessit Audiit autem* Zainab *ejus Laudis exclamationem, & statim atque domum reversus est* Zaid, *rem ei narravit Tunc* Zaid *rem caute secum considerans, in animum induxit suum, tum, ut Uxoris commodis faveret, tum, ut Prophetæ amori erga illam inserviret, ac proinde eam repudiavit Postquam itaque, termino ejus repudii completo, soluta fuit, illam sibi desponsatam habuit Propheta ac demum in uxorem duxit Nunquam porro pro cæteris uxoribus suis tam amplum, atque magnificum convivium nuptiale instruxerat, quam illud, quod pro* Zainaba *apparavit Constabat enim Epulum nuptiarum variis, & exquisitis fructuum generibus & polenta ex hordeo, & melle confecta, ne non ovibus tostis Jussitque homines invitari per singulos convivarum cætus, tum ut his aliis cætus ordine succederent, adeo ut postquam unus cætus comedendi finem fecisset, egrederetur, deinde intraret alter cætus, tum eodem modo exiret, donec tandem omnes a convivio expleti discederent* Hoc tamen Matrimonium *Moslemis* magno fuit Scandalo, tum quia mulierem repudiatam, marito adhuc vivente, in uxorem duceret, tum maxime quia *Zaid Mohammedis* Libertus ab eo in filium adoptatus fuerat, & per hoc contraxerat cum eo affinitatem legalem, quæ apud Arabes, uti etiam apud alias gentes, erat impedimentum dirimens matrimonium

واعتقه صلعم وتبناه وكان يقال له زيد بن محمد *Illum Propheta libertate donavit, quin et amicitia tandem in Filium adoptavit* *Qua de causa appellatus fuit* ZAID MOHAMMEDIS filius. Atque inde factum est referente Gjelalo'ddino, ut

اليهود والمنافقون قالوا لما تزوج النبي زينب بنت جحش التي كانت امراة زيد بن الحارثة الذي تبناه قالوا تزوج محمد امراة ابنه وهو ينهى الناس عن ذلك

Judæi, & Increduli, *cum Propheta duxisset in matrimonium* Zainabam Gjahashi *filiam, quæ erat uxor* Zaidi Al-Harethi *filii, quem idem Propheta in filium adoptaverat, cœperunt obloqui dicentes* MOHAMMED in matrimonium ducit uxorem filii sui *Verum mendaces redarguit illos Deus in hoc* Nempe dicit Deus Al Cor Sur 33 v 4

وما جعل الله ادعياءكم ابناءكم ذلكم قولكم بافواهكم والله يقول الحق وهو يهدي السبيل ادعوهم لاباءهم *Neque habet Deus filios vestros adoptivos pro filiis* (veris) *Hoc dictum vestrum in oribus vestris, sed Deus dicit veritatem, & ipse viam dirigit Appellate eos nomine Patrum ipsorum* Illud tamen Matrimonium *hujusmodi erat*, inquit vir cl Pocockius Specim Hist Arab pag 182. *ut ab eo, scandali metu, aliquandiu abstineret sed cum non ita libidinis in præcordiis ebullientis flammas extinguere potuisset, facile nodum solvit ficto cœlitus nuntio, quo non modo illi significatum est, Deo placere, ut* Zainab *à* Zaido, *hunc in finem dimissam duceret, sed & reprehensus fuerit, quod tam diu ab eo, quod sibi à Deo permissum sciret, præ modestia, & reverentia hominum, se continuisset* Verba Dei secum per Gabrielem loquentis sic refert Sur 33 v 36

وان تقول للذي انعم الله عليه وانعمت عليه امسك عليك زوجك واتق الله وتخفي في نفسك ما الله مبديه وتخشى الناس والله احق ان تخشاه فلما قضى زيد منها وطرا زوجناكها لكيلا يكون على المومنين حرج في ازواج ادعياءهم اذا قضوا منهن وطرا وكان امر الله مفعولا ما كان على النبي من حرج فيما فرض الله له سنة الله في الذين خلوا من قبل وكان امر الله قدرا مقدورا *Et quando dicebas ei* (Zaido,) *in quem Deus gratiam contulit, & cui tu quoque gratiosus fuisti* Recipe ad te uxorem tuam, & Deum revere *Tu vero in animo tuo abscondebas id, quod Deus manifestaturus erat,* (nempe amorem tuum erga Zainabam,) *& timebas homines At Deum justius erat, ut timeres Postquam autem decrevit* * ZAID *de illa id, quod facto opus erat, nos tibi ipsam in uxorem copulavimus, ne Fidelibus ampliùs esset scrupulus circa uxores*

* Hic solus est ex omnibus Mohammedis comitibus, cujus nomen expresse habetur in toto Al-Corano.

 CAP.

# CAP. LXIX.

## [a] *De* Scribis ejus. ذكر كتابه

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Scribebat ei *Othmân Affâni* filius, & *Alî Abu-Tâlebi* filius. Scribebat etiam ei *Châled* filius *Saïdi*, filii *Al-Âsi*, & *Abân Saïdi* filius, & *Al-Alâ Al-Hadhramæ* filius. Omnium autem primus, qui scripsit ei, fuit *Obba Ca'abi* filius; deinde scripsit ei *Zaïd Thâbeti* filius. Scripsit quoque ei *Abdo'llah* filius *Saïdi* filii *Abu Sarahi*, qui (ab *Islamismo*) defecit; postmodum verò ad *Islamismum* reversus est die Expugnationis (*Meccæ*.) Scripsit ei post Expugnationem *Mo'âwia Abu-Sofiani* filius. *

وكان يكتب له عثمان ابن عفان وعلي ابن ابي طالب وكتب له خالد بن سعيد بن العاص وابان بن سعيد والعلا بن الحضرمي واول من كتب له ابي بن كعب وكتب له زيد بن ثابت وكتب له عبد الله بن سعيد بن ابي سرح وارتد ثم اسلم يوم الفتح وكتب له بعد الفتح معاوية بن ابي سفيان

*Adoptivorum suorum; quotiescunque decreverint de illis id, quod facto opus sit. Oportuerat igitur tibi, ut mandato Dei morem gereres. Nusquam enim debet scrupulus suboriri PROPHETÆ circa id quod Deus ipsi faciendum sanxit: Hæc fuit Institutio Divina constanter observata apud illos* (Prophetas,) *qui præcesserunt. Est autem Mandatum Dei regula certissima.*

a *De Scribis ejus.* Eosdem ferme habet Al-Tabarius apud Elmacinum *Historiæ Saracenicæ* p. 10. Sed alio, & magis methodico ordine, cujus verba cum nova Versione eo lubentius hic apponemus, quod Textus Arabicus, prout extat in Editione Erpeniana, ac proinde ejusdem Erpenii Translatio, medica manu indigent, ut & ipsum opus integrum, à capite ad calcem, quod dudum à doctis viris observatum fuit: وكان كتابه عثمان ابن عفان وعلي بن ابي طالب وان غابا كتب له ابي بن كعب وزيد ابن ثابت فان غابا كتب له من حضر من الكتاب وهم معاوية ابن ابي سفيان وخالد بن سعيد ابن العاص والعلا ابن الحضرمي وحنظلة ابن الربيع وكان يكتب له ايضا عبد الله ابن ابي سرح فارتد من الاسلام ولحق بالمشركين واستامن له عثمان يوم الفتح فامنه بعد ان كان قد هدر دمه *Fuerunt SCRIBÆ ejus* Othmân Affâni *filius, &* Alî Abu-Talebi *filius: Qui ambo si absentes essent, scribebant ei* * Obba Ca'abi *filius, &* Zaïd Thâbeti *filius: Qui duo rursus si abessent, scribebat ei quilibet alius ex iis, qui aderant, Scribis, videlicet* Mo'âwia Abu-Sofiani *filius,* * Châled *filius* Sa'idi, *filii* Al-Asi, † Al-Ala Al-Hadhramæ *filius, &* Chantala Al-Rabi'i *filius. Scribebat quoque ei* ** Abdo'llah Abu-Sarahi *filius, qui ab* Islamismo *deficiens* Idololatris *se adjunxit: Sed securitatem pro eo petiit* Othmân *die Expugnationis* (Meccæ;) *quam & ei concessit* (Mohammed,) *postquam sanguinem ejus fundere decreverat.* Ubi Erpenius verbum غابا litera غ puncto diacritico destituta offendens in codice suo manuscripto bis, prout potuit, ut sensum aliquem funderet, vertit, *interdum.* Reliquis non est cur immoremur. Atque isti Scribæ potissimùm fuerunt, quibus Amanuensibus utebatur Propheta ad scribendum Al-Coranum, teste Al-Kodaio: فهولاء كتاب الوحي *Illi erant* Scribæ *Revelationis divinæ.* Erant autem, præter hos, alii *Scribæ*, qui res Civiles, seu Politicas, في دواوين *in Codicibus rationariis* annotabant: Hos etiam loco citato recenset Al-Tabarius: وكان الزبير ابن العوام وجهم ابن صفوان يكتبان اموال الصدقات وحذيفة ابن اليمان يكتب خرص النخل والمغيرة بن شعبة والحسين ابن نمير يكتبان المداينات والمعاملات وعبد الله بن ارقم يجيب عن كتب الملوك * Al-Zobair Awâmi *filius, &* Gjahm Safwâni *filius, opes,* (vel pecunias,) *Eleemosynarum scribebant.* Hodaifa Al-Samâli *filius Palmarum æstimationem scribebat.* † Al-Mogaira Sho'bæ *filius, &* Hosaïn Nomaïri *filius rationes ærario debitorum, & transactiones scribebant.* Abdo'llah *autem* Orkami *filius ad Regum literas respondebat.*

* De quo v. supra p. 58.
* De quo v. supra p. 91.
† De quo v. supra p. 97.
** De quo v. supra p. 109.
* De quo v. supra p. 56 & 103.
† De quo v. supra p. 85.

* Hic omninò supplendi veniunt, quos omisit Auctor noster. 1. قضاته JUDICES *ejus*, ex eodem Al-Tabario: والقضاة في ايامه صلعم فانه استقضي علي ابن ابي طالب علي اليمن ومعاذ بن جبل الانصاري وابا موسي الاشعري Judices *autem, qui tempore ejus fuerunt, quod attinet*: Judices *constituit super* Al-Yemen (Arabiam felicem,) Alîm Abu-Tâlebi *filium, &* Ma'adhum Gjabali *filium* Al-Ansarium, *nec non* Abu-Mûsam Al-Ash'aritam. Ubi Erpenius pro اليمن *Al-Yemen*, legit اليمين *Juramentum*, malè. 2. صاحب اذنه انس ابن مالك VENIÆ *ejus Præfectus, fuit* Anas Mâleki *filius.* Sic vertente Erpenio, i. e. *Janitor*, quod illius sit *veniam* dare intrandi; vel si اذن accipiatur pro *Auris*, potest reddi, *Possessor auris* Prophetæ; unde *Anas* iste cognominatus fuit ذو الاذنين *Possessor ambarum aurium*, quod intima familiaritate Prophetæ frueretur: Al-Kodaius appellat eum صاحب اسمه *Possessorem familiaritatis ejus.* Gjannabius hunc primum recenset inter خدمه *Ministros ejus*, additque: خدمه تسع سنين او عشر سنين دعي له صلعم بكثرة المال والولد ودخول الجنة توفي في احدي او سنتين او ثلاث وتسعين وقد جاوز المائة *Ministravit ei per novem, vel decem annos. Illum* (ad Islamismum) *vocavit Propheta . . . propositis divitiis multis, liberis, & promissione ingressus in* Paradisum. *Obiit anno* (Hegjræ) 91. *vel* 92. *vel* 93. *cùm esset supra centum annos natus.* Unus est è sex præcipuis Traditionum Auctoribus. 3. صاحب شرطته قيس بن سعد الانصاري *Præfectus* COHORTIS PRÆTORIANÆ, Kaïs Sa'adi *filius* Al-Ansarius. 4. وكان موذنه بلال PRÆCO *ejus erat* *Belâl; non *Janitor*, ut malè Erpenius. Is erat بن رباح ومولي ابي بكر الصديق *Filius* Riâhi *servus* Abu-

* De quo v. supra

# CAP. LXX.

ذكر السلاحة

*De* Armis *ejus.*

وكان لرسول الله صلعم من السلاح سيفه المسمي ذا الفقار غنمه يوم بدر وكان لمنبه بن الحجاج السهمي وقيل لغيره وسمي ذا الفقار لحفر وبه ونغم من بني قينقاع ثلاثة اسياف وقدم معه الي المدينة لما هاجر سيفان شهد باحدهما بدرا وكان له ارماح ثلاثة وثلاثة قسي ودرعان غنمهما من بني قينقاع

INter Arma, quæ habuit Apoſtolus Dei . . . erat [a] Enſis appellatus *Dhu'l-Fakâr*, quem in prædam tulit à prælio *Bedrenſi*: Pertinuerat autem ad *Monbam Al-Hegjâbi* filium *Al-Sahamitam*: Alii ad alium pertinuiſſe aiunt. Dictuſque fuit *Dhu'l-Fakar*, (i. e. Perforator,) à fodiendo. Alios tres Enſes in prædam reportavit à Filiis *Kainobâ'i*. Item quando (*Mecca*) *Medinam* fugit duos Enſes ſecum tulit, quorum uno dimicavit in prælio *Bedrenſi*. [b] Lanceas habuit tres, [c] Arcus tres, & [d] Loricas duas; utramque à Filiis *Kainokâ'i* tro-

Anno ab O. C. ſive à Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Feda 6226. A Nativitate Chriſti 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Chriſti Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Becri Al-Seddîk. De illo v. quæ habet vir doctus Simon Ockleius Lib. *de Expugnationibus* Syriæ, &c. ubi pro *Ebn Rebah*, lege *Ebn Riah*. Obiit anno Hegjræ circiter 20. & ſepultus fuit *Halebi*, ſecundùm Gjannabium, vel *Damaſci*. 5. واما عماله فانه توفوا وعامله علي مكة عتاب بن اسيد وعلي الاحرين العلا بن الحضرمي وعلي الطايف عثمان ابن ابي العاص وعلي صنعة وعالية الحمن عمر بن ابي امية المخزومي وعلي مخالبف اليمن خالد بن سعيد ابن ابي العاص وعلي جرش ابو سفيان ابن حرب وعلي بن منية علي داحمة من نوحي اليمن GUBERNATORIS verò ejus quod attinet, (ſeu Præfectos Urbium & Provinciarum,) *cùm moreretur*. Meccæ *præerat* *Otâb Oſaidi *filius*: (Provinciæ) Al Bahrain Al-Alâ Al-Hadhramæ *filius*: Al-Taïefo Othmân Abu'l-Afi *filius* Sanna'æ, *&* Al-Gjondi *pagi* Omar Abu-Omaiæ *filius*, Al-Machzumita Al-Yemen, (ſeu Arabiæ felicis) *pagis* Chaled *filius* Sa'idi, *filii* Abu'l-Afi: (Urbi) Gjorſho Abu-Sofiân Harbi *filius*: *Et tractui cuidam* Arabiæ *felicis* Alî Minæ *filius*.

* De quo vide ſupra p. 138.

a *Enſis*. Curtam nimis Armorum Prophetæ ſupellectilem nobis exhibet Abu'l-Feda, Prophetæ inquam, inter cujus Epitheta nomina, hæc celebrantur, نبي الملاحم PROPHETA BELLI, & القتال BELLATOR. Sex tantummodo Enſes illi attribuit, cum cæteri Hiſtorici novem ad minus, alii decem numerent: Singulos accurate, & nominatim recenſet Gjannabius hoc ordine: وكانت له تسعة اسياف ماثور وهو اول سيف ملكه والعضب وذو الفقار وكان لا يفارقه في الحرب ابدا ثم صار الي علي رضي الله عنه والقلعي والبتار والحتف والمخذم والرسوب والقضيب وقيل كان له سيف اخر ورثه من ابيه فتكون السيوف عشرة *Fuerunt illi novem* ENSES; 1. *dictus* Mâbûr, (i. e. Acutus, inſtar Acûs pungens.) *Fuitque primus Enſis, quem poſſedit*. 2. Al-'Adhb, (i. e. Acuminatus) 3. Dhu'l-Fakar, (i. e. Perforans.) *Hunc in nullo prælio à ſe dimiſit. Deinde pertinuit ad* Alîm, *cui Deus ſit propitius*. 4. Al-Kola'enſis (a loco dicto *Kola'* prope *Holwânum Aſſyriæ* urbem, ubi optimi Enſes conflantur) 5. Al-Battâr, (i. e. Secans, & acutus.) 6. Al-Hatf, (i. e. Exitium, mors.) 7. Al-Mehdham, (i. e. bene-ſecans.) 8 Al-Roſûb, (i. e. alte penetrans.) 9. Al-Kadhîb, (i. e. gracilis, egregiè cædens.) *Præter hos, aiunt illum habuiſſe alium Enſem, quem à patre hereditate acceperat: Sicque ſunt in univerſum decem Enſes.*

b *Lanceas habuit tres*. Inquit Al-Kodaius: ذكر علي محمد المدايني انه كان له صلعم رمح يقال له المنثوي والمنثري شك المدايني واصاب من سلاح بني قينقاع ثلاثة ارماح ولا ادري هل هذا الرمح منها ام من غيرها *Refert* Ali Mohammed Al-Madâinenſis, *Prophetam habuiſſe* Lanceam, *quæ appellabatur*, Al-Monthawi, *&* Al-Monthari, (i. e. Diſperdens, & Diſpergens) *Dubitat tamen* Al-Madâinenſis, *dicens*: Et quidem Lanceas tres in prædam tulit inter Arma filiorum *Kaïnokâ'i*; ſed neſcimus, an hæc Lancea fuerit ex iſtarum numero, an alia ab iis diſtincta. Al-Gjannabius ex prima binomini facit duas, aſſeritque utramque fuiſſe ex præda filiorum *Kaïnokâ'i*. De tertia nihil habet.

c *Arcus tres*. Inquit Al-Kodaius: كانت له ست او سبع قسي ومنها اصاب من سلاح بني قينقاع ثلاث قسي وكانت له قوس يقال لها الكتوم فرمي عنها يوم احد حتي تكسرت وكانت له جعبة يقال لها الكافور وقيل تسمي الجمع ARCUS *habuit ſex, vel ſeptem, è quorum numero fuerunt tres, quos in prædam tulit à Filiis* Kaïnokâ'i (Judæis.) *Unum habuit, cui nomen erat* Al-Catûm, (i. e. ſolidus, fiſſuræ expers.) *Eo tamen tamdiu jaculatus eſt in Prælio* Ohodenſi, *ut confractus ſit*. PHARETRA *ejus appellabatur* Câfûr, (i. e. Folliculus, ſeu involucrum florum.) *Alii dicunt nomen ejus fuiſſe* Al-Gjama', (i. e. Collectio.)

d *Loricas duas*. Longè plures enumerat Gjannabius: واما ادراعه فسبع ذات الفضول وهي التي لبسها يوم حنين وذات الوشاح وذات الحواشي والبترا والخرنق باسم ولد الارنب ودرعان اصابهما من سلاح بني قينقاع يقال لاحدهما السعدية قيل وهي درع داود عليه السلام لبسها حين قتل جالوت كذا في المواهب اللدنية والاخري الفضة *Quoad* LORICAS *ejus*; *ſeptem numerantur*. 1. Dhâto'l-Fodhûl, (i. e. Excellentiis multis prædita.) *Ea eſt, qua in Prælio* Honainenſi *indutus erat*. 2. Dhâto'l-Weſhah, (i. e. Baltheo-coriaceo munita.) 3. Dhâto'l-Hawâſhî, (i. e. Limbo, & fimbriis inſignita.) 4. Al-Betrâ, (i. e. Interſecta.) 5. Al-Chernak, *ſic dicta à pullo* Leporis. 6, *&* 7. Loricæ *duæ, quas in prædam tulit inter Arma filiorum* Kaïnokâ'i, (Judæorum;) *quarum una appellabatur* Sa'aditica: *Aiunt ipſam fuiſſe* Loricam DAVIDIS, *cui Pax, qua indutus erat, quo tempore* Gjâlut, (Goliat,) *occidebetur in Libro dicto* Al-Mawâhebo'lladniat, (i. e. Dona Jucunditatis.) *Alterius nomen erat* Al-Fadda, (i. e. Argentum.)

Anno ab Orbe sive a Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6126.
A Nativitate Christi 641.
Hegiræ 11.
Ætatis Mohammedis 63.
Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29 Martii, feria 1.

phæum reportavit. ᵃ Clypeum habuit Imagine insignem: Sed, cum mane surrexisset, Deus Excelsus hanc jam deleverat †

وكان له درقة وفيه تمثال فاصبح وقد اذهبه الله تعالى

a *Clypeum.* Hunc habuit ex hostium spoliis Figura ei insculpta, referente Al-Kodaio ex Traditione *Mal-bul*, erat راس كبش وكره مكانه فاصبح وقد اذهبه الله عز وجل ولا نعلم هل هو الزلوق او غيره *Caput* Arietis *At vehementer displicuit ei talem figuram ibi existere Cum autem postridie mane surrexisset, jam deleverat illam Deus potens, gloriosus Porro ignoratur an* Clypeus *iste idem fuerit, qui appellabatur*, Al Zaluk, (i e Retundens,) *an vero alius* Scil duos alios habebat *Clypeos*, quorum unus, Auctore Gjannabio, يسمى الزين درقة عند اسلاح ودرقة تعال له العتوق *vocabatur*, Al-Razin, (i e Firmus,) *cujus ope armorum impetum retundebat Alter* Clypeus *dicebatur* Al Fatuk, (i e. Fulgor )

† Galeam ejus sic describit Gjannabius وكان له مغفر من حديد وهو زرد منسج على قدر الراس يلبس تحت القلنسوة ومغفر اخر يسمى الموشح Galeam *habuit ferream Erat scilicet annulorum ferreorum commissura secundum formam capitis contexta, quam sub* Calantica, *seu* Pileo, *induebat Aliam habuit* Galeam *dictam* Al-Mawashah, (i e Fasciam ) Priorem gestabat in Prælio *Ohodensi*, Auctore Al Kodaio Hastam, & Hastile ejus sic etiam repræsentat Gjannabius. وكانت له حربة كبيرة تدعى البيضاء واخرى صغيرة دون الرمح شبه العكاز يقال لها العنزة وكان يمشي بها في يده وتحمل بين يديه في الاعياد اي المصلى حتى تركز امامه فيتخذها سترة يصلي اليها ويقال هذه الحربة كانت للنجاشي فوهبها للزبير بن العوام وحربة يقال لها النبعة واخرى تسمى القصير Hastam *habuit majorem dictam* Al-Baidha, (i e Albam ) *Item aliam* Hastam *parvam* Lancea *minorem*, Scipioni *inferius ferramento munito similem, quæ appellabatur*, Al-Atra, (i e Manubrium ) *Illam in manu sua gestabat, eique innitebatur, cum ambularet, eam etiam ante se deferebat diebus festis solemnioribus, quando ad locum Precationis procederet,* & *coram se defigebat, eamque instar velamenti cujusdam versus quod innitendo precaretur, tenebat Aiunt hoc* Hastile *olim ad* Al Nagjashium *pertinuisse, jus illud dono dederat* Al Zobairo Awami *filio. Item* Hastam *habebat dictam* Al-Nab'a, (i e Surculus, Germen ) & *aliam nomine* Al-Hasr, (i.e obsessio, coarctatio ) De Baculo, Harpagine, Canna, aliisque hujusmodi, hæc habet Gjannabius وروى ابن عباس وكان له قضيب اي عصا من شوحط يسمى الممشوق *Habuit* Baculum, *quod erat genus ligni e* Taxo *arbore, dictum* Mamshuk, (i. e Gracilem.) وكان له محجن وهو عصا معقفة نحو ذراع او اكثر يمشي به ويركب به ويعلقه بين يديه على بعيره وهو الذي استلم به الركن في حجة الوداع *Erat illi* Harpago, *sive lignum curvum e* Ficu *arbore, cui erat succrescens surculus,* & *extremitate ejus jumentum suum ad incedendum stimulabat Erat autem cubitis longitudinis, vel paulo amplius cum eo ambulabat pariter & equitabat, eumque ante se super jumento suspendebat Hoc ipso* Baculo *venerabundus contigit cippum* Lapidis nigri *in* Peregrinatione Valedictionis وكانت له مخصرة وهي خشب يمسك باليد تسمى العرجون وهي كالقضيب تستعمله العرب الاشراف في ايديهم للاشتغال به وحك ما يعرض عند الحك من الظهر *Habuit præterea* Cannam, *seu virgam, quam manu agitabat, cui nomen erat* 'Orgjûn, (i. e. Scapus Dactylorum.) *Erat*, inquit Al-Kodaius, *instar illius Baculi, quem manibus gestant* Arabum *nobiliores, per modum occupationis, quo etiam solent perfricare partem illam dorsi remotiorem, ad quam manus pertingere nequit.* Nec silentio prætermittenda sunt, quæ habet Elmacinus ex *Al Tabario* Hist Saracen pag 10. de Signis militaribus Mohammedis, ut & de Sigillo ejus Quoad signa sic loquitur وكان لواؤه ابيض ورايته سوداء Vexillum *ejus album erat*, Labarum *vero minus*, (seu signum militare,) *nigrum.* Et quidem de primo hæc habet Al-Kodaius وكانت الراية تعصا وهي العلامات وربما جعل فيها الاسود وربما كانت من خمر بعض نسائه *Erat* vexillum *ejus album, præcipue talia erant majora* vexilla, *quibus aliquando admistus fuit color niger,* & *nonnunquam consuta erant ex Peplis, seu velamentis capitis quarundam ex ejus Uxoribus* Refert Gjannabius ejus Vexillo مكتوب عليه لا اله الا الله محمد رسول الله *Inscripta fuisse hæc verba* Non est Deus, nisi Deus Mohammed Apostolus Dei. Nomen autem *Labari*, & materiam, & opus ejus sic describit Al-Termedius واسم رايته العقاب وكانت سوداء من صوف من مرط سوداء عايشة *Nomen* Labari *ejus*, (seu signi militaris,) *fuit* Al-Okab, (i e Aquila nigra,) *eratque nigrum, ex lana, è tunica exteriore* Aieshæ. Contendit tamen Abu-Dawud, ᶜ رايته صفراء Labarum *ejus fuisse flavi coloris.* Denique inquit Al-Tabarius apud Elmacinum وكان نقش خاتمه الشهادتين i. e vertente Erpenio, In duplex Testimonium *At*, observante viro cl. Pocockio Specim Hist. Arab. pag 182. *magis perspicuum erit, si deleto* [In] *reddatur*, duplex testimonium, *vel* duo testimonia, *quæ nim sunt* 1 Non est Deus præter Deum. 2 Et Mohammed Legatus Dei *At* Al-Kodaius *horum ultimum tantum Sigillo ipsius insculptum tradit, scil.* محمد رسول الله Mohammed Legatus Dei, *ita ut tria contineret verba, totidem lineis descripta.* Hactenus Pocockius Al-Kodaio adstipulatur Gjannabius, qui & paulo accuratius historiam Sigilli ejus tradit his verbis: وفي السنة السابعة من الهجرة اتخذ رسول الله صلعم خاتما من فضة وكان نقشه محمد رسول الله في ثلثة اسطر محمد سطر ورسول سطر والله سطر وكان ذلك بسبب انه اراد ان يكتب الى الملوك يدعوهم الى الاسلام فقيل له انهم لا يقبلون كتابا الا بخاتم او مختوما فصاغ خاتما من ذهب ثم طرحه واتخذ خاتما من فضة *Anno septimo* Hegiræ *usurpare cœpit Apostolus Dei*... Sigillum *argenteum, cujus Inscriptio erat*: Mohammed

Apostolus

Apostolus Dei. *Tribus lineis*; videlicet 1. MOHAMMED, *linea*, 2. APOSTOLUS, *linea*, 3. DEI, *linea*. *Ratio autem, cur tale* Sigillum *adhibuerit, fuit, quod, cùm vellet ad Reges scribere, ut illos ad* Islamismum *vocaret, dictum fuit ei istos Reges minimè Literas ejus accepturos, nisi cum* Sigillo *apposito. Quare* Sigillum *aureum conflavit: Deinde illo abjecto*, Sigillum *argenteum adhibere contentus fuit*. Superest ut etiam de الدواب i. e. JUMENTIS, sive Animalibus Prophetæ dicamus, quæ, in promovendo *Islamismo*, & Prophetico munere nobilitando, & confirmando, non minimam partem habuerunt: Et quidem de his non pauca in hoc opere passim inseruit Auctor noster; sed juvat hic quoque pro rei momento singula simul, breviter tamen, ob oculos Lectoris ponere.

1°. Quoad EQUOS, Al-Termedius, Auctor Libri dicti حيوة الحيوان *Haiwato'l-Haiwân*, (i. e. Vitæ animalium,) numerat اثنين وعشرين فرسا *duos & viginti* EQUOS. Sed juxta Al-Hâfedh Abdo'l-Mûmen Al-Damiatensem الخيل المتفق عليها له صلعم سبعة وفي السكب والمرتجز واللحيف واللزاز والظرب والسبحة والورد والباقي مختلف فيها EQUI, *Quos habuisse Prophetam... constat, fuere septem*. 1. Sacab, (i. e. effusus cursu, alacer.) 2. Al-Lahîf, (à tegendo, quasi cauda terram tegens.) 3. Al-Sabha, (i. e. magnificentia.) 4. Al-Dhareb, (i. e. ungula terram quatiens) 5. Lazaz, (i. e. commovens sc.) 6. Al-Mortagjez, (i. e. fragorem edens instar tonitrui.) 7. Al-Waid, (i. e. rufus, ignei coloris.) De reliquis controvertitur. Al-Kodaïus loco tertii ponit, يعسوب *Ya'sûb*, (i. e. macula candicante in fronte conspicuus.) vel idem fuit binominis. 2°. بغاله MULÆ ejus, Auctore Al-Termedio, in Libro dicto *Haiwato'l-Haiwân*, (i. e. vitæ animalium, fuerunt quinque. E quibus celeberrima fuit دلدل DALDAL, vel, ut legit Al-Kodaïus, DOLDOL, (i. e. commotio, agitatio.) اهداها المقوقس وكانت شهبا وهي التي قال لها النبي يوم حنين اربضي فربضت وكان يركبها في المدينة وفي الاسفار وكانت قد كبرت وزالت اسنانها فجش لها الشعير وكان علي يركبها بعد النبي صلعم ومن بعده عثمان بن عفان يركبها ثم ركبها الحسن ثم الحسين ومحمد بن علي المشهور بابن الحنفية حتى ترت من الكبر *Illam dono dedit* * Al-Mokawkas: *Erat cinerei, albedine emicante, coloris: Ipsa est, quam in prælio* Honainense *in hunc modum compellavit*: † Procumbe: *Et statim procubuit*: *Eidem inequitare solebat* Medinæ, *& in Itineribus. Ad ætatem grandævam pervenit, adeò ut dentes ejus molares exciderint: Quare hordeum molitum in cibum ei præbebatur Post obitum Prophetæ... Alî ei inequitavit. Traditur* Othmanum Affani *filium ei inequitasse*; *deinde* Hasanum, *tum* Hosainum, (duos τῶ *Alî* filios;) *ac denique* Mohammedem Alî *filium, cognomento* Al-Honaifam; *donec tandem præ senio cæca facta fuit*. E reliquis quatuor una tantum memoratur nomine فضة *Faddha*, (i. e. *Argentum*;) quam ad Prophetam misit *Farwa Amrûi* filius, *Al-Gjodhamita*, anno *Hegjræ* 10. cum Equo dicto *Al-Dhareb*, & Asino nomine *Ya'fûr*. 3°. حميرة ASINI ejus duo, فعفير ويعفور ويقال هما واحد وكان النبي صلعم يركب يعفور ويوجهه الى دار اصحابه فيضرب عليهم الباب ويدعوهم 1. Ofaïr, (i. e. in pulvere se volutans,) 2. Ya'fûr, (i. e. Caper, seu Pullus Dorcadis.) *Nonnulli volunt hos unum eundemque fuisse. Solebat Propheta...* Ya'fûro *inequitare, & caput illius ad Comitum suorum domos obvertere; & sic fores eorum pulsans, illos vocabat*. Fatum hujus Asini post Mohammedis obitum miserabile narrat Al-Termedius hoc modo: فلما قبض النبي صلعم جاء بعد ان مضى ثلاثة ايام الى بير ابي الهيثم فتردي فيها جزعا علي النبي صلعم فصار قبره *Postquam assumptus fuit Propheta... abiit ille* (Asinus) *trium dierum itinere usque ad Puteum dictum* Abu-Hothom, *& præ tædio & mœrore amissi Prophetæ... in eum se præcipitem dedit*; *factusque est ille Puteus sepulchrum ejus*. 4°. النوق CAMELÆ ejus tres numerantur ab Al-Kodaïo: العصبا والعضبا والقصوا وعليها هاجر 1. Al-Kaswa, (i. e. auris extremitate resecta.) 2. Al-'Adhba, (i. e. mutila.) 3. Al-Gjadh'a, (i. e. aure resecta.) *Hac* (vectus ab *Mecca Medinam*) *fugit. Nonnulli volunt*, inquit Gjannabius, Al-Gjadham, *&* Al-Kaswam واحدة *unam eandemque fuisse*. Illam supra pag. 53. vidimus *Medinæ* humi procumbentem ad designandum locum ubi Templum esset ædificandum. Deinde observat idem Gjannabius Mohammedem: كان لا تحمله اذا نزل عليه الوحي غيرها *A nulla alia præter ipsam portari consuevisse, quando ad illum cœlitùs demittebatur Revelatio Divina*. Tuncque illa in genua procumbebat, *præ pondere ejusdem Revelationis, & pro sua reverentia erga* AL-CORANUM; cujus rei illustre exemplum v. supra pag. 131. nota b. *Præterea*, inquit idem Gjannabius, كانت له عشرون لقحة بالغابة يراح اليه منها كل ليلة بقربتين عظيمتين من اللبن وكان يفرقها على نسايه *Habuit alias* Camelas lactantes *in loco dicto* Al-Gâba, *numero viginti, ex quibus, qualibet nocte duæ pergrandes Patinæ lactis ei mulgebantur*; *quos quidem inter uxores suas distribuebat*. 5°. الغنم PECUDES ejus ab Gjannabio sic recensentur: مائة شاة وسبع منايح وستة او سبعة اعنز منايح ترعاها ام ايمن OVES *centum, è quarum numero ad mulgendum mutuo datæ septem*: DORCADES *ad mulgendum mutuo datæ sex, vel septem, quas pascebat* * Omm-Aiman. Inquit idem: ولم ينقل انه صلعم اقتنى البقر شيا *Non fertur Propheta...* BOVES *ullos possedisse*. 6°. Denique, ait idem, وكان له ديك ابيض *Erat ei* GALLUS GALLINACEUS *albus*. Cujus occasione Traditio celebris ad ipsum Mohammedem refertur accepta, quam dabimus verbis Al-Termedii in Libro dicto سيرة الحيوان i. e. *Vita Animalium*: عن النبي صلعم انه قال ان لله ديكا ابيضا جناحه موشيان بالزبرجد والياقوت واللولو جناح بالمشرق وجناح بالمغرب راسه تحت العرش وقوايمه في الهوا يوذن كل سحر فيسمع تلك صيحة اهل السموات والارض الا الثقلين الجن والانس فعند ذلك يجيبه ديوك اهل الارض واذا دنى يوم القيمة قال الله تعالى ضم جناحيك وغض صوتك فيعلم اهل السموات قد اقتربت بصيحه ويقول سبوح قدوس *Ex ipso* PROPHETA...: *Inquiebat*: Deus habet GALLUM ALBUM, cujus ambæ Alæ Smaragdis, Carbunculis, & Margaritis intertextæ sunt; una Ala ad Orientem, &

* Vide supra pag. 95.

† Vide supra p. 114.

* Hæc fuerat Nutrix Prophetæ. v. supra p. 5.

## CAP. LXXI.

### *De numero* Bellorum, & Expeditionum PROPHETÆ ...

### ذكر عدد غزواته وسراياه صلعم

Anno ab O.C. sive a Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29 Martii, feria 1

AIunt *Bella* fuisse novemdecim; alii viginti sex; alii viginti septem, quorum ultimum fuit Bellum *Tabucense*. Ex iis novem sunt in quibus commissum fuit Prælium. 1. *Bedrense*. 2. *Obodense*. 3. Bellum *Fossæ*. 4. *Koraïdhense*. 5. *Al-Mostalekense*. 6. *Chaibarense*. 7. *Expugnatio* (Meccæ.) 8. *Honaïnense*. 9. *Al-Taïefense*. In cæteris Bellis nullum commissum fuit Prælium. Quoad *Expeditiones*, & *Missiones* turmarum, alii numerant triginta quinque, alii quadraginta octo.

قيل كان غزواته تسع عشر وقيل ستا وعشرين وقيل سبعا وعشرين واخر غزواته تبوك ووقع القتال منها في تسع وهي بدر واحد والخندق وقريظة والمصطلق وخيبر والفتح وحنين والطايف وباقي الغزوات لم يجر فيها قتال واما السرايا والبعوث فقيل خمس وثلاثون وقيل ثمان واربعون

## CAP. LXXII.

### *De* Comitibus PROPHETÆ ...

### ذكر اصحابه صلعم

JAM controversia est inter homines, quisnam jure titulo *Comitis* debeat insigniri? *Sa'id Al-Masibi* filius neminem in numerum *Comitum* adscribi debere censet, nisi illum, qui cum Apostolo Dei ... annum unum, & amplius conversatus fuerit, & cum eo bellum sacrum gesserit. A nonnullis hoc titulo ornatur quisquis eò pervenit, ut colloqueretur cum ipso, & *Islamismum* amplecteretur, atque coràm viderit Prophetam ... Huncque affirmant revera fuisse *Comitem*, quamvis fortasse Apostolum Dei ... non comitatus fuerit, nisi per horam unam. *Alii* vero dicunt neminem censeri debere *Comitem*, nisi quem Apostolus Dei ... *Comitem* sibi adsciverit: *Comes* autem ab Apostolo Dei ... adsciscebatur is, quem ipse Apostolus Dei ... in cohortium suarum numerum adscribebat, tum deinde adhærebat Apostolo Dei ... in itinere, vel domi coram adstabat; idque frequentissimè: Adeò ut juxta hanc sententiam *Comitis* titulo ornandus sit quisquis, & *Islamismum* amplexus fuit, & Prophetam ... vidit, atque illum comitatus est, quamvis modico temporis intervallo.

Quoad illorum numerum, & quidem juxta hanc meliorem sententiam: Traditione receptum est, Prophetam ... anno Expugnationis *Meccæ* profectum fuisse cum * decem millibus *Moslemorum*. Deinde ad Bellum *Honaïnense* iter suscepit cum * duodecim millibus. Postea *Valedictionis* peregrinationem peregit cum * quadraginta millibus. Denique constat obitûs ejus tempore centum & viginti quatuor *Moslemorum* millia recensita fuisse.

* Vide supra pag. 104

* Vide supra p. 113

* Longè plura v. supra p. 130. nota a.

قد اختلف الناس فيمن يستحق ان يطلق عليه صحابي وكان سعيد بن المسيب لا يعد الصحابي الا من اقام مع رسول الله صلعم سنة واكثر وغزا معه وقال بعضهم كل من ادرك الحلم واسلم وراي النبي صلعم فهو صحابي ولو انه صحب رسول الله صلعم ساعة واحدة وقال بعضهم لا يكون صحابيا الا من يختص به الرسول الله صلعم ويختص هو بالرسول الله صلعم بان يتخذه رسول الله صلعم بسريته ويلازم هو رسول الله صلعم في السفر والحضر والاكثر على ان الصحابي هو كل من اسلم وراي النبي صلعم وصحبه ولو اقل زمان

واما عددهم على هذا القول الاخير وقد روي ان النبي صلعم سار في عام فتح مكة في عشرة الاف مسلم وسار الي حنين في اثني عشر الفا وسار في حجة الوداع في اربعين الفا وانهم كانوا عند وفاته مائة الف واربعة وعشرين الفا

altera Ala ad Occidentem expanditur: Caput ejus est sub Throno (Dei;) & Plantæ pedum ejus in Aere (positæ sunt.) Quotidie mane cantando promulgat; & audiunt hunc Cantum cives cœlorum, & terræ exceptis duobus Entibus, scil. Geniis, & Hominibus. Atque ad eundem Cantum cæteri *Galli* terræ incolæ concinunt. Quando autem appropinquabit dies Resurrectionis, dicturus est Deus Excelsus: *Collige Alas tuas, & cohibe vocem tuam.* Tuncque cogniturii sunt cives cœlorum, & terræ, exceptis illis duobus Entibus, (Geniis, & Hominibus,) horam (Judicii) jam esse in proximo. Cantabit porrò, GALLUS, & dicet: LAUS, SANCTITAS. Hactenùs Traditio. Hunc *Gallum* viderat Propheta in Itinere suo nocturno; atque ejus mentio est in majori Traditione *Ascensionis*, Auctore *Abu-Horaïra*, de qua diximus supra p. 33. nota b. videsis etiam quæ de illo habet D. Humph. Prideaux ex Philippo Guadagnolo, aliisque, *vitæ Moham.* p. 48. & seqq.

Quod

واما مراتبهم فالمهاجرون افضل من الانصار على الاجمال واما على التفصيل فسباق الانصار افضل من متاخري المهاجرين

وقد رتب اهل التواريخ الصحابة على طبقات

فالطبقة الاولى الى الناس اسلاما كخديجة وعلي وزيد وابي بكر الصديق رضي الله عنهم ومن تلاهم ولم يتاخر الى دار الندوة

الطبقة الثانية اصحاب دار الندوة وفيها اسلم عمر رضي الله عنه

الطبقة الثالثة المهاجرون الى الحبشة

الرابعة اصحاب العقبة الاولى وهم سباق الانصار

الخامسة اصحاب العقبة الثانية

السادسة اصحاب العقبة الثالثة وكانوا سبعين

السابعة المهاجرون الذين وصلوا الى النبي صلعم بعد هجرته وهو بقبا قبل بناء مسجده

والثامنة اهل بدر الكبرى

التاسعة الذين هاجروا بين بدر والحديبية

العاشرة اهل بيعة الرضوان بايعوا بالحديبية تحت الشجرة

الحادية عشرة الذين هاجروا بين الحديبية وقبل الفتح

الثانية عشرة الذين اسلموا يوم الفتح

الثالثة عشرة صبيان ادركوا النبي صلعم وراوه

ومن الصحابة اهل الصفة وكانوا اناسا فقرا لا منازل لهم ولا عشاير ينامون على عهد رسول الله صلعم في المسجد

Quod spectat ordinem dignitatis, *Mohâgjerii*, (i. e. Fugæ comites,) ratione Meriti, præstantiores sunt, quam *Ansarii*, (i. e. Adjutores.) Verum, quoad distinctionem, & ratione præcedentiæ, *Ansarii* præstantiores sunt, quam cæteri *Mohâgjerii* posteriores.

Anno ab O. C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegjræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

Porrò Historici *Comites* in certas Classes distribuunt hoc ordine:

Prima Classis continet mortalium primos, qui *Islamismum* professi sunt; quales fuere * *Chadîgja*, *Alî*, *Zaid*, & *Abu-Becr Al-Seddik*; quibus Deus sit propitius; & quotquot hos immediatè sequuti sunt, neque conversionem suam distulerunt usque ad (tempus, quo conveniebant in) [a] domum vocationis ejus.

* V. supra p. 17.

Secunda Classis continet Comites, (qui conveniebant eum) in domo vocationis ejus; inter quos *Islamismo* nomen dedit * *Omar*, cui Deus sit propitius.

* V. supra p. 22.

Tertia Classis est *Mohâgjeriorum*, qui in * *Al-Habasham*, (sive Æthiopiam,) fugerunt.

* V. supra p. 24.

Quarta Classis habet Comites, qui *Moslemi* facti sunt in colle *Al-Akaba* * prima vice: Atque hi præcesserunt *Ansarios*.

* V. supra p. 31.

Quinta Classis, Comites qui *Moslemi* facti sunt in *Al-Akaba*, * secunda vice.

* V. supra p. 42.

Sexta Classis, Comites qui *Moslemi* facti sunt in *Al-Akaba*, * tertia vice; iique erant septuaginta.

* Ibid. p. 45.

Septima Classis *Mohâgjerios* illos comprehendit, qui post *Hegjram*, (sive Fugam,) ad Prophetam... confluxerunt; eo scilicet intervallo, quo moratus est antequam * Templum suum ædificaret.

* V. supra p. 53.

Octava Classis eos complectitur, qui Bello * *Bedrensi* majori interfuere.

* V. supra p. 56.

Nona Classis eorum est, qui eo intervallo fugerunt, quod intercessit inter Bellum *Bedrense* & Inaugurationem *Hodaibiæ* factam.

Decima Classis continet eos qui * *Inaugurationi* spontaneæ præsentes juramentum præstiterunt *Hodaibiæ*, sub arbore.

* V. supra p. 86.

Undecima Classis illorum est, qui post Inaugurationem *Hodaibiensem*, & ante Expugnationem (*Meccæ*) fugerunt.

Duodecima Classis exhibet illos, qui ad *Islamismum* compulsi sunt die * Expugnationis (*Meccæ*.)

* Vide supra p. 102.

Decima tertia Classis illos recenset, qui adhuc parvuli tempus Prophetæ adsequuti sunt, eumque viderunt.

Comitibus etiam accensendi veniunt *Adsessores*, sive sedentes in *Sofa*, (i. e. Scamno:) Hi erant homines quidam pauperes peregrini, quibus non erant hospitia, neque propinqui; quique inclamabant pactum & fidem Apostoli Dei... in Templo, & protectionem ejus im-

a *Domum vocationis ejus.* i. e. in quo vocabat eos ad *Islamismum*. scil. tunc temporis *Mohammed Koraïsitarum* furorem fugiens secesserat in hospitium quoddam in colle *Al-Safa*, ibique Proselytos suos in nova Religione instituebat, de quo v. supra pag. 23.

Anno ab O.C. five a Lapſu Adami, ſecundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Capit die 29. Martii, feria 1.

plorabant. Sicque *Soffa*, (i. e. Scamnum,) Templi erat illis loco manſionis & hoſpitii, & ab illo nomen capiebant. Quando autem cibum ſumebat Apoſtolus Dei... ſolebat nonnullos ex eis ad ſe vocare, ut ſecum ſimul veſcerentur; tum aliquot ex illis ſecernebat, quos Comitibus ſuis, ut cum eis veſcerentur, commendabat. Fuerunt inter illos celebriores *Abu-Horaïra*, *Athala Al-Aſka'i* filius, & *Abu-Dharr*; quibus Deus ſit propitius.

ويظلون فيه وكان صفة المسجد مثواهم فنسبوا اليها وكان اذا تعشا رسول الله صلعم يدعوا منهم طايفة يتعشون معه ويفرق منهم طايفة على اصحابه ليعشوهم وكان من مشاهيرهم ابو هريرة وواثلة بن الاسقع وابو ذر رضي الله عنهم

## CAP. LXXIII.

### *Hiſtoria* Al-Aſwadi Al-Anſitæ.

ذكر خبر الاسود العنسي

DUrante morbo Apoſtoli Dei... occiſus fuit [*] [a] *Al-Aſwad Al-Anſita*, cui nomen erat *'Aihala*, (i. e. mobilis, præ petulantia conſiſtere nequiens,) *Ca'abi* filius. Cognominatus autem fuit *Dhu'l-Hemar*, (i. e. poſſeſſor Aſini,) quia dicere ſolitus erat: [b] *Venit ad me poſſeſſor Aſini*. *Al-Aſwad* autem ille prædictus erat inſignis præſtigiator; admirandis ſpectris ignaræ multitudinis oculos ludificans, & eloquentia ſua audientium corda captivans: Fuitque ex eorum numero, qui ab *Iſlamiſmo* defecerunt; & alter ex duobus Mendacibus, (qui ſibi propheticum munus vendicavere.) Ad illum ſcripſerunt *Nagjrânenſes*. In illa urbe erant *Moſlemi* duo, *Amrû Hazami* filius, & *Châled* filius *Sa'îdi* filii *Al-Aſi*: Hos educentes *Nagjrânenſes* in poteſtatem *Al-Aſwadi* tradidere. Deinde *Nagjrâno* proficiſcens *Al-Aſwad Sana'am* venit, qua & potitus eſt, & maxi-*Al-Yemen*, (i. e. *Arabiæ* felicis) partem [c] in ſuam poteſtatem redegit; adeò ut res ejus in grave & magni momenti negotium evaſerint. Erat Vicarius ejus in Tribu *Madhegjitarum Amrû* filius *Ma'adi* (cognom.) *Careb.*

* S Ockleius Lib. de Expugn. Syriæ, & legit *Oſud Alabhaſi*. Et quidem primum male pro *Aſwad*. Quoad ſecundum Lipenius legit *Abſites*, Mirraccius, *Alabaſius*. Sed omnes, quos legi, Auctores conſcribunt cum *Abu'l Feda*, العنسي *Al-Anſi*, ſive *Al-Anaſi*.

وفي مدة مرض رسول الله صلعم قتل الاسود العنسي واسمه عبهلة بن كعب ويقال له ذو الحمار لانه كان يقول ياتيني ذو حمار وكان الاسود المذكور مشعبذ ويري الجهال الاعاجيب ويسبي بمنطقه قلب من يسمعه وهو ممن ارتد وادعي من الكذابين وكاتبه اهل نجران وكان هناك من المسلمين عمرو بن حزم وخالد بن سعيد بن العاص فاخرجهما اهل نجران وسلموهما الى الاسود ثم سار الاسود من نجران الى صنعا فملكها وصفى له اليمن واستفحل امره وكان خليفته في مذحج عمرو بن معدي كرب

Quæ cùm Apoſtolo Dei... nunciata eſſent, legatum miſit ad amicos & fautores ſuos, & ad *Hamdanenſes*. Porrò *Al-Aſwad* jam infenſum ſe præbuerat adverſùs *Kaiſum Abdo'l-Yagûthi* filium: Huic adjuncta eſt turma ex iis, ad quos ſcripſerat Apoſtolus Dei... & cum

فلما بلغ رسول الله صلعم ذلك بعث رسولا الى الابناء وهمدان وكان الاسود قد تغير على قيس بن عبد يغوث فاجتمع به جماعة ممن كاتبهم رسول الله صلعم وحذروا

a *Al-Aſwad* Inquit Al-Sohailius: كان الاسود بن كعب العنسي وعنسي بن مذحج فانه ... ومالك من مذحج والعمر على امره *Erat* Al-Aſwad *filius* Ca'abi Al-Anaſitæ, Anaſi *autem erat filius* Madhegji *Et Imperio ejus obſequebantur Tribus* (Arabum) *ab* Madhegjo *oriundæ*, & Al-Yemen.

b *Venit ad me.* Idem Al Sohailius videtur explicare quinam ſit ille *Poſſeſſor Aſini*, qui ad ipſum veniebat, his verbis. وكان يدعي ان ذنبه ان سحيقا وشريقا ياتيانه بالوحي في زعمه ويقول هما ملكان يتكلمان على لساني في خدع منمرة ... *Clamitare ſolitus erat mendacium ſuum deblaterando, veniſſe ad ſe* Sohaikum, & Shoraicum *afferentes Revelationem divinam, uti quidem imaginabatur, & dicebat* Hi ſunt duo Angeli, qui in linguam meam imperium obtinent. *Scilicet ſuggerendo illi fallacias multiplices, in quibus gloriabatur.* Horum Angelorum, ſeu potius Dæmonum, prior, ſcil. *Sohaik*, i. e. *Fricans*, Aſinum docilem reddebat *Al-Aſwado*, cujus ope præſtigia ſua edebat, alter verò *Shoraik*, i. e. *Fulgens*, *Splendeſcens*, ſpectra, & mira phantaſmata vulgi oculis objiciebat. Al-Kodaius appellat eum كاهنا *Ariolum*.

c *In ſuam poteſtatem redegit.* Nempe, inquit Gjannabius, *Al-Aſwad*, غلب على اليمن من دوم مات باذان الفرسي عامل رسول الله صلعم وكان قتل شهر بن باذان وتزوج امراته بنت عم فيروز الديلمي *Imperium* Arabiæ *felicis uſurpaverat à die, quo mortuus fuit* Bâdhân *Apoſtoli Dei... iſtius Provinciæ Præfectus*; *atque occiderat* Shahrum *ejuſdem* Bâdhâni *filium*: *Tum deinde uxorem ejus filiam patrui* Firuzi Al-Dailemitæ *in matrimonium acceperat.*

معه في قتل الاسود فوافقهم
واجتمعوا بمراة الاسود وكان
الاسود قد قتل اباها فقالت والله
انه ابغض الناس الي ولكن
الحرس محيطون بقصره فانقبوا عليه
البيت فواعدوها علي ذلك ونقبوا
عليه البيت ودخل عليه شخص
اسمه فيروز فقتل الاسود واحتز
راسه فخار خوار الثور فابتدر
الحرس الباب فقالت زوجته هذا
النبي يوحي اليه فلما اطلع الفجر
امروا المؤذن فقال اشهد ان محمدا
رسول الله وان عيهلة كذاب وكتب
اصحاب النبي صلعم بذلك فورد
الخبر من السماء الي النبي صلعم
واعلم اصحابه بقتل الاسود المذكور
ووصل الكتاب بقتل الاسود في
خلافة ابي بكر رضي الله عنه وكان
كما اخبر به رسول الله صلعم

وروي عبد الله بن ابي بكر ان
رسول الله صلعم قال ايها الناس اني
قد رايت ليلة القدر ثم انزعت مني
ورايت في يدي سوارين من ذهب
فكرهتهما فنفختهما فطارا فاولتهما
هاذين الكذابين صاحب اليمامة
وصاحب صنعاء ولن تقوم الساعة
حتي يخرج ثلثون دجالا كل
منهم يزعم انه نبي

وكان قتل الاسود المذكور قبل
وفاة رسول الله صلعم بيوم وليلة وكان
من اول خروج الاسود الي ان قتل اربعة
اشهر واما صاحب اليمامة فهو مسيلمة

eo consilium inierunt de occidendo *Al-Aswado*. Conspiravit itaque cum eis; & omnes *Al-Aswadi* uxorem simul convenere. Scilicet *Al-Aswad* patrem istius fœminæ interfecerat. Dixit itaque illis: *Per Deum! exosa essem hominibus, (si hoc facinus ipsamet patrarem:) Verùm satellites remissiores esse solent circa vespertinum tempus: Perforate igitur domum, in qua degit.* Illi ita se facturos polliciti sunt. Perforarunt itaque domum; & mox ingressus ad eum vir quidam, huic nomen erat *Firûz*, trucidavit illum, & caput ejus amputavit. Cum autem mugitum edidisset instar mugitûs tauri, satellites ad ostium accurrerunt; quibus uxor ejus, *est Propheta*, inquit, *inspiratione divina agitatus.* Deinde, orto diluculo, jusserunt Præconem proclamare: *Testor* MOHAMMEDEM *esse* APOSTOLUM DEI; AIHALAM *autem esse* MENDACEM. Qua de re Comites ad Prophetam ... literas perscripserunt. At jam anteverterat de cœlo nuncius ad Prophetam ..., qui Comites suos de nece *Al-Aswadi* prædicti certiores fecit. Literæ autem de *Al-Aswadi* nece redditæ sunt sub *Chalifatu Abu-Becri*, cui Deus sit propitius: Et res ita se habere comperta fuit, quemadmodùm Apostolus Dei ... [a] prænunciaverat.

Tradit *Abdo'llah Abu-Becri* filius, ita dixisse Apostolum Dei ... *O homines, nocte* [b] AL-KADAR *visionem habui: tum in extasim raptus vidi in manu mea duas armillas aureas: Ad aspectum illarum* [illegible]; *& exsufflavi eas, & protinus avolarunt. Tum demùm easdem in ordinem redegi. His duabus armillis significabantur duo Mendaces, videlicet Dominus* Al-Yemâmæ, (Mosailama,) *& Dominus* Sofâr, (Al-Aswad.) *Neque aderit* [c] HORA, *quin prius triginta alii Impostores prodituri sint, quorum unusquisque Prophetam se venditabit.*

Cædes *Al-Aswadi* prædicti uno die & una nocte ante Apostoli Dei ... obitum contigit: Et ab initio Rebellionis ejus, usque ad cædem ejus quatuor menses intersuere. Quoad Dominum *Al-Yemâmæ*, is fuit [d] *Mosailama*

Anno ab O.C. sive à Lapsu Adami, secundùm Abu'l-Fedam 6226. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg 632. Cœpit die 29. Martii, feria 1.

a *Prænunciaverat.* In Libro dicto *Al-Monteki* fertur Mohammedem ad suos ita loquutum fuisse: وقتل الاسود البارحة قتله رجل مبارك من اهل بيت المباركين قيل ومن هو يا رسول الله قال فيروز فاز فيروز وجاء خبر قتله في خلافة ابي بكر في اخر شهر ربيع الاول بعد خرج اسامة الي ابني *Occisus est* Al-Aswad: *Heri occidit eum vir Benedictus è familia domûs Benedictorum.* Aiunt illi, (qui præsentes aderant:) *Et quisnam iste est, O Apostole Dei?* Respondit FIRUZ! Præmium æternæ felicitatis consequutus est FIRUZ! Postea demum, (pergit idem Auctor,) necis *Al-Aswadi* nuncius venit sub Chalifatu *Abu-Becri* sub finem mensis *Rabî'i* prioris, postquam profectus esset *Osâma* (*Zaidi* filius,) adversùs *Obnitas.* De qua Expeditione v. supra p. 133. in notis c. & d. Porrò *Fîrûz* iste erat Proselytus, natione *Persa*, è Provincia دیلم *Dailem* oriundus, unde Elmacino, aliisque vocatur الديلمي *Al-Dailemita.*

b *Al-Kadar* Varias hujus vocis significationes, & quænam fuerit mox illa, fusè exposuimus p. 15. nota d.

c *Hora.* Sic simpliciter in *Al-Corano* dies *Resurrectionis* & supremi judicii designatur! Quoad ipsam Prophetiam Mohammedis, illam sic satis lepide refutat Lud. Marraccius Prodrom· parte 2. p. 48. col. 2. *Hoc facile fuit* Mahumeto *divinare: Nam non solum duo, vel triginta, vel sexcenti Pseudoprophetæ venturi erant post mortem ejus, antequam suprema Mundi dies advenerit.* Et supra pag. 47. col. 1. de similibus Prophetiis ejusdem dixerat: *Quòd ante Diem Judicii hæc omnia eventura esse prædixerit* Mahumetus, *non est Spiritui Prophetico tribuendum: Cùm ego etiam prædicere possim ante diem Judicii eventura esse multa, quæ licet non mihi* [illegible] *probabiliter tamen credo; ut evertendum esse Imperium* Turcarum: Jerosolymam *in manus* Christianoru[illegible] *turam: futuras pestilentias, fames, bella civilia, & alia hujusmodi.*

d *Mosaïlama.* Ejus Historiam Auctor noster, ordinem temporis sequutus, in Chalifatum Abu-Becri di

Quia verò Apostasia ejus adhuc vivente Mohammede cœperat, operæ pretium visum fuit huc eandem

Anno ab Olic. sive à Lapsu Adami, secundum Abu'l-Fedam 6126. A Nativitate Christi 641. Hegiræ 11. Ætatis Mohammedis 63. Æræ Christi Vulg. 632. Coepit die 29 Martii, feria 2.

الكذاب وسنذكر خبره ومقتله في خلافة ابي بكر رضي الله عنه

Mendax, ejus historiam & cædem sub *Chalifatu Abu-Becri*, cui Deus sit propitius, narrabimus.

Auctoris nostri verbis: وفي ايام ابي بكر قتل مسيلمة الكذاب وكان ابو بكر قد ارسل الي قتاله جيشا وقدم عليه خالد بن الوليد فجرى بينهم قتال شديد واخر الامر انتصر المسلمون وهزموا المشركين وقتل مسيلمة الكذاب قتله وحشي بالحربة التي قتل بها حمزة عم النبي صلعم وشاركه في قتله رجل من الانصار وكان مقام مسيلمة باليمامة وكان مسيلمة قد قدم على النبي صلعم في وفد بني حنيفة واسلم ثم ارتد وادعى النبوة استقلالا ثم مشركة مع النبي صلعم وقتل من المسلمين في قتال مسيلمة جماعة من القراء من المهاجرين والانصار

* Circa finem anni undecimi Hegiræ.

* De qua v. supra p 65, & 66.

*In * diebus* Abu-Becri *occisus fuit* Mosailama *Mendax* (*Pseudopropheta.*) *Scilicet miserat* Abu-Becr *ad oppugnandum eum, exercitum, cui* Châledum Al-Walîdi *filium præfecit. Et commissum fuit inter illos acerrimum certamen, cujus exitus fuit, ut victoriam reportarint* Moslemi: *Atque in fugam conversi sunt* Idololatræ, *occiso* Mosailama *Mendace. Occidit autem illum* Wahsa, *eadem Lancea, qua ** Hamzam *Prophetæ . . . patruum interfecerat: Partem etiam habuit in nece ejus vir quidam ex* Ansariis. *Insurrectio* Mosailamæ *orta fuit in Provincia dicta* Al-Yemâma. *Jam antea ad Prophetam . . . accesserat inter Legatos, seu Proselytos filiorum* (*Tribus*) Honaifæ, *&* Islamismum *professus fuerat; tum postea à Fide deficiens, Prophetiam summa audacia sibi arrogavit, et deinde cum ipso Propheta . . . consortium ambire voluit. Interfecti sunt autem ex* Moslemis *multi Recitatores* (Al-Corani,) *tum* Mohâgjerii, *tum* Ansarii. Locum hujus Prælii memorant Al-Gjannabius & Abu'l-Faragius, quibus appellatur عقربا *Akriba*, non عقربا *Akreba*, ut legit Pocockius in suo Abu'l-Faragii codice. Qui locus in *Al-Yemâma* situs haud longè distat ab ipsa urbe *Al-Yemâma*, quæ Provinciæ nomen dedit, & ab alia urbe celebri dicta الحجر *Al-Hagjr*; nam de utraque sic loquitur Abu'l-Feda noster in Descriptione Arabiæ p. 60. واليمامة والحجر بني حنيفة وبعض مضر وبحجر قبور الشهداء الذين قتلوا في حرب مسيلمة الكذاب في خلافة ابي بكر الصديق رضي الله عنه وحجر عن اليمامة في الغرب والشمال وبينهما نحو مرحلتين Al-Yemâma, *&* Al-Hagjr (habitacula sunt) *filiorum* Honaifæ, *cum quibusdam aliis viciis: In* Hagjro *sunt sepulchra* Martyrum, *qui interfecti sunt in prælio* Mosailamæ Mendacis, *sub Chalifatu* Abu-Becri, Al-Seddik (i. e. Testis Fidelis,) *cui Deus sit propitius.* Hagjr *sita est ab* Al-Yemâma *inter occidentem, & septentrionem; inter utramque sunt circiter duæ stationes.* Hanc urbem dictam *Hagjr* vir cl. D. D'Herbeblot *Biblioth. Oriental.* p. 419. col. 2. ait sitam esse in Provincia *Hegjâz*, eamque pertinere ad *Yemâmam*, à qua distat solummodo 24. horarum itinere. Sed duas urbes longe ab invicem distantes, & in diversis Provinciis sitas in unam confundit: Scilicet non observavit illam, quæ revera sita est in Provincia *Hegjâz*, scribi حجر cum Kesra sub ح & pronunciari *Hegjr*, seu *Hegjar*, quæ media est *Arabiam* inter & *Syriam*, in itinere ab *Medina* ad [illegible] [illegible] *Thamudæorum* [illegible] a, & b. Alteram [illegible] nostra est, scribi حجر cum Fatah supra ح, [illegible] *Hagjr*, seu *Hagjar*, [illegible] in Provincia [illegible] Martyrum supra dictorum. Tertiam urbem ejusdem scriptionis memorat ibidem Abu'l-Feda, quæ habet Dhamma supra ح, & legitur *Hogjr*, vel *Hogjar*, & sita est in *Al-Yemen*, (seu Arabia felice;) unde cognomen accepit *Ahmed Abdo'llahi* filius *Al-Hogjrensis.* Quæ varia legendi ratio easdem dictiones nisi diligenter observetur, magnos errores parit præsertim in Geographia: Atque inde est quod Abu'l-Feda noster in præstantissimo Opere suo Geographico habet singulorum columnam للضبط *Fixioni* Nominum propriorum destinatam, in qua *consonas & vocales omnes, quæ formationi vocum cujusque civitatis inserviunt disertis verbis enumerat*, inquit J. Gravius in fine Præfat. ad binas Tabulas ejusdem Geographiæ à se editas, quem videsis ea de re doctè disserentem, nisi quod concludit hinc probari posse Legem à Mose cum vocalibus scriptam fuisse. *Al-Tabarius* apud *Elmacinum* pag. 16. Prælium illud paulo distinctius refert in hunc modum: وكانت عدة المسلمين اربعين الفا وكانت الكسرة اولا على المسلمين فانهزموا وقتل يزيد ابن الخطاب رضي الله عنه وجماعة كبيرة ونحو الالف ومايتين ثم كبر المسلمون عليهم فهزموهم وقتلوا مسيلمة وعشرة الف رجل من الصحابة وغنم المسلمون اموالهم ورجع بقي الي الاسلام *Erant autem* Moslemi *numero* 40000. *Ac primùm quidem fusi fugatique* Moslemi, *& occisus fuit* Yezid Al-Chettabi *filius*, [illegible], *plurimique alii, ad mille, ut aiunt, & ducentos; Sed prævalentes deinde* Moslemi, *fugarunt hostes, occiderunt* MOSAILAMAM, *& 10. millium ejus militum; atque opes eorum diripuerunt: Reliqui autem ad* Islamismum *reversi.* Porrò tot *Moslemarum* cædes, ac præsertim *Kaltorum*, (seu Recitatorum) *Al-Corani*, qui perierunt in primo conflictu, parum absuit quin ipsi *Alcorano* fatalis fuerit, ne simul cum illis interiret; ut enim ait idem *Al-Tabarius*: خاف ابو بكر ان يضيع من القران طايفة وانما كان في صدور الرجال وفي الرقاع بين اللوحين *Timuit* Abu-Becr, *ne aliquid* Al-Corani *periret: Erat enim solùm in hominum memoria, & in Schedulis inter duas tabulas.* Quare, ut addit suæ Narrationi *Abu'l-Feda* noster: ولما راي ابو بكر كثرة من قتل امر بجمع القران من افواه الرجال وجريد النخل والجلود وترك ذلك المكتوب عند حفصة بنت عمر زوج النبي صلعم ولما تولي عثمان راي اختلاف الناس في القرات فكتب من ذلك المكتوب الذي كان عند حفصة نسخا وارسلها الي الامصار وابطل ما سواها *Cum vidisset* Abu-Becr *multitudinem earum* (Lectorum,) *qui occisi fuerant, jussit* (in unum volumen) *colligi* AL-CORANUM *ex oribus hominum, & membranis palmarum, & pellium, & reliquit hujusmodi* (volumen) *penes* Hafsam *filiam* Omari, *uxorem Prophetæ . . . Tum deinde* Othmân, *postquam rerum potitus est, videns homines inter se discrepare in* (variantibus) *Lectionibus, descripsit ex illo codice, qui erat penes* Hafsam, Exemplaria, *& misit ea per Provincias, & abolevit omnia alia præter ipsum.*

FINIS.